This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

600043747V

DIRECTORIUM HUMANAE VITAE

ALIAS

PARABOLAE ANTIQUORUM SAPIENTUM

EDIDIT

V. PUNTONI

ACCEDUNT

PROLEGOMENA TRIA AD LIBRUM

ΣΤΕΦΑΝΙΤΗΣ ΚΑΙ ΙΧΝΗΛΑΤΗΣ

PISIS

EX OFFICINA NISTRIANA

MDCCCLXXXIV

DIRECTORIUM HUMANAE VITAE

ALIAS

PARABOLAE ANTIQUORUM SAPIENTUM

EDIDIT

V. PUNTONI

ACCEDUNT

PROLEGOMENA TRIA AD LIBRUM

ΣΤΕΦΑΝΙΤΗΣ ΚΑΙ ΙΧΝΗΛΑΤΗΣ

PISIS

EX OFFICINA NISTRIANA

MDCCCLXXXIV

tegram haurire possimus ex tribus qui ab eo velut ex fonte rivuli defluxerunt libris, scilicet, ex indico Panciatantra, nobis quinque tantummodo capita illius operis suppeditante; ex siriaca interpretatione, quam nuper viri cl. A. Socin cura repertam in lucem protulit G. Bickell, Lips. 1876; denique ex arabica, ab 'Abdallah ben Almoqaffa' confecta, quae vulgo inscribitur Kitâb Kalîlah wa Dimnah. Ex arabica vero hac interpretatione ceterae fere omnes processerunt, aliae aliter inscriptae aliaque forma praeditae, quae apud omnes gentes extitere, quotquot litterarum studiis cultuque floruerunt. Harum interpretationum potiores sunt: 1) Graeca, Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης nuncupata, quam anno circiter 1080 nostrae aetatis Symeon magister Antiochenus Sethi filius conscripsit, quamque edendam curavit Seb. Gottfr. Starkius (Berol. 1697): Specimen sapientiae Indorum veterum, i. e. liber ethico-politicus pervetustus, dictus arabice Kalîlah wa Dimnah, graece Σ. κ. 'I., nunc primum graece ex manuscripto cod. Holsteiniano prodit cum versione nova latina, opera S. Gottfr. Starkii. — Prolegomena tria graece conscripta, quae Starkius neglexerat, edidit postea, cod. Upsal. adhibito, P. F. Aurivillius (1780). 2) Persica, auctore Nasr-Allah (s. XII), ex qua recensionem novam cui titulus Anvár-í-Suhailí

(אנואר שהלי) confecit Husain ben ʻAlî Vâʻiz (Cfr. De Sacy NE X 93 sqq.): The Anvár-i-Suhailí; or the lights of Canopus being the Persian version of the fables of Pilpay; or the book „ Kalílah and Damnah „ rendered into Persian by H. V. Ul-káshifí: literally translated into prose and verse by Edward Eastwick; Hertford 1854. 3) Hebraica, quae R. Joeli tribuitur, nuper ab Josepho Derenbourgio edita (Parisiis 1881), ex qua latina interpretatio Joannis de Capua, cui titulus *Directorium humanae vitae*, originem duxit. Cf. De Sacy NE. IX 1 397 sqq. — Praeterea ex hisce tribus interpretationibus aliae nonnullae provenerunt. Si igitur libelli fata consideres, et quo modo exiguis profectus ille initiis, primo creverit et, pristina forma magis magisque immutata, paullatim ad summum perfectionis fastigium perductus sit, iam illud in promptu est, nullum opus, quotquot eorum litteris mandata sunt, si Sacras Hebraeorum Scripturas ac fortasse etiam profanum Kitâb es-Sindbâd excipias, tantam sibi universarum gentium lucratum esse existimationem, ut cum eo sit comparandum. Ipsius vero arabicae metaphraseos, quam ʻAbdallah ben Al-moqaffaʻ diligentiae debemus quaeque ceterarum omnium veluti fons haberi potest, imaginem neque absolutam neque genuinam nobis prae-

bent illae quae inde manarunt recensiones varia forma varioque tempore, attamen eodem sermone concinnatae. Ex his una quaedam (liceat eam Desacyanam appellare) in lucem prodiit Parisiis anno 1816, cura viri doctissimi S. De Sacy, cuius ingentia merita in huius libri vicibus accurate investigandis describendisque, hominibus de hac re studiosis satis comperta sunt. De tribus autem arabicis codicibus (florentino, vaticano, maronitico) varias recensiones praebentibus, disseruit anno 1873 vir cl. I. Guidi, quem, praeceptorem benevolentissimum, gratissimo animo prosequor. Graeca Symeonis Sethi metaphrasis, quae pariter ac arabica varias genuit recensiones, et hebraica illa quae Joelis rabbini nomini addicitur, ex quanam arabici libri recensione defluxerint, penitus obscurum; quin etiam dubium incertumque est, utrum adhuc supersint, necne, arabicae illae recensiones, ex quibus cum graeca tum hebraica interpretatio manarunt. Codicum omnium arabicorum hunc librum complectentium accurata collatio atque editio, quanti esset ad operis, de quo agitur, pristinam et genuinam formam restituendam, profecto omnibus manifestum est: non minus autem lucri hausuros esse philologos ex interpretationibus graeca, hebraica, ceterisque, quae totidem recensionum

arabicarum deperditarum fidem faciunt, quis dubitet? Quapropter haud inutilem laborem me suscepisse arbitror, cum et Symeonis et Joelis elucubrationes accurate inspiciendas et tractandas mihi proposuerim. Iamque augurari licet intra breve spatium temporis me graecam Symeonis metaphrasin fore editurum, ad quam recensendam hos potissimum codices hactenus consului:

Laur. LVII 30.
Vat. 704.
Holstein. (Stark).
Upsal. (Aurivillius).
Laur. XI 14.
Vat. 867.
Lugd. 93 Vulc.
Barber. I 172.
[Allaccian.] Specimen sapientiae Indorum veterum. Liber etc. ex Arabica in Graecam a Symeone Seth, a Petro Possino Societ. Jesu novissime e Graeca in Latinam translatus.
. . . . Del Governo de' Regni, Ferrara 1583.
. . . . Indijske price prozvane Stefanit i Ihnilat (Starine II, U Zagrebu, 1870).

Hebraicam interpretationem Joelis, accurate ab ea di-

stinguendam quam Rabbì Eliezer, Joelis elucubratione fortasse adhibita, confecit, nuper edidit, ut supra diximus, inque gallicum sermonem transtulit J. Derenbourg. Sed hebraicae huius interpretationis partem non exiguam nobis invidit tempus; nam praeterquam quod ea omnia prorsus in cod. parisiensi desiderantur, quae ab operis initio usque ad fabulam *De duabus mulieribus nudis* vulgo leguntur, nonnullae etiam lacunae erroresque graves librarii negligentia huc illuc saepissime irrepserunt. Opus latinum Joannis de Capua, quippe quod ex hebraico illo Joelis nondum librariorum socordia corrupto profluxerit, quam satis apte codicis parisiensis lacunas compleat, eique additamentum praestet variae ut ita dicam lectionis, ex diligenti utriusque comparatione perspicitur: ideo hanc quam paravi novam libri rarissimi editionem sua utilitate non destitutam esse satis confido. Librum impressum sine loci et anni notatione, quem ita inscriptum, DIRECTORIUM HUMANAE VITAE ALIAS PARABOLAE ANTIQUORUM SAPIENTUM, Vaticana bibliotheca sub n.° 1200 servat, adhibui; cuius lectione cum archetypo hebraico accurate conlata, hoc mihi compertum est, nonnullas mutationes, immo corruptiones Joannis fortasse opera librum infecisse, hunc tamen ad hebraicam recensionem supplen-

dam peridoneum esse. Specimen mutationum habebis, si haec diligenter observes:

I. *Nom. prop.* — Direct. p. 112, 23-24: " Et audiens haec omnia notarius curiae, de quo leo confidebat, notavit omnia. „ — Hebr. p. 4, 3 nomen quoque notarii praebet: והיה שמו שהרג (Schahrag).

D. 113, 4-5. *Resba.* — H. 4,9. רוזבא.

D. 121, 11-12: " Dicitur fuisse in provincia quadam ec. „ — H. 19, 2: בארץ רסנתאבר.

D. 123, 11: *Sambat.* — H. 22, 2: שובר.

D. 190, 20: *Penden.* — H. 153, 7: כירדן (Arab. פרידן).

D. 190, 24: *Rem.* — H. 153, 7: רומי.

D. 205, 15: " Quemadmodum fecit *Sedras* (H. 184 ארדום) rex Indiae cum suo principe (בלאר) pro *Helebat* (הלבת) uxore regi. „

D. 213 — H. 200: *Thabor* — תובל, *Dathan* — הרן, *Cedar* — קדר.

D. 252, 14. *Holgos.* V. not.

II. *Lac.* — D. 204, 5. Cfr. H. 180-1:

והעשר הרע הוא אשר לא יפנקו ממנו ורעה מכל הנשים אשר לא תשמע לבעליה. בכל דבר מעשיה ורע מכל הבנים הסורר המורה ורע מן החברים הרמאי ורע מן המלכים אשר ירצה להרוג דם נקי ורע מכל הארצות ארץ

אשר אין בה שלוה והשקט ואני אין לי בך אמונה ולא אוכל לעולם לגשת אליך ויהי אחרי כן ויברך למלך ויעף לדרכו וזה הוא משל אנשי המשטמה ואיך ישמרו איש מאחיו

D. 250, 20. Cfr. H. 278-281:

ויודה לאל ויזכור שמו על כל הטובה אשר עשה לו ויאמר אבל חברי כבר ידעו והאמינו כי כל אשר נתן להם האל מן הטוב הוא בגזרת עירין ובמאמר קדישין ואולם אני כבר נתן לי האל אשר לא היה לי לא בחיל וצא בכח ולא במהירות ולא בשכל ולא הייתי מקוה בעת אשר נרשני אחי כי אעלה לעולם לזאת המעלה וביאני הגזר דין אשר נגזר עלי עד הנה ולהיות גר עד אשר מלכתי על דבר אשר גזר האל להיות וכבר הייתי מסתפק במעט אשר נתן לי האל ויקם איש אחד שהיה בהם ויאמר אדוני המלך כי הקב״ה נתן לך שכל וחכמה ויצאו מחשבותינו בך לטוב ויצאה תקותנו לטוב וידענו אשר זכרת כי כן הוא כי יותר מצליח האנשים האיש אשר נתן לו האל כמו נתן לך וכבר הראנו האל חפצנו אחרי אשר המליכך האל עלינו ויצוך עלינו ועל כן יש לנו לתת שבח לבורא שעשה לנו כבוד בך ויקם אחר ויאמר אדוני המלך יש לנו להודות לאל על אשר המליכך עלינו וכי כל הדברים הם נגזרים מן השמים ואומר לך כי הייתי בנערותי משמש לאיש אחד מבני הגדיבים ויהי כאשר גדלתי ראיתי שאעזוב העולם ותענוגיו ואקום ואפרד ממנו והיה בידי משברי שני דינרין ואראה

שכתן צרמה האחד והאחד במחיתי ואומר אין בעולם שכר
כמו שאקנה נפש נאסר ואפדהו   ואלך לשוק ואמצא ציד
ובידו שני יונים וארצה לקנותם ולא רצה לקחת ממני שקל
מאחד מהם ואומר מי ידע אם הם זכר ונקבה ואפרידם
ואעשה עון ואקח אותם כשני שקלים ואומר אם אשליכם
בארץ נושבת יקחום בני אדם והם לא יוכלו לעוף מפני
החולש אשר יש להם ואלך בהם אל כר נרחב והיה רחוק
מבני אדם ואשלחם ויעופו ויעמדו על אילן אחד ואשוב
לדרכי ואשמע האחד אמר לחברו כבר הצילנו זה מצרה
גדולה ואנחנו ראוים שנגמל אותו במעשיו ויאמרו כבר
עשית לנו חסד ואנחנו ראוים שנכיר לך זה המעשה ודע
כי בשרש האילן יש מטמון לך וחפור שמה וקחהו
ואלך לאילן וחפרתי מעט ואמצאהו וקראתי לאל שיציל
אותם ואומר היאיל ונחבאתם בזאת ותעופו בין השמים
ובין הארץ איך נפלתם בזה המוקש אשר הצלתי אתכם
ממנו ויאמרו לי אדם משכיל הלא ידעת כי לא לקלים
המרוץ ולא לגבורים המלחמה ובעת הגזרה תסגרנה העינים
ולא יוכל אדם להמלט אשר נגזר עליו

Alioquin lacunarum hebraicae interpretationis supplementa suppeditat interpretatio latina: cf. D. 1-111, 126, 128 etc.

Latini huius operis est igitur duplex utilitas: primum enim, cum satis apte ad opus hebraicum redintegrandum adhibeatur, imaginem puriorem exhibet illius ara-

bicae recensionis ex qua hebraicus pendet interpres; archetypum deinde suppeditat multarum, quae in occidentali plaga vulgari ac pedestri sermone confectae sunt, interpretationum. Namque, quod ad fontem illum arabicum adtinet, necesse est, ut qui loci et in graeca Symeonis et in latina Joannis (sive in hebraica Joelis) metaphrasi similes occurrunt, etsi iis careant arabicae, quotquot novimus, recensiones, alicuius tamen arabicae deperditae recensionis reliquiae habeantur. Quod autem adtinet ad interpretationes, quae ex Directorio defluxere, quot cuiusmodique sint, exposuit S. De Sacy, idemque eas singillatim enumeravit fuseque descripsit.

Scribebam Pisis XI Kal. Aug. MDCCCLXXXIV.

V. P.

INDEX PARABOLARVM

D = Directorivm, H = Hebr. (ed. Derenb.)

	D	H
PROLOGVS	3	*
De eo qui servare non scit quod invenit.	6	*
De eo qui vult loqui ornate	7	*
De patrefamilias et fure	7	*
De duobus sociis et de zizania.	9	*
De patrefamilias in ultima paupertate constituto	10	*
INCIPIT LIBER	14	*
CAP. I. DE BEROZIA PRINCIPE MEDICORVM.	18	*
De mercatore qui vendidit sericum suum pro medietate praetii	22	*
De furibus et de coniuratione *sulem sulem*.	24	*
De amasio et patrefamilias.	26	*
De mercatore et de margaritis imperforatis.	28	*
De cane et de umbra carnium in aqua	29	*
De eo qui fugit a facie leonis	35	*
CAP. II. DE LEONE ET BOVE	36	*
De eo qui mortem nequit effugere	38	*

	D	H
De simeo et carpentario	40	*
De vulpe et cymbalo	48	*
De heremita et latrone	51	*
De duobus hircis silvestribus	52	*
De meretrice et de pulvere mortifero	52	*
De uxoris barbitonsoris naso	52	*
De corvo et serpente	56	*
De ave et cancro	57	*
De lepore et leone	59	*
De tribus piscibus	62	*
De pediculo et pulice	65	*
De ave aquatica et de umbra stellae in aqua	69	*
De lupo, corvo, vulpe et camelo	73	*
De duabus avibus et duce maris	77	*
De duabus avibus et testudine	78	*
De lucula et simeis	83	*
De muliere et pica	84	*
De Deceptore et Veloce	85	*
De ave, serpente et cancro	87	*
De muliere et de pulvere in manutergio	89	*
Terra cuius mures comedunt mille libras ferri, dignum est, ut eius aves rapiant pueros	90	*
CAP. III. DE FINE ILLIVS QVI DELECTATVR IN MALO ALTERIVS	93	*

	D	H
De amasio pictore et de signo vestimenti.	99	*
De medico imperito	108	*
De duabus nudis mulieribus	111	1
De duobus psittacis	118	13
CAP. IV. DE COLVMBA ET DE FIDELIBVS SOCIIS.	121	18
De homine et serpente	126	—
De vulpe et gallo	128	—
Historia muris	131	33
Non cambuit haec mulier zizanias excorticatas pro non excorticatis sine causa	132	35
De venatore et apro	132	36
CAP. V. DE CORVO ET STVRNO.	145	60
De caussa inimicitiae quae est inter corvos et sturnos.	151	72
De lepore et rege elephantum	152	74
De ave, lepore et murilego.	155	80
De tribus deceptoribus et heremita.	159	89
De sene eiusque uxore et fure	162	95
De fure et daemone	162	97
De carpentario eiusque uxore	164	100
De heremita et muricula	167	107
De serpente et rege ranarum	172	117
CAP. VI. DE SIMEA ET TESTVDINE.	177	127
De leone et vulpe, sive de corde et auriculis asini	183	138

	D	H
CAP. VII. DE HEREMITA EIVSQVE FILIO	186	144
De heremita et vase mellis	187	146
CAP. VIII. DE MVRILEGO ET MVRE	189	151
CAP. IX. DE REGE ET AVE	196	166
CAP. X. DE SEDRA REGE	204	182
De duabus columbis	217	208
De simea et lenticulis	217	210
CAP. XI. DE VENATORE ET LEAENA	227	229
CAP. XII. DE HEREMITA ET PEREGRINO	229	235
De corvo	230	237
CAP. XIII. DE LEONE ET VULPE	231	238
CAP. XIV. DE AVRIFICE ET SERPENTE	243	263
CAP. XV. DE FILIO REGIS ET DE SOCIIS EIVS.	247	271
[**De duabus columbis et de thesauro**	(251)	269]
CAP. XVI. DE AVIBVS	252	282
De simeo et dracone	254	286
De murilegis et lupis	257	292
De mure nolente consentire utili sibi praestito consilio	261	299
CAP. XVII. DE VULPE COLVMBA ET PASSERE	264	306

DIRECTORIVM HVMANAE VITAE

ALIAS PARABOLAE ANTIQVORVM SAPIENTVM

A¹r

PROLOGVS

Verbum Iohannis de Capua, post tenebrarum olim palpationem ritus iudaici, divina sola inspiratione ad firmum et verum statum orthodoxae fidei revocati. Cum plura diversarum scientiarum genera esse prospexerim in lingua fundata hebraica non parvae utilitatis in eruditionem christianorum consortii, ut in sacris scripturis et divinis, moralibus atque medicinalibus, ipsa ex praedicta lingua in latinam reducere meus animus adspiravit. Inter quae nunc hunc libellum dictum KELILA ex illa lingua in hanc, nunc esse vidi non etiam immerito transferendum; est enim opus virorum intelligentiae animarum multae informationis et nihil earundem non modicae delectationis. Ad honorem autem divinae Trinitatis sanctissimique eius nominis exaltationem, salutem et meritum animae, forti-

---

lin. 8-9. *nunc-nunc,* sic in E(xempl. Vatic.); sed fortasse horum primum e subsequenti *hunc* (commutata *h* in *n*) errore typothetae manavit. — 11. *simul* pro *nihil* coniecit De Sacy, NE IX 1,399.

tudinem corporis et roborationem, atque dierum productionem reverendi patris et domini, domini Mathei Dei et apostolicae sedis gratia tituli sanctae Mariae in porticu diaconi cardinalis, motus sum praesens opusculum in lingua latina interpretari: ad te igitur, prefate pater domine, dirigitur hic libellus, ut et tuarum aliarum gratiarum protectione pusillus interpres ad alia maiora utiliora et nobiliora manum imponat ex altera praefatarum linguarum in alteram cum audacia reducenda.

Pro sapientibus et insulsis hic liber factus est.

Hic est liber parabolarum antiquorum sapientum nationum mundi. Et vocatur LIBER KELILAE ET DIMNAE; et prius quidem in lingua fuerat Indorum translatus; inde in linguam translatus Persarum; postea vero reduxerunt illum Arabes in linguam suam; ultimo exinde ad linguam fuit redactus hebraicam; nunc autem nostri propositi est ipsum in linguam fundare latinam. Est autem liber delectabilis, verbis doctrinae et preciosis sermonibus plenus, quem optaverunt sapientes nationum mundi, qui sua verba sapientiae scientiae ac doctrinae manifestare voluerunt. Fuit autem a principio sapientum universarum linguarum et gentium affectio suam sapientiam patefacere, donec inter eos consilio habito concordaverunt librum conficere et ipsum adaptare in linguam bestiarum ferarum volatiliumque; qui est hic liber. Fecerunt autem ipsum propter tria. Primum quidem, ut adinvenirent causam, per quam suam sapientiam universis hominibus provulgaverunt. Aliud vero, quia iste liber est ad scientiam et ludum: addiscet enim sapiens propter sapientiam, quae in ipso est; stultus vero ad ludum et solacium. Tercium vero, quoniam pueri et qui delectantur

---

lin. 5-6. *ut et tuarum aliarum gratiarum protectione* De Sacy l. l.; *et ut tuarum aliarum gratie protectione* E. — 11. ספר כלילה ודמנה.

audire parabolas et verba puerilia, gaudebunt addiscentes ipsum, ut facilis ipsis reddetur eius agnitio, propter dulcedinem verborum ac sermonum delectationem, figurarumque et imaginum intuitionem, quae in ipso sunt ex memoratione ferarum et bestiarum atque volatilium et ceterorum sermonum delectabilium; usque ad tempus quo creverit puer et eius intellectus vigorabitur; qui recordabitur omnium illarum parabolarum, quas in tempore suae iuventutis * et eas non intelligebat, et reducens omnia illa ad sui mentem inveniet ipsa omnia doctrinam et deam sapientiae. Et erit hoc quod reposuit in suo corde melius thesauro auri et argenti propter quod non deficiet ei bonum diebus vitae suae; et cum creverit puer et invenerit ea quae sibi reliquit pater suus, gaudebit nimis et conservabit ea diligenter. Sic se habet sapientia. Necesse quippe est multiplicare verba sapientum, quando eorum sapientia multiplicatur: nam prae multitudine sapientiae adaptant ei plures vices, et exponunt ipsam omnibus modis quibus possunt, et faciunt ei imaginationes, ut educant quicquid latet sapientiae in cordibus suis. Nunc autem quicunque studet in hoc libro considerare debet, ad quid factus sit: quicunque enim nescit propter quid est, nec in ipso procedet modo debito, nec intelliget ea, quae in ipso attenderunt sapientes, est tanquam claudus et caecus ambulans in tenebris per loca montium et
A'v vallium. Et primum quidem conve|nit studenti in hoc libro, et qui cupit sua verba intelligere in eis, procedat secundum modum antiquorum virorum sapientum, et incipiat cum diligenti lectura, et intelligat quid legat, et non sit eius desiderium ad finem libri devenire et eius principium ignorare. Quicunque enim cupit perficere quod legit, ipso illud non

---

lin. 8. *quas in tempore suo iuventutis et eas non intelligebat* in meo apographo; sed *legebat* post *iuventutis* supplendum videtur, *suo* in *suae* commutato. — 24. *quidem* conieci; *quicquid* E.

intelligente, non proficit ei sua lectura, nec ex ea suscipit mercedem, nec de sua lectura aliquid adipiscitur. Et quicunque pertractat affligere animam suam in fatuitate, et facit eam vanescere a verbis sapientiae, et non meditatur in ipsa, donec sciat intentionem eius, nec studet agere iusticiam et aequitatem et quaerere veritatem; non suscipit de tota sua lectura nisi laborem et dolorem; et erit tamquam quidem, de quo retulerunt sapientes. (Exemplum eius, qui servare non scit quod invenit). Quoniam cum ambularet quidam per loca deserta et † solitaria, revelatus est ei thesaurus; qui cum aperiret illum, vidit maximas divitias, quas nunquam existimavit esse tales; et ait intra se: Si voluero deferre hunc thesaurum paulatim et custodire residuum donec perficiam, illum auferre erit mihi grave et molestum; impediet enim me omni die residuum observare, ut gaudere non valeam de eo quod inveni. Sed est mihi melius homines conducere, qui totum simul et semel ad domum meam deferant, et ego stabo custodiens residuum, donec totum deferatur. Conduxit itaque viros; et accipiens quilibet pondus suum portavit super humero suo ad domum propriam: ille vero continue fodebat thesaurum et praeparabat eis, credens eos portasse ad domum suam. Consummato opere, abiit hic ad domum suam, et cum non inveniret aliquid de thesauro, cognovit quoniam singuli eorum portaverunt ad domus proprias; et non remansit ei nisi labor fossionis; et ita corruit, non agens sua opera sapienter, nec observare scivit quod invenit: voluit enim certus esse de toto, qui ex imprudentia propria nihil consequebatur. At propter hoc convenit viro intelligenti, quod quando legit hunc librum, nitatur stu|dere in ipso toto suo A°r animo, et respiciat in eo diligenter, et sciat quoniam liber iste habet duas intentiones, unam manifestam, alteram vero occul-

lin. 10. *aproperiret* E (*pro* in compendio). — 28. *nitetur* E.

tam; et nulli valet manifesta, nisi intelligat occultam. Sicut si quis accipiat nuces; non conferunt ei nisi rumpantur, et educatur quod in eis latet. Nec sit sicut quidam, de quo dictum † fuit. Quoniam cum quidam vellet scire loqui ornate, advenit ei quidam socius sapientum, et scripsit ei in lamina aurea regulam sermonis et secretum dictaminis; et cum accepisset ipsam de manu sua, abiit in domum suam, et cepit legere et studere in ipsa die noctuque, ipso eius intentionem ignorante: itaque erat bene doctus in sua lectura, eius tamen intentionem ignorabat. Quadam vero die cum sederet cum viris sapientiae, existimavit iam eos in sapientia superare; et cum incepit loqui, fuit initium sermonum suorum ignorantia. Cui ait unus sociorum suorum: Sile, quoniam errasti in tuo sermone; sed haec quae dixisti, sic debent esse. Cui respondit: Quomodo potui errare, cum comprehenderim omnia, quae continentur in scriptura laminae? Et ille: Lege, ut audiam. At ille cum legeret, non intelligebat quid intendebatur per illud; et sic sua lectura addebat super eius culpam. Et propter hoc decet unumquemque, quando intelligit aliquid et novit illud, quod observet hoc, et sit ei proficuum quod novit, et teneat ipsum prae oculis suis, et meditetur eius intentionem; quoniam gratia eius alia poterit scire; nam ex hoc libro alios libros poterit addiscere. Dicunt enim sapientes, quoniam non decet sapientem abundare in aliquo nisi in sapientia: quanto magis enim addit ad scientiam, revelabitur ei intellectus et doctrina; quemadmodum revelat sol obscuritatem ignis. Doctrina vero exaltat virum suum, et scientia vivificat scientes eam. Ille vero qui addiscit eam, et non observat quod addiscit, nihil ei confert; et erit sicut quidem, † de quo dicitur. Quoniam cum quidam iaceret nocte in sua domo, percepit quod fur intendebat intrare domum; et sciens paterfamilias ea quae fur intendebat, dixit intra se: Silebo huic

---

lin. 3. *sic* E.

furi, donec videbo quid agat; et dimittam ipsum, donec congreget omnia quae voluerit: | postmodum vero exurgam adversus A3v
eum, et ablatis omnibus de manu sua percutiam eum fortiter. Fecit itaque paterfamilias, et siluit illi furi, donec congregavit omnia quae voluit. Ultimo vero rapuit sopor patremfamilias, et fuit hoc in bonum furis; et abiit fur in viam suam illesus. Post haec vero excitatus paterfamilias et videns cuncta quae acta fuerant a fure et quia recesserat, cepit conqueri adversus seipsum, et sibi tribuit culpam, sciens sibi non valuisse scientiam, postquam non exercuit illam. Scientia est enim sicut arbor, cuius fructus est operatio. Debet autem sapiens quaerere scientiam, ut ipsam exerceat; et si non exercuerit quod didicerit, non proficit ei. Sicut, si dictum fuerit alicui, quomodo fuerit quidam sciens malam viam et ivit per illam, diceret ipsum utique fuisse stultum: hic vero qui dicit alterum stultum, si cognosceret sua opera, sciret quoniam peiora sunt operibus illius, qui novit malam viam et ivit per eam. Qui vero sequitur suum appetitum, et relinquit quod est ei utile, nec docetur ex his quae iam vidit et expertus est de negociis mundi, similatur illi qui cognoscit, qui ciborum sit ei levis et qui gravis, sed superatus ab appetitu eligit gravem cibum et relinquit levem et utilem. Hic est ille cuius querela sibi ipsi redundat, et peccatum suum super vertice suo quiescit, cum elegerat mala opera et reliquerat bona. Hic est qui desiderat scientiam et novit ipsam et scit discernere veram scientiam a stulticia, sed dominatur in eo stulticia et relinquit sapientiam. Sicut duo homines, quorum unus est caecus, alter vero videns; et cum ambularent pariter per viam, ambo ceciderunt in foveam; qui cum pervenirent ad fundum foveae, mortui sunt ambo simul; nec habuit inde videns praerogativam super ipso caeco, nisi

---

lin. 19. *videt* E. — 21. *elegit* E.

culpam, eo quod vidit foveam et non evitavit eam; hoc autem imputatur suae stulticiae. Sapiens autem debet inniti benefacere, si studeat et docere alium; et quod alios docet, ipse oblivioni non tradat, sed efficaciter compleat. Nec sit sicut fons aquae, qui omnia animalia potat, ac ipse pro tanto nihil ab eis percipit. Vir autem qui addiscit sapientiam et intelligit ipsam, tenetur os tendere aliis postquam docuit seipsum. Dicunt enim sapientes: Tria oportet unumquemque quaerere, scilicet, scientiam, divitias et misericordias. Nec decet aliquem vituperare suum proximum de gestis, quae ipse idem agit: nec sit sicut caecus, qui vituperat alium propria macula. Nec decet aliquem quaerere sibi bonum damno sui proximi; ne forsan † adveniat ei sicut cuidam, de quo dicitur. | Quoniam fuit quidam, A4v qui habebat simul cum socio suo zizanias; et cum divissent eas, reposuit quilibet porcionem suam seorsum a porcione alterius in eadem domo. Cogitavit autem alter illorum cambire porcionem suam cum porcione socii sui, cum esset duplex suae partis; et habuit consilium intra se apponere signum supra partem socii sui, ut cum iret in nocte posset illam discernere; et accepto clamide, cooperuit cum eo partem socii sui. Et accedens ad quendam amicum suum rogavit ipsum, ut iret cum eo ad accipiendum sortem socii sui; et cum noluisset se associare ipsi, promisit ei dare partem de zizaniis. Inter haec ivit alter socius ad domum ubi erant zizaniae; et cum vidisset partem suam coopertam cum clamide socii sui, existimavit quoniam socius suus non fecit illud nisi ex bona voluntate, quam habebat erga ipsum, ut non caderent super eas pulvis et nauseae; et ait in corde suo: Quia ipse contulit mihi hoc bonum, magis dignum est, ut porcio sua cooperta sit suo clamide. Et

lin. 14. *zizania* E. *dimisissent* E. — 17. *tum esse duplex* in meo apogr.

amoto clamide de sorte sua, cooperuit sortem socii sui. Nocte autem facta, accessit alter socius una cum alio amico suo ad domum zizaniorum: cum palparet per domum, pervenit manu sua super clamidem. Et existimans illam esse porcionem eius socii accepit eam, et data parte illi amico suo, abierunt in viam suam. Mane autem accesserunt ipse et socius suus ad domum zizaniorum; et videns ille qui zizanias acceperat in illa nocte, partem socii sui integram in loco suo, cepit tristari, et abiit plorans ad domum suam; et non revelavit socio aliquid de hoc, ne forsitan esset ei molestus si sciret. Et propter hoc non decet quemquam cupientem aliquid devenire ad eius extremum, excedere modum et statum, ad quos ipse novit posse devenire. Dicunt enim sapientes, quod quicunque nititur pervenire usque ad profundum rei, praecipitabitur; et propterea non debet quisquam quaerere quod non habet finem, et ad quod nullus pervenit. Nec sit negligens perquirere ea, ad quae novit se posse devenire; et nitatur semper facere sua opera profectura magis ad futurum seculum quam ad praesens. Cuiuscunque enim cupido remissa fuit in hoc mundo, remittetur et eius tristatio, quando recedit ab eo. Et iam quid dicitur? quoniam duo sunt qui iuvant hominem, scilicet, divitiae et cultus dei. Nec decet virum intelligentem desperare de bono; aliquando enim deus praeparat homini bonum, quod non speravit habere; et his quae inducuntur super hoc, est quod fertur advenisse cuidam, ut recitatur in hac fabula. Erat quidam paterfamilias, † qui cum esset in ultima paupertate constitutus, ivit ad amicos suos petens ab eis aliquam gratiam; et negantibus sibi petitionem suam, rediit confusus ad domum suam. Nocte vero illa cum iaceret in lectulo suo, audivit strepitum in domo, et percepit quoniam fur esset: cogitavit dicens: Quid habeo in domo

lin. 10. *forsitam* E.

quod capiat fur iste? volo ipsum dimittere, ut videam quid agat. Et quaerens fur per domum non invenit nisi unam lagenam, ubi erat modicum farinae; et cogitans fur in suo corde dixit: Non decet, ut meus labor redundet in nihilum: melius est mihi accipere hoc, quam illud relinquere. Et accepta sua cappa, extendit in terram, et involvit cum farina; et cum vellet abire fur, cogitavit paterfamilias dicens: Moriar sic fame et frigore; non est mihi bonum silere huic furi. Et exurgens adversus furem cum baculo clamavit contra ipsum; et timens fur fugit et reliquit ibi cappam suam. Quam induit sibi paterfamilias, et restituit farinam in loco suo. Ita hic pauper consecutus est bonum, quod sibi amicus suus denegavit. Nec decet virum sapientem firmare se super parabolam, qua dicitur: Victum statutum unicuique Deus procurat; ipse autem perquirat ipsum mihi; nec oportet me vacare circa illum. Hoc nullus sapiens debet facere: immo oportet exercere et perambulare mundum acquirendo ei necessaria, ne pereat. Nec respiciat illum, cui Deus concedit gratiam acquirendi bonum absque labore et exercitio; huiusmodi enim nunc temporis pauci reperiuntur in mundo, qui praeter quam se exerceant ad acquirenda bona, habent omnia quae volunt seu desiderant. Et propter
A²v hoc | oportet unumquemque sapientem inniti ad acquirendum, ut forsitan sit sua sors bona et delectabilis et de iusticia et de rectitudine accepta, et prolongetur ab omni re, a qua potest ei provenire tribulatio et dolor. Nequaquam sit sicut columba, cuius pulli rapiuntur et iugulantur, ac ipsa pro tanto non corrigitur, nec cessat iterum redire ad eundem locum et ibi regenerare suos filios, ut iterum capiantur. Et dictum est, quod Deus unicuique rei finem imposuit et terminum, quem praeterire non potest: quicunque enim praeterire nititur rerum terminos, quantum-

---

lin. 4. *red*[illegible]

cunque excedit, diminuit. Et dicunt sapientes, quod quicunque opera sua facit ad futurum finem, eius vita est sibi; qui vero facit sua opera ad hoc seculum, eius vita est super ipsum; qui vero facit sua opera ad praesens et ad futurum, eius vita est inferior et super ipsum. Et dicunt, quoniam tria oportet homines parare sibi; quorum primum est lex et statuta, secundum vero est victus seu necessaria, tercium est rectificatio suorum operum inter se et homines. Et dicitur, quod in quocunque sunt haec quattuor, non conveniunt facta sua; quorum unum est, in arte propria negligentiam habere; secundum est, mandata legis disrumpere; tercium est, omnia credere; quartum vero, omnem sapientem denegare. Decet autem unumquemque sapientem meditare suum consilium in mente sua, et considerare illud; et non recipiat a quocunque homine, et si fidelis sit; et non perseveret in aliqua re peccati, nec cogitet in ipsa frequenter; et quando interponitur ei aliquid difficile, non introducat se in illud et non imponat se in aliqua re dubia, donec sciat eius rectitudinem. Ne sit sicut ille, qui deviat a via, quoniam quantumcunque procedit, tanto magis prolungatur a termino; vel sicut ille, qui cum senserit aliquid in suo oculo, non cessat eum fricare et agitare, donec eveniat in malum maximum. Debet etiam vir intelligens credere in divino iudicio, et conformare se in bonis operibus, et eligere hominibus quod eligit sibi ipsi, et evitare eis quod evitat sibi. Quicunque igitur studet in hoc libro, meditetur in isto capitulo, ut intelligat istud; quoniam qui novit quod continetur in eo, non indiget alio libro. Inquit ille qui transtulit hunc librum ex lingua Persarum in linguam hebraicam: Quando studuimus in hoc libro, visum est nobis addere in eo unum ca-

---

lin. 12. *sapientiam?* — 28 *in linguam arabicam* dicendum erat. V. De Sacy NE IX 1,400.

pitulum ex dictis Arabum collectum, in quo declaravimus per verba utilia et exposuimus studentibus in dictis sapientiae et diligentibus eam huius libri secretum; et est istud capitulum, quod durat a principio libri usque huc.

EXPLICIT PROLOGVS

INCIPIT LIBER

DICITUR quod in temporibus regum Edom habuit rex Anastres Casri virum nomine Beroziam. Erat autem vir iste princeps medicorum totius regni, obtinens a rege nobilem statum et magnam praebendam; qui quamvis exerceret negocia regni, erat tamen magnus et sapiens. Quadam vero die datus est regi quidam liber, in quo continebatur, quoniam in India sunt montes excelsi, in quibus crescunt certae arbores et herbae, quae si cognoscantur et capiantur et conficiantur secundum certum modum, fiet ex illis medicina, qua resuscitantur mortui cum Dei voluntate. Cupiens igitur rex quaerere et implere hoc negocium praecepit Beroziae, quod circa hoc laboraret; et ipse iuvaret eum argento et auro, et quod scriberet singulis regibus Indiae dare praesidium et praestare iuvamen suo proposito. Et fecit rex ita: iussit dare Beroziae quaecunque petiit, et scripsit singulis regibus illius provinciae et dominis epistulas

---

lin. 1-2. Nescio quo modo *Anastres* ex arabico אנושרואן devenerit: graecus interpres habet 'Αναστουρχάνος. Loco autem *Casri* ponitur in E (typoth. errore, cfr. p. 16, lin. 3). *Tasri*, *c* in *t* commutata, ut in nonnullis editionibus illius vetustae germanicae metaphraseos eiusdem libri, quam De Sacy NE IX 1,443 sqq. ex *Directorium* fluxisse suspicatur. כסרי vero pro persico כסרו, Χοσρόης, fortasse dixit Joel. — 2. *Berozia*, arab. ברזויה, Περζουέ, sive Περζωέ.

super hoc negotio, ad quos accessurus erat, mittens eis singulis penia et dona, sicut est mos regum ad invicem transmittere, cum petunt aliquid a seipsis. Fecit itaque Berozias, uti rex iussit, et non declinavit a dextris nec a sinistris, donec pervenit in Indiam; et presentatis singulis epistulis et peniis singulis regibus quibus transmittebatur, petiit ab illis iuxta litterarum contenta; qui omnes responderunt adimplere petitionem regis et iuvare ipsum super hoc per montes et regiones
A^{4}r cum sapientibus | suis et viris aliis. Tardavit itaque Berozias circa hoc duodecim mensibus; et collectis ex singulis plantis et arboribus scriptis in libro, instituit eas cum medicinis contentis in libro, et confecit ex eis medicinas secundum descriptionem et potentiam. Postmodum vero iussus est resuscitare mortuos, et non potuit. Tunc existimavit Berozias omnes libros illos esse mendaces, et segregavit cor suum ab eis. Et hoc factum est ei molestum valde: erat enim multum sibi difficile redire ad regem confusus et mendax in suo verbo. Et accedens ad sapientes Indiae narravit eis negocium. Cui responderunt, quoniam et ipsi reperierunt in suis libris quemadmodum et ipse. Nam laboraverunt super hoc et perquisiverunt, donec invenerunt suam expositionem in quodam libro sapientiae; videlicet, quoniam illi montes sunt viri sapientes et intelligentes, arbores vero et plantae sunt sapientia et intelligentia, quae nascuntur in cordibus suis; medicinae vero, quae conficiuntur ex illis, sunt libri doctrinae et sapientiae et scientiae, qui componuntur ab eis; mortui autem qui resuscitantur, sunt ipsi fatui et ignorantes sapientiam, qui mortui reputantur, resuscitantur tamen et curantur cum meditatione sapientiae, quando ipsam capiunt ex libris illorum sapientum. Et cum audisset hoc Berozias, quaesivit habere hunc librum;

---

lin. 6. *transmitebatur* E.

et invenit ipsum in lingua Indiae; et transtulit illum in linguam Persarum. Post hoc vero rediit ad dominum suum Casrim regem; et audiens hoc rex sollicitatus est sibi acquirere libros sapientiae et scientiae et intelligentiae, et nitebatur toto posse addiscere scientias, et vigorabat et exaltabat illas prae aliis ceteris deliciis mundi, in quibus reges delectantur. Et iussit divulgari scientias, et libros multiplicari, et statui studia, et congregari huiusmodi libros, et eos reponi in vestiariis. Fuit autem de us sorcio illorum librorum iste liber, qui dicitur KELILAE ET DIMNAE. Est autem a principio huius libri capitulum medici Beroziae et gestorum suorum, qui narravit quibus conversabatur, donec effectus est heremita et colens Deum; et scripsit post sua gesta ea quae transtulit ex libris sapientum Indiae, et quaestiones quas petebat quidam regum Indiae Disles nomine a suo philosopho nomine Sendebar, qui maior erat in scientia ceteris aliis sapientibus et magis dilectus apud regem; cui iussit reddere sibi singulis eius quaestionibus rationes uni post aliam et inducere suis verbis parabolas, ut ostendatur sibi per haec semita veritatis et mos iusticiae in suis responsis; et congregaret omnia illa in scriptis, et conficeretur ex eis liber sapienter aptatus, quem valeat accipere in sui doctrinam, et sit repositus in suis vestiariis, ut possit permanere hereditatem aliis regibus suis successoribus. Cuius capitula sunt haec.

Incipiunt capitula huius libri.

CAPITULUM PRIMUM est de Berozia; et est aequitatis et timoris Dei.

CAPITULUM SECUNDUM est de leone et bove; et est capitulum de dolo et seductione.

---

lin. 1. *ilum.* E. — 9. *de us sorcio* E, « peut-être *de consortio*, ou *de numero* » De Sacy NE IX 1,402.

Capitulum tercium est de inquisitione causae Dimnae; et est capitulum de fine illius, qui delectabatur in malo alterius.

Capitulum quartum est de columba; et est de fidelibus sociis.

Capitulum quintum est de corvo et sturno; et est de eo, qui confidit de inimico suo, et quid ultimo accidit ei.

Capitulum sextum de simea et testudine; et est de eo, qui affectat habere amicum, et postquam acquirit ipsum, nescit eum conservare, donec amittat ipsum.

Capitulum septimum est de heremita, et de eo qui celer est in suis negociis et non respicit ultima.

Capitulum octavum de murilego et mure; et est de inimico, qui requirit pacem inimici sui in tempore necessitatum.

Capitulum nonum est de rege et ave; et est de sociis, qui imitantur ad invicem, et quomodo debeant se cavere ab invicem.

Capitulum decimum est de Esdra rege, et de eo qui prorogat iram suam et superat sua vicia.

Capitulum undecimum est de venatore et leaena; et est de eo, qui desinit a malefaciendo alteri propter malum quod sibi accidit.

A4v Capitulum duodecimum est de heremita et peregrino; et est de eo, qui relinquit opera propria et facit quae non debet.

Capitulum tredecimum est de leone et volpe; et est de amore regum, qui restituitur post inimicitias.

Capitulum quartumdecimum est de aurifice et serpente; et est de facienda misericordia.

Capitulum quintumdecimum est de filio regis et sociis eius; et est de divina sententia, quam nullus potest effugere.

Capitulum sextumdecimum est de avibus; et est de sociis et de proximis, qui decipiunt se invicem.

Capitulum septimumdecimum est de columba et volpe; et est de eo, qui perhibet consilium alteri et sibi ipsi nescit consulere.

lin. 1. *Dymne* E. — 6 *symea* E.

DE BEROZIA PRINCIPE MEDICORVM ET EST AEQVITATIS ET TIMORIS DEI CAPITVLVM PRIMVM

Inquit Berozias caput sapientum Persiae, qui transtulit hunc librum ex lingua Indorum et interpretatus est ipsum: Fuit pater meus de tali progenie et mater mea de nobilibus talium; de melioribus autem rebus, quae divina miseratio mihi contulit, cum fuissem magis honoratus quam ceteri de domo patris mei et magis dilectus apud patrem meum quam omnes fratres mei. Quoniam constituerunt me in studio scientiae medicinae, cum essem septem annorum; cunque cognovi finem artis medicinae et eius utilitatem, laudavi consilium parentum meorum de eo quod mihi contulerunt, et apposui oculos meos et cor meum circa studium librorum medicinae ad intelligendum eos. Erat autem desiderium meum forte in ipsa scientia, donec fui bene in ista scientia peritus et perveni ad illud quod optavit anima mea, ut valerem curare aegrotos; et per haec reputavi exaltatum statum personae meae provide quippe super quattuor rebus quas dicuntur homines acquirere, dixi inquam, qui sunt nobiles mores quos solebam mihi acquirere, divitias nunque vel delicias aut bonam famam aut meritum futuri seculi. Et deliberavit consilium meum eligere meritum futuri seculi; quoniam reperi in libris medicinarum, quia exer-

---

lin. 4. *que* sic E. — 4-7. *de melioribus* etc. sic E; graecus interpres in cod. barb. I 172: καὶ διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ ἤμην παρ' αὐτοῖς ἀγαπώμενος καὶ προεῖχον ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς. — 18. *nunque* sic E; *nempe*? — 18-19 *divitias* etc. « the acquiring of riches, the procuring a good name, the means of temporal enjoyment, and the provision for a futur state. » Kalila and Dimna, or the fables of Bidpai, translated from the arabic, by the Rev. Wyndham Knatchbull, Oxford 1819; p. 66.

citium ipsarum videtur bonum apud sapientes et sanctos, et non inveni illud apud quemquam hominum seculi in omnibus linguis despectum; et inveni in libris medicinarum, ubi dicitur, quoniam optimus medicorum est qui utitur medicinis, ut eas exerceat non ad mercedem huius seculi sed futuri. Visum itaque mihi est figere me medicationi aegrorum ad honorem divini nominis et non ad precium. Et factus sum tanquam mercator, qui vendidit lapidem preciosum pro uno talento, cum valeret pecuniam maximam. Etiam quia reperi in libris medicinae, quod medicus qui exercet medicinam suam ad meritum futuri seculi, nihil ex sui nobilitate ex hoc diminuit; et est sicut seminator qui seminat grana tritici in terra, ut nascatur et triticum, non autem herba, sed tamen cum nascitur semen, nascuntur cum eo herbae: et proposui ergo curare infirmos ad spem domus mei seculi; et non dimisi curare infirmum, quem sciebam posse sanari; eius vero qui curari non poterat, a curatione non desinebam meum posse, sed regulabam et cavebam illum a malis rebus, et exhibebam ei de medicinis ad sufficientiam; et a nullo cui haec contuli, consensi recipere quicquam mercedis vel doni. * Nec volebam agere opera quae ipsi agebant, sed illius cuius mores boni sunt inter homines. Et congregavi iusticiam verbo et opere, et humiliabam animam meam,

---

lin. 20. * *Nec volebam* etc. Lacunosus videtur hic locus, si non modo quae sequuntur (lin. 20. *ipsi*; p. 20, l. 2. *illorum virorum*, l. 3-4. *v. gloriam eorum et eorum nobilitatem*), sed etiam arabicum respicias (Knatchbull 66-67): « and if personal attendance was sometimes out of my power, I prescribed the medicines, which were proper for his disease, without accepting any remuneration for my advice, *and without envying those, who with less knowledge than myself, made their profession the means of amassing wealth, and of arriving at distinction and honour;* and if at any time I felt a secret longing in my soul after similar success, I reproached myself etc. ».

quando magnificabatur super me et cupiebat vanas glorias illorum virorum, ita quod a suo proposito desinebat: porro cum inclinabat ad vanam gloriam eorum et ad eorum nobilitatem adspirabat, visum est mihi tunc conferre cum ea dicens: O anima mea, nonne discernis tuum bonum a malo? nonne discernis niti quaerere illud, ad quod nullus pervenit in hoc seculo? sed semper deficit suum bonum in ipso, et eius tristicia augetur, quando ab eo separatur, et multiplicantur suspiria in suo corde semper. Anima mea, nunquam recordaris delectationis post hunc mundum advenientis, et oblivisceris eius prae tua nimia concupiscentia erga hoc seculum? Nonne verecundaris a societate malignorum et impiorum huic seculo adhaerentium, quod fugit sicut | umbra, et eius bonum deficit A5r in manu tenentis illud, et non permanet nec adhaeret ei nisi stultus, nec diligit illud nisi homo fatuus? Anima mea, divertere ab hac fatuitate, et humiliare te, et esto contenta victu statuto tibi, et quia rem habes super maximo bono et grandi mercede, quod hoc corpus plenum est tormentis et angustiis et languoribus et accidentibus compositione et mixtura corruptibili et sordida; quae omnia congregant radices quattuor, quarum altera superat alteram, quae fundamentum sunt humanae vitae; et finis omnis viventis est mors: ad modum statuae, cuius membra segregata sunt et per se divisa, componuntur autem et iunguntur uno clavo, quo amoto cadunt membra. Anima mea, nequaquam decipiaris a consortio sociorum tuorum, ne sit tuum desiderium magnum ad dilectionem ipsorum. Sicuti enim videtur esse in sua dilectione gaudium et delectatio, sic est in ea contristatio et tribulatio, et erit finis eorum dilectionis: ergo te separa ab eis; tunc efficieris tanquam cochlear,

lin. 10. *obliviscaris* E. — 18. *hic* E. — 19. *accedentibus* E. — 19. *mixtatura* E. — 29. *coclear* E.

quod transmittitur in brodium ollae dum sanum sit, cum vero fractum fuerit, in igne proiicitur ut comburatur. Anima mea, ne ducant te socii et viri pacifici tui congregare rem, pro cuius congregatione peribis; ac per hoc intendis eis complacere et voluntatem eorum adimplere, tibi autem ages malum; ne forte eris sicut thuribulum, quod comburitur a prunis, alii autem capiunt suum bonum odorem. Anima mea, ne decipiaris vanis gloriis, quae praecipitari faciunt suum patronum; nec quis considerat malum, quod sequitur ex eis, donec separatur ab eis: efficieris tunc sicut capillus capitis, qui dum est in capite, cultatur a suo patrono ac honoratur, cunque ceciderit de capite, ab eo despicitur et suis pedibus in terram conculcatur. Anima mea, assiste super curatione languentium, et ne displiceat tibi hoc, quod vilipenditur scientia medicinae ab hominibus, cum sint stulti et nihil penitus scientia participent. Considerare immo debes et in tua mente reducere, si quis auferat de corde proximi sui tristiciam et dolorem et eam a languore liberet restituens eam ad primam quietem in qua fuerat, nonne languens ille tenetur remunerare illum medicum magna remuneratione de beneficio quod fecit sibi medicus? Qui egit hoc beneficium uni, ergo est remunerandus bono merito: quanto magis qui laborat circa curationem magnae turbae infirmorum et multorum virorum faciens totum ad mercedem futuri seculi, et liberet eos a suis languoribus et infirmitatibus, donec restituantur ab illis gravibus infirmitatibus, quae separabant eos ab hoc mundo transitorio et suis deliciis et cibis et potibus et delectationibus ac cunctis eius vanitatibus et laboribus, ad perfectam quietem, in qua prius fuerant, ut valeant gaudere in hac vita et contentari? quoniam merendus est maximo merito, et confidere debet de divina mercede, quae

---

lin. 3. *pacifici* sic E. — 15. *partic'pant* E. — 26. *sui* E.

omnibus est praestantior erga eius creaturas. Anima enim mea, nequaquam abs te futurum seculum, declinans ad hoc dannabile et maledictum, et vendens id quod magni est valoris modico pro precio: efficieris, inquam, sicut mercator, de quo dicitur. Qui cum idem domum suam haberet plenam serico, † cogitavit intra se dicens: Si vendam ipsam ad pondus, redibit me mora temporis. Et abiens vendidit illud simul et totum cuidam alii mercatori pro medietate precii: factum est autem postmodum, cum increpasset adversus animam suam et castigasset illam ex suis propositis, non potuit sibi adinvenire fugam nec excusationem; sed statim recognoscens delictum suum confessus est quod commiserat, et declinans a sua cupidine ad quam aspirabat et in qua confidebat, constituit se curationibus infirmorum languentiumque interesse ad mercedem futuri seculi. Nec hoc pro tanto impedivit me a perceptione honoris et gratiae in hoc mundo magnis a dominis cuiuscunque status antequam in Indiam; et postquam inde redii, etiam tribuit mihi Deus omnipotens suam gratiam et misericordiam in oculis omnium amicorum et sociorum meorum magis quam volebam et ultra quam meae vitae diebus merebar, nec unquam regraciari potero. Post haec vero inspiciens ego libris in quamplurimis medicinarum inveni perlegendo et cognovi, quoniam non est in ipso medico potentia sanandi infirmum aliquem sic ut fit securus unquam in vitae suae diebus eandem aegritudinem ad ipsum redire aut | aliam similem etiam illi aut facto- A1v

---

lin. 5. *Qui*; E habet *Q*. Compares velim p. 35, l. 5. — 7. *more* E. — 5-15. Knatchbull 68-69: « like the merchant, who having a great quantity of sandal wood in his house, determined to sell it by weight, the his stock might last the longer, and in this manner disposed of it for less than its value ». — 17. *antequam in Indiam* ˚ lac.? — 24. *fit* E, fortasse *st* legendum est. — 25. *factorem* sic E.: *fortiorem* ?

rem. Et dixi inquam, quomodo laborabo in praeparatione medicinae, cum aegritudo valeat ad ipsum redire aut alia sibi similis? Tunc vero cognovi, quoniam exercitium iusticiae et aequitatis est melius medicinis universis; sanat enim patronum suum perfecta sanatione, in qua potest confidere; quoniam nunquam perveniet ei languor. Et videns haec ego despexi libros medicinae et vilipendi, et proposui sequi legem et fidem; cunque cecidisset hoc in mentem meam, cognovi quoniam melius est hoc facere, quam studere et vacare in scientia medicinae. In libris enim medicinae non inveni memorationem de fide et lege; nec in eis vidi viam ad legem bonam neque malam. Nationum vero et populorum mundi alii sunt qui possiderunt leges et linguas a suis primis parentibus, alii vero observant eas ad meritum huius seculi et delectationem et vanam gloriam ipsius; omnes autem tenent illos esse in veritate et aequitate. Et forsitan qui confitetur uni illorum, negat primum fundamentum et est errans et stultus; et qui adversus eos est, stabit in secreto Dei et sanctorum suorum; et alter reprehendit fidem et legem alterius et arguit contra illam. Visum est itaque mihi inquirere super sapientibus linguarum ac gentium ac eorum dictorum, ut viderem quid ipsi dicunt, et quomodo respondeant; per haec forte potero verum a falso distinguere; et eligam illud, et in ipso permanebo cum cordis simplicitate et operis bonitate. Non enim expedit me credere quod ignoro, nec adhuc quod non intelligo adhaerere. Et vacans circa illud interrogavi et quaesivi, et non reperi apud illos nisi mihi laudantem legem suam, et legem vituperantem alterius. Et ex hoc intellexi, quoniam omnes iuxta appetitum respondebant, et cum eo agunt, non autem secundum iusticiam et aequitatem, nisi mereretur quisquam illorum ex hoc opere; et apud illos non inveni aliquid quod mihi iusticiam ostenderet, ut cognoscerent eam viri intelligentes et placeret eis. Et videns

hoc nolui sequi alterum ipsorum sciens, quod si crederim alicui eorum de eo quod ignoro, ero sicut ille credulus deceptus, de quo dicitur. Quoniam cum iret latro quidam ad furandum de † nocte in domo cuiusdam divitis cum quibusdam sociorum suorum, ascenderunt pariter ad tectum domus, ut intrarent | in B1r domum illam; et excitatus paterfamilias ad strepitum illorum, obticuit sciens non ascendisse illa hora nisi malignos homines, et excitans uxorem suam silenter ait ei: Aestimo quoniam latrones sunt in tecto nostrae domus; nunc autem volo, ut a me quaeras alta voce, ut ipsi possint audire, dicens: Nunquid mihi narrabis, quomodo et unde tot magnas divitias congregasti? et cum tibi annunciare noluerim, quaeres a me pluries, donec tibi dicam. Fecit itaque mulier, et interrogavit virum sicut ei dixerat; cui vero respondit: Quid tibi hoc quaerere, ex quo eduxit te Deus ad magnas divitias et substantias? comede gaude et bibe; et non interroges me de eo quod tibi non est declarandum, ne forte audiens nos aliquis posset nocere nobis, et in periculum redundare. Dixit itaque mulier: Rogo te, indica mihi haec, quoniam non est qui posset nos nunc audire et sentire verba nostra. Et ait vir: Scito quoniam non congregavi divitias quas tu vides et mecum possides, nisi furtive et malo modo. Cui dixit mulier: Quomodo haec possunt esse, cum sis bonus et iustus apud me et apud omnes homines, qui tui habent noticiam, et nunquam fuit aliquis, qui de te malum suspicaretur? Cui respondit vir: Scito quoniam hoc sapientia et intelligentia faciebam, et agebam caute mea facta et secrete, ut nullus valeret percipere. Dixit mulier: Quomodo faciebas? Inquit vir: Ibam in nocte plenilunii, et ascendebam super domum, ubi furari intendebam; et accedens ad fene-

lin. 7. *obtinuit* E. — 12. *voluerim.* E. — 14 *sicuc* E. — 29. *entendebam* E.

stram, ubi radii lunae ingrediebantur, et dicebam hanc coniurationem, scilicet *sulem sulem* septies: Deinde amplectebar lumen lunae, et sine laesione descendebam ad domum; et quando eram inferius, stabam adversus lumen lunae, et iterum septies hanc coniurationem proferebam dicens *sulem sulem*; et revelabantur mihi omnia bona et thesauri domus; et acceptis quae volebam, iterum amplectebar lumen lunae, et ascendebam deferens illas divitias mecum illese et sine aliquo strepitu. Cunque audirent eos fures, laetati sunt valde dicentes: Iam invenimus hic quod melius est nobis cunctis thesauris auri et argenti et ceteris divitiis, quae in hac domo habere poterimus: iam enim invenimus scientiam, quae aufert a nobis omnem dubietatem et timorem: securi erimus cum hoc a cura. Et contracta ab eis mora donec aestimarent dormire patremfamilias cum uxore sua, surrexit maior eorum, et accedens ad fenestram, per quam radii lunae ingrediebantur, et protulit coniurationem dicens *sulem sulem* septies; et amplexatus radium lunae, putans descendere cum eo, corruit ad terram super faciem suam. Et exurgens paterfamilias verberavit ipsum multis verberibus, dicens ei: Ad quid venisti, et quis es tu? Qui respondit: Ego sum credulus ille et sum deceptus, qui credidi quae audivi, antequam fuerim expertus; dignus sum ad omnia, quae in me agis, ex quo in tuis verbis credidi et me tuis verbis decepisti. At factum est, cum timerem credere illud per quod scirem me posse praecipitari, secundario adhibui sollicitudinem inquirendi leges et eligendi meliores ipsarum; et non inveni in

---

lin. 2. *sulem sulem* septies. Arab.: שולם שולם De Sacy et F, שולם סולם M, שרלם שרתם אכלם תסלם V. Gr. interpr.: σελὲμ σελὲμ ἑπτάκις barb. I 172; *semel semel* Possinus. (V. Guidi, Studii sul testo arabo del libro di Calila e Dimna, Roma 1873, p. 18-19). — 2 *amplectabar* E. — 7. *amplectabar* E. — 12. *auffert* E.

omnibus his, quae dicta sunt mihi, aliquid quod subintraret mentem meam, ut possem illud credere et sibi adhaerere. Vade, dixi, ex quo nunc inveni ubi possim appodiari: non est mihi melius quam permanere in lege parentum meorum. Non inveni viam permanedi in ea. Dixi: Si dixero propter haec et hoc, ecce magus qui inveniens parentes suos magos * reprehendi ab hominibus. Et recordor quid est de quodam; qui cum esset in suis cibis irregulatus, ab hominibus vituperabatur; ipse autem causam eis assignabat dicens: Sic mei parentes et parentum meorum comedebant. Et cum non invenissem in hoc mundo causam permanendi in lege parentum meorum, volui iterum inquirere de linguis et legibus et earum scire veritatem. Veruntamen mihi placuit, quoniam finis proximus est; et consideravi, quoniam dies mei consummati sunt, et finis meus venire festinavit; et cogitans hoc dixi: Ego nescio, utrum recessus meus ab hoc seculo sit in momento. Et prius quidem faciebam opera, quae sperabam esse de numero bonorum; nunc autem in eundo et redenudo ad acquirendum de legibus et me de altera in alteram transferendo, detinebar a maximo bono et magna misericordia, quam possem exercere. Et erit finis meus peius agere, praeterquam petitioni meae satisfiat. Et forsitan in eundo et redeundo adveniet mihi quod advenit cuidam, [equo] de quo dicitur. | Quoniam, cum quidam mulie- †
rem habentem virum adamaret et ageret cum ea, fecit sibi B¹r

---

lin. 3. *dixit* E. — 2-7. «savio consiglio è che io m'attenga alla religione dei miei padri ed antenati, nella quale li ho trovati; ma poi quando voleva giustificare me medesimo dell'attenermi alla religione de' padri, dissi: se ciò vale come scusa, il maliardo [*sàhir*] che trovò suo padre maliardo ha una scusa simile a questa; e mi ricordai d'un tale che mangiava da ghiottone ecc.» F in Guidi 19. — 6. *maguus* E. — 6. *magos* * *reprehendi* lac.? — 10. *hoc* pro *non* habet E.

mulier meatum sub terra protendentem a domo sua usque ad domum illius; fecit foramen meatus in domo sua apud quendam locum, in quo prius puteus extiterat, pro temporibus necessitatis et timoris, ne quando superveniret eis subito maritus. Quadam vero die dum amasius staret cum muliere, supervenit maritus in ostio; et ait mulier amasio suo: Festina et recurre ad meatum, qui est apud locum putei. Et festinans ille ad locum non invenit puteum, quoniam privatus iam erat; et rediens ad mulierem dixit: Iam ivi ad locum quem dixisti mihi, et ibi puteum non inveni. Cui dixit mulier: O stulte, quid tibi de puteo meo: indicavi tibi puteum, nisi ut indicarem tibi foramen meatus. At ille respondit: Non bene fecisti; non enim puteum, cum non esset, nominare debuisti, quoniam exibuisti me huic periculo. Cui dixit mulier: Vae tibi! Relinque fatuitatem tuam. Dixit ille: Quo ibo? quod tu mihi verba instituisti, nescio quid faciam. Et antequam sermonem patefecerit, intravit paterfamilias, et illo invento, verberavit eum, et ultimo duxit eum ad iudicem de maleficio accusando. At factum est, cum paverem, ne mihi in eundo et redeundo accideret sicut illi; visum enim mihi, ut non inducatur mihi super hoc negotio de timore magis quam perceperim; et deliberavi relinquere illud, et agere omne opus, quod intellectus attestatur esse purum, et in eo linguae concordarent universae, quoniam bonum est. Et subtraxi manum meam a percutiendo et affligendo homines et a vana gloria et a furto et a fraude et a decipiendo quemquam; et praeservavi me ab omni mendacio et ab omni quod posset nocere hominibus; et alienavi me a tribulatione hominum et a malicia et a vanitatibus suis et ab omni maleficio et praevaricatione. Et iussi animae meae non affectare malum hominum et non deviare in perquirendo meritum futuri seculi ac eius

lin. 3. *lacum* E. — 11. *indicaret* E.

dubitavi de persona mea, nequando molestaretur et non posset tolerare; et in statu quo fueram, cogitavi permanere. Postea vero deliberavi permanere inter illud, quod timebam non posse tolerare, et illud quod advenit habitanti in mundo ex tristiciis et angustiis. Et manifestum mihi est, quoniam non est aliqua concupiscentia nec delectatio huius seculi, quae non convertatur in tristiciam et languorem, et causet dolorem et adversitatem in hoc mundo. Sicut aqua salsa, de qua quantumcunque quis plus biberit, tanto plus sitiet. Aut sicut os, in quo nil aliud est nisi odor carnium, quod cum invenerit canis, volens illud rodere, confricantur exinde cum eo gingivae, donec sanguis ex illis fluat; at ille pro tanto non cessat pertractare os suis dentibus, et quantumque magis quaerit rodere os suum, quaerit diminuere sanguinem suum. Vel sicut milvus, qui cum invenerit modicum carnis, congregant se aves ad ipsum, ita quod tota die existens in tribulationibus et fugis propter eas dimittit eis carnem, et ipse remanet exinde inanitus. Vel sicut vas, in quo est desuper modicum mellis, desubtus vero plenum veneno; et quicunque de eo gustaverit, parum de dulcedine et multum de amaritudine percipiet. Vel sicut somnus dormientis, in quo eius anima cum dormit, gratulatur; cum vero fuerit excitatus, eius gratulatio | expirat. B1r Vel sicut coruscatio, quae parum illuminat, et subito recedit, et remanet homo in tenebris sicut prius. Vel sicut vermis serici, qui protendens filum serici a se causat sibi necem. Et factum est, cum cogitassem in his et correxissem animam meam, ut eligerem religionem et ad eam declinarem, contuli cum anima dicens: Non decet me transferre de statu religionis ad se-

---

lin. 7. *causat* E. — 13. *et quantumque magis* sic E. — 14. *diminuerere* E. — 20. *sonus* E.

culum et de seculo ad religionem, cum in seculo tristiciam esse scio et laborem; nec consentiam ire et redire et non in uno consilio sive statu permanere: ne fiam sicut quidam iudex, qui fuit tempore antiquo, ad quem cum accederet adversarius, primo exponens sibi causam, ferebat etiam sententiam pro se; superveniens cito pars altera, suam sibi causam declarans, cui et sententiam pro sua voluntate dedit. Et consideravi quid advenire posset mihi ex molestia religionis et eius angustiis: iudicavi esse valde difficile mihi dicens contra: Modica est huius mundi delectatio; acquirendi pro ea tranquillitatem futuri. Et considerans, quod affectabat anima mea delectationes huius mundi, dixi quod dolorosa est huius mundi delectatio, cuius finis est ad aeternam afflictionem. Et dixi: Quomodo non debet sapere homini modicum absinthii, cuius finis est ad maximam dulcedinem? Aut quomodo non debet ei sapere modicum dulcedinis, cuius finis in maximam redundat amaritudinem? Et dicitur, quod si alicui latum fuerit, ipsum vixurum centum annis et non vivere nisi in augustiis et tribulationibus, et non deficere sibi in illis tristiciam et dolorem, et post illud tempus esset liber ab omni tribulatione et dolore et semper vivere cum omni tranquillitate et delectatione, nunquid videbuntur illi centum anni quasi unus dies? Sic et ego, quomodo refutabo modicum angustiae et laboris in modico tempore quo vixero in religione, per quod deveniam in maximam tranquillitatem et iocunditatem? Nonne hoc seculum plenum est afflictione et dolore? Nonne transit homo de dolore in dolorem toto suo tempore, a quo formari incipit in utero suae matris usque ad

---

lin. 10. *acquirendi* etc. sic E. — 13-15 *Quomodo non debet* etc. *Aut quomodo non debet* etc. sic E. — 15-16. *dulcedis* E. — 19. *deficre* E. — 21. *nunquid (non) videbuntur*?

diem mortis? Invenimus enim in libris medicinae, quomodo embrio creatur de gutta spermatis recepta in utero mulieris, quae mixta cum liquore mulieris et sanguine efficitur spissa et condensatur parum; deinceps vero dominatur aer liquori et sanguini, donec ad modum aquae casei reddet illud; postea vero dividuntur eius membra usque ad consumationem numeri dierum suorum. Qui si fuerit masculus, erit eius facies versus lumbos suae matris, et eius formatio perficietur in quadraginta diebus; si vero femina fuerit, erit eius facies versus ventrem matris eius, et in sexaginta diebus perficietur eius formatio. Conclusus in secundina et ligatus cum umbilico matris, suos tenens oculos et caput super suis genubus, et non manifestatur de eo membrum aliquid, sed totus est plicatus et involutus ut carta, et foramen eius umbilici coniunctum foramini umbilici, et de illo loco sugit illud de quo vivit de nutrimento cibi et potus matris; et persistit in huiusmodi tribulationibus et doloribus usque ad tempus suae nativitatis. Cum vero advenerit terminus egressus eius, dominatur spiritus super uterum matris, ut cogat illum moveri de suo loco et accedere circa portam, et sentiet tunc dolorem expressionis, sicut oleum quando exprimitur de oliva; et cum ceciderit in terram et tetigerit ipsum ventus aut manus alicuius, exinde percipiet dolorem maximum, sicut percipit ille cuius corium ab eo excoriatur. Post haec vero persistit in pluribus generibus tribulationum omni die, ut cum famescit et non habet cibum, et sitit, ex corporis translatione et eius motione, et ab eo quod fertur et fasciatur et salitur et solvitur et ligatur et lavatur et ungitur, et quando iacet super lumbis suis et non potest se vertere hinc et inde, et plures patitur afflictiones, dum existit in tempore lactationis. Postea vero, cum evaserit a

lin. 11. *fecundina* E. — 19. *cogitat* E.

molestia lactationis, incidit in molestiam correctionis et disciplinae et malarum infirmitatum et difficilium languorum et dolorum, et amararum medicinarum potiones. Cum vero ad aetatem iuventutis transierit, incidit in tribulationem divitiarum mulierum et prolis, et cupidinem quaerendi omnia et se multis periculis exponendi. Nec cum hoc ipsum relinquunt quattuor sua mala, quae sunt quattuor elementa, scilicet cholera nigra, citrina, sanguis et flegma et venti et venena mortifera et ferae pessimae, terror luporum atque serpentum, somnus et vigiliae, calor frigus pluvia et genera afflictionum senectutis, si ad illam pervenerit. Et si ab huiusmodi tribulationibus toto tempore suo permaneret pacificus nec molestaretur ab eisdem, et tantummodo de morte cogitaret tempore quo expedit eum ab hoc separari, et consideraret iusticias quas passurus est B³v tunc, scilicet separari a sociis | et fratribus, et magnas tribulationes percipere quae ipsum post mortem sequentur, utique deberet consiliari et muniri argumentis et modis suo posse, quod abhorreret et dedignaretur ea omnia, quae ipsum faciunt oblivisci et decipi maledictionibus mundi et eius vanitatibus: et maxime in hoc tempore maligno pleno mendaciis, in quo etiam si esset rex, cui Deus bonum furtunium concessisset, et legalis et fortis consilii, magnanimus, insistens circa rerum inquisitionem, iustus, innocens, fidelis spiritu, dedignus visitator fidelium, sermocinator intelligens, prorogans iram, cognoscens secreta hominum et rerum, amator sapientiae et sapientum et rectitudinis, rector fortis corde, et absque malicia super impiis, non audiens omnia quae dicuntur ei, gerens se misericorditer cum populo, et largiens suo populo quod diligunt, et

---

lin. 6. *hec* E. — 7. *colera* E. — 9. *sonus* E. — 14. *ab hoc*, scilicet *mundo* vel *seculo*. — 18. *abhorretur* E. — 6. *et rectitudinis* corrigendum esse censui; *rectitudinis et* E.

evitans eis quod abhorrent; si haec ommia essent in rege, non tamen prosperaretur utique propter temporis adversitatem. Videmus etenim, quoniam hoc tempus ubique retrovertitur, et fiunt verba iusticiae dissipata, et perditur ab hominibus quod difficile erat perdi, et omni tempore semper apud eos invenitur quod autem erat difficile inveniri; et efficitur bonum abiens et fugiens, malum autem accedens et permanens; et redduntur stulti laeti, doctores vero dolentes; et efficitur iusticia imbecillis, iniusticia vero fortis; redditur scientia occulta, fatuitas vero manifesta; et fit dilectio absconsa, odium vero apparens; et redditur donum ablatum a iustis et datum impiis; et permanet falsitas vigilans, veritas vero dormiens; et efficitur arbor mendacii fructum afferens, veritatis vero arida; et efficiuntur viae nequitiae splendidae, iusticiae vero tenebrosae; et fit cupido os suum aperiens praeter terminum rapiens omne quod invenit, voluntas vero relicta et dedignata; et efficiuntur maligni ascendentes ad coelum, boni autem diversi in umbilicum abyssi; et efficitur nobilitas abiecta de grado excelso ad pedes rusticitatis; et redditur rex se transferens de loco misericordiae ad locum impietatis; et redditur perversum hoc seculum dicens, occultavi bona et manifestavi mala. Et factum est cum cogitarem in rebus huius mundi, et quia homo est nobilior omnibus creaturis, et cum sit in ipsa nobilitate in qua est, non desinit transferre de uno malo in aliud; scivi quoniam nullus est habens modicum scientiae, qui hoc non intelligat, sed cum hoc toto non quaerit salvare animam suam nec de ea curat. Et miratus valde super haec, intellexi quoniam non est aliud quod prohibeat hominem habere curam de anima, nisi hoc modicum vilis delectationis, quod percipit in hoc

---

lin. 3. *hic* E. — 9. *oculta* E. — 16. *ddeignata* E. — 16-17. *efficiunt* E. — 21. *ocultavi* E. — 26. *hic* E.

mundo, scilicet visus, auditus, odoratus, gustus et tactus. Et possibile est ipsum non sortiri de eis nisi modicum quod cito recedit; et propter hoc obliviscitur salvare animam suam et errat in illo. Et quaesivi pro homine exemplum, et inveni quo- † niam similis est illi. Qui cum fugeret a facie leonis pervenit ad quendam puteum et intus se proiecit, et appodiavit manus suas in duobus ramis circa orificium putei crescentibus; pedes vero eius positi erant super motu mobili. Et ecce exibant quattuor animalia; eductis capitibus suis, volebant eum devorare. Et videns de extremitate putei, ecce draco ore aperto expectabat ut ipsum reciperet. Et respiciens apud ramos vidit duo mures, quorum unus erat albus, alter vero niger, nitentes suo posse ramorum radices corrodere, ut ipse in puteum caderet. At ille, cum esset huiusmodi tribulationibus constitutus, erat confusus, nec volebat argumentari aliquid; et respiciens apud parietem putei vidit foramen ubi modicum mellis erat, et cepit gustare de eo, et oblitus est curare personam suam, ut ab illis periculis evaderet, quoniam pedes suos apud quattuor animalia pessima firmaverat; nec trepidavit nequaudo ipsum praecipitarent; nec recordabatur quod mures radices ramorum corrodere nitebantur, ut incideret os draconis; sed oblitus est omnium horum, et semper modicum mellis gustavit, donec cecidit et periit. Assimilavi, inquam, puteum huic mundo, qui plenus est doloribus et tribulationibus; quattuor vero animalia reputavi quattuor elementorum mixturas, ex quibus constat corpus humanum; volui autem per ramos vitam designare humanam; mus vero albus est dies, niger vero est nox, qui

lin. 5. *Qui,* E habet Q,. Cfr. p. 22. l. 5. — 8. *motu mobili* sic E. Knatchbuull 81: « whilst his feet rest upon something projecting out of its sides, which proves to be the heads of four serpents appearing out of their holes, etc. » — 24. *vera* E.

procedentes semper festinant hominis vitam terminare; consideravi quippe per draconem hominis se|pulturam, quae semper B4r stat hominem expectans; modicum vero mellis intellexi esse vanam huius mundi delectationem eiusque modicum dulcedinis, quod videns ipse homo errat in eo, obliviscitur suum finem respicere, ut non curet de animae salubritate. Et deliberavi meum consilium heremita effici et divino cultui deputari; et rectificavi universa mea opera quantumcunque poteram in melius. Forsitan per haec valeam mihi acquirere stabilem tranquillitatem in futuro seculo, in quo eius habitatores non moriuntur; nec advenit ei accidens malum, qui in ipso fuerit collocatus. Et corrigebam animam meam, et ipsam ab omni delicto praeservabam, super his agens poenitentiam, quae olim commiseram; et semper permansi in hac vita. Rediens autem de India ad meam terram transtuli ibi hunc librum et alios praeter istum.

CAPITVLVM II DE LEONE ET BOVE ET EST DE DOLO ET SEDVCTIONE

Inquit Disles rex Indiae suo philosopho Sendebar: Affer

---

lin. 5. *erat* E. — 6. *deliberavit?* Cfr. p. 18, l. 19. — 7 *heremita* sic E. — 15. *Yndia* E. — 17. *Disles*. Arab.: דבשלים, *Dabšelim* (De Sacy), ex quo, *i* omissa et *b* in *i* commutata, ut saepe in scriptura arabica fieri solet, manavit nomen דישלם, *Daišlam* (F), sive דיסלם, *Daislam* (V), cum quo cfr. graecum Δησαλώμ (cod. laur. LVII 30), denique דילם, *Dailam* (M); sed postea דיסלם in hebr. mss. factum est דיסלם, unde etiam *Disles* dixit Johannis. V. De Sacy NE IX 1, 403; Benfey's Pantschatantra I 32. 61; Guidi 21. — 17. *Yndie* E. — 17. *Sendebar*. Arab.: בידבאי *(Bidbai, Bidpai)*, pro quo, si De Sacy NE IX 1, 403 audias, scripsit arabus amanuensis nomen סנדבאי, quod postea סנדבאר factum est, facili τοῦ ו in ר commutatione. Cfr. Benfey I 35, Guidi 21-22.

mihi parabolam super duobus amicis dilectis ad se invicem, quibus interponitur aliquis credulus seductor et mendax, et eis B4v inimicitias inducit et odium, | donec ad sanguinis effusionem deveniunt. Dixit philosophus regi: Scito te, domine rex, quoniam quando fideles amici volnerantur vulnerė alicuius mendacis et dolosi, deveniunt in odium, et dissipatur dilectio quae erat inter eos, et accidit eis quod accidit leoni cum bove. Dixit † rex: Quomodo fit hoc? Inquit: Fertur fuisse in provincia de Sendebar mercator valde dives. Habebat autem tres filios; qui cum crevissent, non curaverunt conservare divitias sui patris, sed eas consumere et dispegere nitebantur, nec ceperunt modum scientiae bona patris conservare. Et vocans pater eos ad se cepit eos super hoc castigare dicens eis: Filii mei, scitote quoniam homo huius mundi debet tria quaerere, quae haberi non possunt nisi per quattuor. Tria, quae debet homo quaerere, illa sunt, scilicet, victus suus, et eius status inter homines, et se pro suo fine praemuniri. Quattuor vero, cum quibus debet illa tria acquirere, sunt, ut acquirat bona cum aequitate et iusticia, et sciat uti eis in his quae sunt, ei necessaria, et ut habeat mercedem inde in futuro seculo. Nunc autem qui de istis mandatis unum obmittit, non obtinebit nec ei annuetur quod intendit. Quoniam si habuerit divitias et substantias multas, et non utatur eis in his quae oportet, et illas nescit conservare, cito consumitur et remanet absque divitiis. Et si eas relinquit, et nescit eas negociari et mercari et in eis addere, cito abiunt, quamvis non utatur de illis nisi modicum; sicut collerium oculorum, de quo non accipitur nisi modicum

---

lin. 4. *Scito te* sic E; *scitote* scripsit De Sacy laudans h. l. — 5. *volnerantur* sic E — 6. *deveniun* E. — 9. De *Sendebar* v. Benfey I 96, Guidi 22. — 21. *anuetur* E.

ac pro tanto non permanebit quin deficiat. Si quis autem divitias et bona acquirat, et restrinxerit manum suam ab eis, nisi eius usus fuerit in hiis quae sunt opportuna, quasi pauper qui nihil habet reputabitur, nec pro tanto evadet ut sua bona non consumantur et deficiant; sicut amphora plena musto, quae si meatum non habuerit unde respiret, rumpetur et tunc undique mustum egredietur. Et factum est, cum audirent filii mercatoris mandatum sui patris, apposuerunt curam observare praeceptum patris. Et cum iret maior eorum in mercatione in contrada quae dicitur Mathor, transivit per quandam viam malam et angustam, qua erat molle lutum; et ducebat duos boves; nomen unius erat Senesba, alterius vero Chenedba. Et demersus Senesba in lutum, eductus est inde postquam pervenit fere mortis periculum, prostratus atque remissus. Et dimisit eum apud quendam notum suum rogans illum custodire sibi, donec restitueretur ad vires suas; et tunc signaret ei. Post vero aliquos dies recessit vir de loco, et relicto ibi bove, significavit amico suo quoniam mortuus esset. Porro autem Senesba recessit inde, et recedens paulisper ad magnam pervenit planiciem et bona pascua et a timore exempta: timebat enim, nequando amplius perveniret ei malum, ne forte accideret ei sicut accidit cuidam, de quo dicitur. Quoniam cum † exiret bos ad silvam pro pascuis, supervenit ei lupus, et sequebatur eum, ipso non percipiente; donec appropinquaret ad eum. Cum vidisset eum, timuit; et fugiens abiit ad civitatem prope flumen: quo cum pervenisset, invenit pontem

---

lin. 3. *hiis* sic, ut alias, E. — 10. *contractu* E. — 10. *Mathor*, sanscr. *Mathura* (Somadeva et Galanos), unde מרתורי (Benfey I 99), *Manûr* (V), *Matûth* (F), *Sanûn* (M), *Majun* (מיזן De Sacy). V. Guidi 23. — 12. De nominibus *Senesba* et *Chenedba* v. Guidi 23. — 23. *bos*. Cfr. Benfey I 100. — 26. *qui* E.

fractum; et eum lupus sequebatur. Et ait in corde suo: Quid faciam? Lupus sequitur me: flumen vero profundum est, pons confractus, nescio natare per aquam. Non est mihi melius nisi me in flumine proiicere, et homines me videntes forsitan salvum faciant. Et corruit in aquam; videntesque homines civitatis ipsum festinaverunt ei succurrere cum viris qui salvarent ipsum. Et cum ipsum eduxissent de flumine semimortuum, appodiavit se cuidam parieti; et in ipso recreato spiritu, cepit narrare astantibus omnia quae sibi acciderant, et a quibus Deus ipsum liberavit; et dum eis hoc narraret, paries cecidit super eum, et fere mortuus est. Post vero paucos dies restitutus Senesba ad suas vires et impinguatus cepit mugire. Erat autem prope locum illum leo, qui regnabat in tota illa regione: erant autem plures ferae, scilicet luporum ursorum et volpium et aliorum huiusmodi in suo comitatu. Erat autem leo magnanimus in suis negociis, singularis in suo consilio; et cum audiret leo hanc vocem bovis mugientis horribiliter, expavit valde et tremuit, cum in diebus | B1r suis non audivisset vocem bovis, nec vidisset ipsum. Et retinens hunc timorem in mente noluit alicui revelare; nec exibat de loco prao timore. Erant autem in sua familia duo animalia fratres et socii; nomen unius erat Kelila, alterius vero Dimna. Ait Dimna Kelilae: Nonne respicis frater, quoniam leo non recedit de suo habitaculo, nec agit quae agere solebat? Cui respondit Kelila: Quid te, frater, de hoc investigare cogit et monet, quod non est necessarium, cum tua non interest huiusmodi quaerere, cum simus in curia regis nostri tranquilli et pacifici? habemus enim ea quae volumus, nec nobis deficit aliquid eorum, quae nostrae sunt opportunitatis; nec sumus in isto statu, quo regi loqui debeamus de materia sua. Desine, frater, ab hoc proposito quod intendis. Scire enim debes, quoniam quicunque submittit se causae, quae suae non est facultatis in verbo et

opere, nec est suae expeditionis, dignum est ei accidere, quod accidit symeo. Ait Dimna dicens: Quomodo fuit? Inquit Kelila: Erat quidam symeus, qui quendam vidit carpentarium † scindentem lignum in quadam planicie, et cum super lignum ascenderet, scindebat quasi uno cubito, apponendo unum paxillum et educendo alterum. Et videns hoc symeus aestimavit facere sicut carpentarius faciebat; et cum inde carpentarius descendisset pro suis negociis, festinavit symeus ad lignum, et ascendens super illud apposuit sua posteriora versus scissuram ligni, faciem vero versus paxillum. Et cum essent repositae ambae eius testiculae in medio scissurae eius, cepit facere ad modum carpentarii, educendo et interponendo paxillos; cunque sic faceret, ultimo paxillo extracto, propter brevitatem crurium restrictae sunt eius testiculae in scissura; et oppressit se. Et sic clamante symeo prae nimio dolore, advenit carpentarius et percussit symeum; ita quod propter eius imperitiam suscepit verbera et oppressionis dolorem. | Accidia impedit quamplurimos, inquit Dimna, b[5]v ut ex verbis tuis ac parabolis intellexi: quapropter scio non esse fore factum quaerere de his, quibus quis suum dominum ac amicum sperat exultari, suumque inimicum tristari, ipsumve suo coram domino hilarem praebet. Veruntamen numero stultorum reperiuntur illi, quibus cum praedestinatum est magna possidere, minimisque rebus contentari affirmant. Is et cani crus aridum rodenti eoque laetari, assimilatur. Sic nec nobilis progeniem minimis contentari non debet beneficiis, sed animum ad id perpetrandum habebit, quod suae convenit generositati, cum quo et suae potest satisfacere progeniei; videlicet, ut sit ipsius ac ipsorum honorum semper augmentator.

---

lin 2. *symeo* (*y* pro *i* posita, quam etiam inferius reperies in *symeus*, *symaeo*, *symeum*, lin. 3. 6. 8, 15, 15-16.) E. — 18-19. *esse fore factum* sic E. — 21. *hylurem* E. — 24. *crus* sic E.

Ut et habetur experimento per leonem, qui cum praedatus est leporem, vidensque quid melius seu maius, leporem dimittit, illudve melius perpetrare sollicitat. Vides enim canem caudam movere suo coram domino, donec ei quid proiiciat: elephas autem qua sit dignus honore naturam habet, nullam ab aliquo recipiens escam apportatam, nisi summe mundam. Dico vobis, inquit Kelila: Quicunque honorabili in statu existit, eoque humilem et misericordem cunctis se ostendit, quamvis vitae eius dies sunt pauci hoc mundo, procurat tamen sibi bonam memoriam expirato vitae eius termino; cum dicunt sapientes, hunc magis fore fatuum, cuius dies invidia consumuntur. Insipienter bestialiterque vivit ille, inquit Dimma, qui sui corporis necessitatem quaerere non sollicitat, esuriemque patitur timoris causa, quarundam bestiorum more, quae penuriam ad defectum patiuntur invidiae causa quam corde gerunt, ut alii ipsis non congaudeant, scilicet de praedis. Inquit Kelila: Intellexi quidem verba tua; volo et nunc ut meis animadvertas. Cum unusquisque in bono existens statu id quod sibi non est congruum seu praedestinatum postponet, contentarique his, quibus est dotatus, debet: invenimus enim nunc in statu isto, quibus deficimus, quapropter eum tenemur vilipendere. Inquit Dimna: Veritati consonum profers, frater; veruntamen nobilium sanguis ad altiora semper affectat provehi. Uti minimorum ac parvorum animus non ad altiora se curat exaltari, conversoque modo nobilium sanguis ad inferiora duci summe veretur et abhorret; uti habetur experimento per gallum: quamvis sit pennarum et alarum abundans et in potestate se alte ponere, reperitur tamen semper quaerens in stercoribus et plateis. Scito etiam, magno cum labore a parvo ad magnum fore statum

lin. 5. *etiam que sit dignus honore natura* E. — 17-21. *Cum unusquisque. . . . vilipendere.* sic E. — 24. *conversoque* sic E.

ascendendum; minimo sed labore quis statu ab honorabili privatur. Simile huic: Onus grave magno cum conamine ad altiora transportatur, sed ipsum absque alicuius iuvamine ad infima faciliter tendit. Decet idcirco statum ad altiorem nosmetipsos promovere, cum illius rationem ac originem habeamus. Respondit Kelila: Quibus nunc firmasti animum, frater? Inquit Dimna: Video dominum nostrum leonem debilem habere animum ac non fore magnanimum; et cum ego meipsum sibi adiungere poterim, sibique consilium suis in causis non parvis darem perutile, forsan me ad altiorem proveheret statum. Ait Kelila: Quis te huius rei facit certum quod rex talis, ut tu asseris, est? Inquit Dimna: Illud volo per suorum de curia familiarium inquisitionem perscrutari, quibus confido mihi secreta regis revelare. Inquit Kelila: Quomodo potes te his iactare sive te mente exaltare, cum tu ipsi tam propinquus non fuisti, quod ipsius voluntatem ac consuetudinem percepisti? Seu scire te quis fecit? Inquit Dimna: Nescis quod quis humilis et fortis grave pondus non reputat, sanus quoque dispositus est ad ambulandum, sapiens vero ad meditandum, humilis ad conveniendum? Inquit Kelila: Scis etenim, quod regi nemo audet appropinquare nisi is qui ad hoc est deputatus; unde nunc tu ad altiora te exaltari iactas, cum ex his, qui ad hoc sunt deputati, non es? cum et rex pro te non miserit unde tunc capies originem ad eius gratiam accedendam, cum moris non est unumquemque fore licentiatum ad regem accedere nullius promotione sive ipsius iussu. Verum est ait Dimna, quod dicis; sed scito, quod hi qui in camera regis nunc existunt non a diebus natalibus moram traxerunt semper, sed solum propter quandam eorum dispositionem congruam, fortuna ipsis arridente, eorum statum regis servitio exaltaverunt. Spero quia, cum me ad hoc ordinavero, ut ipsi fecerunt, eadem quae ipsis arrisit fortuna, mihi arridebit. Anne putas,

quod propter ortum vel elementorum carentiam minus sim dignus fortuna, qua ipsi sunt beneficiati? Non spero; cum his, quibus illi se patientes exhibuerunt, et ego me subiiciam, sperans inde quid boni seu melioris recepturum; cum asserunt B8r sapientes: Sufferentes angustias estote pa|tientes et exaltabimini. Inquit Kelila: Si praesenti esses tempore in servitio regis persistens, quisnam esset verborum sermonumque vestrorum ordo, quo teipsum per alium seu a rege exaltari te iactas quamplurimum? Responsum dedit Dimna: Cum regis esse suive moris habitum perscrutari possem sciremque et ad ipsum pervenirem, alloquerer iuxta placitum suum cum verborum dulcedine, nec essem ei rebellis in aliquo. Et quando proponeret facere aliquid rectum, commendarem ipsum super hoc, et ostenderem ei bonum quod in eo esset, et ipsum confortarem super illo, donec faceret ipsum et adderet circa illam laeticiam: quando vero caderet in suo proposito aliquid indirectum, de quo esset formidandum, ostenderem ei malum quod in eo esset cum humilitate linguae et verborum dulcedine. Et spero, inquam, haec esse magis in me quam in aliis sociis meis. Quoniam vir intelligens et doctus, si vellet perdere veritatem et manu tenere falsitatem, utique multotiens posset; quemadmodum doctus pictor, qui pingit figuras in pariete et picturas quasi si de eo exirent, et pingit alias quasi intrarent in ipsum cum nominata se habeant. Et cum ipse meam percepit intelligentiam et doctrinam et ea quae penes viam sunt, debet utique sequi ac perquirere amorem et honorem mihi et coniungere me sibi. Inquit ei Kelila: Porro, ex quo tuum deliberasti consilium ad honorem regis, timendum tibi valde de familiaritate regis prae timoris eius gravamine. Dicunt enim sapientes, quoniam in quattuor non interponit se aliquis nisi fatuus et insipiens,

lin. 6. *servitio in regis* E. — 23-24 *nominata* sic. E.

nec ab eis evadit nisi intelligens et sapiens; quorum unum est familiaritas regis, aliud vero secretum credere mulieribus, et potus veneni, et pergere per mare. Sapientes quippe assimilaverunt regum familiaritatem mouti excelso, in quo sunt arbores bonorum et delectabilium fructuum, est tamen luporum habitaculum et ferarum pessimarum; et qui cupit illuc ascendere et carpere de fructibus, oportet illum cum multis armis illuc ascendere; et dum ibi moratur, semper est in timore. Inquit Dimna: Iam ad tuum verbum adverti intellectum meum, et iustus es in his quae protulisti; veruntamen scire debes, quoniam qui se intromittit in angustiis et tribulationibus magnis, ad status sublimes et grandes non potest pervenire; et qui dimittit rem aliquam propter hoc quod forte dubitat ipsum, non pervenit ad nobilitatem nec ad magnum statum. Dictum est enim, quoniam tria sunt, ad quae quis pervenire non potest nisi cum auxilio magnitudinis animae; quae sunt, scilicet, servire regi, pergere mare et suum offendere inimicum. Et dicunt sapientes, quoniam non decet virum intelligentem videri nisi in altero duorum locorum, scilicet, vel cum domini regis servitio deputatum, vel cum religiosis in solitudine; ut elephas, cuius gloria et exaltatio non est, nisi in duobus locis, videlicet, solitudine aut in curiis regum pro servorum amico. Dixit ei Kelila: Vade igitur, et Dominus tecum sit in tuo proposito quod cogitasti. Et accedens ad leonem, salutavit ipsum. Et ait leo ad illos, qui cum eo erant: Quis est iste? Cui responderunt: Domine rex, hic est talis filius. Eit ait leo: Bene novi patrem suum. Et vocans eum leo ad se dixit ei: Ubi moraris? Cui respondit Dimna: Non cessavi iam pluribus diebus morari ostio palacii regis aestimans for-

---

lin. 11 *se (non) intromittit* legendum est. — 27. *prolem* pro *patrem* posuit E.

san ero tibi utilis in aliquo quandoque, quoniam superveniunt regi aliqua, pro quibus indiget eo qui nullius est generositatis et famositatis; nec est omnino infimi gradus, in quo aliquid reperitur: quia vilis festuca proiecta in terram utilis est aliquando; accipit enim illam homo aliquando de terra, ut intromittat in aurem suam et purget eam, aut etiam erit ei opportuna ad alia servitia: sed animalia, quae sciunt et intelligunt facta mundi magis debent honorari. Cunque audiret verba Dimnae leo, gavisus est et placuit ei verbum; concepit enim, quod ab eo posset recipere consilium et intelligentiam. Et ait leo ad socios suos: Scitote, quoniam vir intelligens est et sapiens qui nobilis est; et misericors esse poterit perfectae nobilitatis, licet eius nobilitas sit occulta; veruntamen sua natura non tenet ipsum, quin reveletur, et eius nobilitas manifestatur et sapientia. Quemadmodum ignis accensus, qui ubicunque fuerit, latere non potest, sed manifestatur et refulget; et plerumque una acus valet, quando non valet ensis. Et audiens Dimna verba leonis percepit, quoniam placuit leoni verbum suum, et quia invenit gratiam in oculis suis. * Et quoniam familia regis et ei assistentes tenentur ostendere sibi quod penes eos lateret de sapientia et intelligentia, donec ei manifestetur ipsorum prudentia et consilium; non enim constituet eos in statu quo digni sunt, nisi per hoc. Sicut est semen absconsum in terra, cuius bonitas et utilitas non cognoscitur nec appreciatur apud homines, donec de terra exurgat et manifestetur; sic oportet unumquemque qui est de familia regis et eius comitiva, ostendere sibi scientiam et intel-

---

lin 20. * *Et quoniam* etc. Lacunosum esse hunc locum nemo non vidit; cfr. gr. interpr.: Ὡς οὖν ἔγνω ὁ Ἰχνηλάτης, ὅτι ἀρεστὸς κατεφάνη τῷ λέοντι, ἔφη· Ὦ βασιλεῦ, δεῖ τὴν αὐλὴν τοῦ βασιλέως ἀναφέρειν εἰς αὐτὸν ἅπαντα τὰ δ'οντα· κτέ (ed. Athen. p. 9).

ligentiam quae penes eos est. Similiter decet quoque regem constituere unumquemque in statu et loco, quo dignus est, secundum quod habet penes ipsum de intelligentia et consilio. Iam enim dicitur in quadam parabolarum, quod duo sunt quae a nullo fieri conveniunt, etiam si esset rex scilicet, ponere alterum eorum in loco non debito, | quae sunt, scilicet virum et vestimen- B4v tum. Fatuus enim reputatur, qui ponit in suis pedibus indumentum capitis, aut in capite indumentum pedis: similiter quoque non debet poni vir prudens loco stulti nec stultus loco prudentis. Dicitur autem, quod in tribus rebus, quod modicum excedit alterum, alterum est modicum; scilicet, excessus viri fortis, alterum virum fortem; excessus pauci paucum, excessus multi multum; et excessus sapientis alterum sapientem. Plurium autem regum et dominorum, quando non experiuntur suorum familiarium et subditorum dispositionem in eorum servitio, non prosperantur in suis negociis; quoniam servitium eorum non consistit in multitudine servitiorum suorum, sed in rectis ipsorum, quamvis sint pauci. Sicut homo, qui defert super humerum suum magnum lapidem, et cum affligit suam personam in ipso, non datur ei, nisi pro eo unus denarius: lapis vero preciosus, licet sit parvus et in ipso deferendo non sit labor, tamen deferenti pro ipso datur magna pecunia. Servicium autem, pro quo indigent servitores dolo et seductione, uti non est utile regi. Nec debet rex despicere nobilitatem apud quemcunque reperiatur, etiam si eam inveniret apud vilem et despectum hominem; quoniam multotiens quod modicum est, satis crescit; sicut nervus praecisus a corpore cadaveris, de quo fiunt cordae pro arcu, quo egit rex ad sagit-

---

lin. 6. *in loco suo debito* E. — 10-13. *Dicitur autem .... alterum sapientem.* sic E. — 14-16. *Plurium autem regum et dominorum .... non prosperantur in suis negociis*; sic E. — 28. *sagitandum* E.

tandum in suo solatio et adversitate. Et volens Dimna gratiam obtinere a leone, et ut scirent omnes eius curiae quoniam non esset illud quia leo cognoverat patrem suum, sed propter sui scientiam et prudentiam, ait: Nequaquam rex debet diligere homines propter dilectionem parentum suorum, nec eos odire propter odium parentum suorum; sed considerare debet id quod est penes eos de intelligentia et scientia, et quibus ab eis indiget; postea vero oportet meditari in suo animo in quo statu vel loco debet eos constituere et honorem eis attribuere. Nihil enim propinquius est regi quam suum corpus, sed aliquando dolet et languet multum et est ei in taedium et laC'r borem; non tamen cessat dolor et languor | nisi per medicinam quae sibi postea exhibetur. Mus autem vero propinquus est regi; habitat enim in sua domo; sed propter sua inconvenentia opera fugat et destruet illum: nisus est valde remotus a rege, sed propter bonos suos mores ipsum tenet diligenter et conservat, nec ipsum taedet propria manu portare. Similiter quoque non debet eum perdere via nobilitatis et vires bonitatis, sed reddere eis quod resultat ab eis et eis retribuere quod optatur. Quoniam hominum duo sunt: unus quidem, cuius mores pessimi sunt sequentes suum appetitum; sicut si quis transeat super serpentem et cum non mordeat, non decet eum iterum transire: alter vero, cuius mores sunt plani et recti; quemadmodum aromata, quae quanto plus manu tractantur, tanto magis redolent. Et factum est, cum remansisset Dimna cum leone, et omnes de sua familia recessissent, dixit ei Dimna: Iam diu vidi dominum regem in suo loco stantem, nec inde recedit, nec exit sicut solebat, nec scio quare hoc. Et nolens leo manifestare suum tremorem ipsi Dimnae, dixit ei: Nequaquam fuit aliquod

---

lin. 3. *semper* pro *propter* posuit E. — 15. *destruet* sic E. — 18. *via nobilitatis et vires bonitatis* sic E.

malum. Et dum simul loquerentur, cepit Senesba suam vocem elevare, et clamavit iterum; et audiens illum leo timuit de voce, quam audivit; et dixit Dimnae: Vox ista me prohuibuit exire de loco, nec scio quid fuit; aestimo, inquam, quoniam persona eius magna sit sicut ipse est, et quod magna sit eius potentia sicut persona; quod si sic esset, nullum utique statum haberemus in hoc loco. Et respondens Dimna leoni: Estne aliquid de quo dubit dominus rex, nisi vox ista? Scio etenim, quoniam si non est aliud, non debet rex pro tanto suum relinquere habitaculum: quia contrarium unuscuiusque rei calidae est aqua frigida, quae ipsam reddit frigidam; et accidens pulchritudinis est stupefactio cordis; accidens vero dilectionis est mendacium; accidens humilitatis animae est altitudo animi. In proverbiis autem est huius expositio, quoniam non debet quis timere vocem, sicut fertur. Ait leo: Quomodo fuit? Ait Dimna. Fuit vulpes quidam ambulans versus flumen, †
circa quod suspensum erat cymbalum in arbore: ventus autem ramos arboris agitabat, et propulsabatur cymbalum. Et cum vulpes videret, aestimavit esse aliquod pingue animal et plenum carnibus: quae cum scinderet ipsum, invenit ipsum concavum et vacuum. Et ait: Nolo credere res magni corporis et fortis vocis in se habe|re potentiam. Et abiit in viam suam. C¹v
Porro adduxi tibi hanc parabolam, quoniam spero, si accederes ad illum, cuius vox te turbavit, esset hoc utique magis leve, quam tu aestimes; et si regi placuerit, me mittet ad illum ipso stante in suo loco, donec ad ipsum redibo cum verbo veritatis, et quidquid de eo scire voluerit, faciam. Et placuit leoni verbum Dimnae, et misit eum. Accessit autem Dimna ad locum ubi erat Senesba; sed recedente Dimna a leone, cepit leo cogitare, et penituit misisse illum, dicens: Quid boni

---

lin. 3. *isto* E. — 8. *dubit* sic E. — 17-18. *cimbalum* E.

inveni Dimna, ut debeam in ipso confidere super eo quod misi eum? Nequaquam decet regem credere in aliquo, quousque ipsum probaverit; nec in ipso confidit propter malam famam, aut propter malas operationes quae sunt in ipso, vel quia est homo litigiosus, aut advenerunt ei necessitates et angustiae, aut forte deliquit in aliquo et ex hoc timet ne forsan offendatur, vel forte est invidus et cupidus qui nunquam diligit proximum, aut forsitan aliquem diffamavit, vel forte separavit ipsum a rege, vel forte negocia regis exercebat et dispersit omnia quae erant regis, aut deliquit ipse et socii sui regi, et pepercit eis, sed contra ipsum solum indignatus est, vel forte quaerit nocere regi cum utilitate sui ipsius, vel forte non habebat legem neque fidem, aut forsitan timebat aliquid quod bonum erat regi et malum sibi, vel erat socius inimici eius, vel inimicus socii eius; propter hoc non decet omnia regi credere in aliquo huiusmodi. Et quia Dimna est vir intelligens et perstitit multo tempore in curia mea relictus [sum] sine cura, nunc autem quaerit argumenta forte nocere mihi conservans erga me in sua mente odium. Aut quis scit, utrum habens istam vocem fortior me sit et sit rex maior quam ego, nunc autem cum accesserit Dimna ad eum et suo servitio declaravit manifestavitque ei impotentiam meam et indicavit ei mores meos indecentes, itaque tradet me sibi? Et non cessavit leo haec cogitare in corde suo et in mente meditari, ita quod timuit; et exurgens de loco suo, respexit ad viam et vidit Dimnam venientem, et ad locum suum est reversus, ut non perciperet Dimna, quod timeret. Adveniente autem Dimna, dixit ei leo: Quid vidisti? aut quid egisti? Et ait ei Dimna: Vidi, inquam, bovem, et ipse patronus vocis, quam audivisti. Et dixit leo: Qualis est virtus eius? aut quae discretio eius?

---

lin. 20. *et fit rex* E. — 21. *et suo servitio declaravit* sic E.

Et respondit Dimna: Non habet virtutem neque potentiam; et iam accedens ad ipsum temptavi movere ipsum suaviter, ac ipse tamen nihil poterat. Dixit leo: Nequaquam decipiatur cor tuum circa hoc, licet tibi videatur impotens: ventus enim fortis non diruit fenum agri, diruit tamen et frangit magnas arbores et aedificia excelsa. Sic sunt veri potentes et homines magnae fortitudinis; non ostendunt suam potentiam, nisi sibi invicem et sibi similibus, non autem debilibus et non habentibus fortitudinem. Dixit ei Dimna: Nequaquam perturbetur rex ab ipso, nec subintret ex eo timor in animo suo; quod si placuerit regi, ipsum ad te ducam, donec tibi famuletur, et ut tuis obediat mandatis faciam. Et audiens hoc leo gavisus est et dixit ei: Vade. Et exurgens Dimna ivit ad Senesbam et ait ei vultu favorabili et absque timore: Leo misit me ad te, ut venias ad ipsum, et praecepit ut festines suo mandato obedire; quoniam remittet tibi peccatum, quod commisisti, quia iam tanto tempore eum non visitasti; quod si neglexeris circa hoc nec intendis ad eum venire, reddatur ei responsum. Dixit ei Senesba: Quis est iste qui misit te ad me? Respondit Dimna: Rex est omnium ferarum. Timens autem Senesba dixit Dimnae: Si mihi in fide promiseris, quod non adveniat mihi malum super hoc, veniam tecum. Cui Dimna praestitit iuramentum in fide: et ille credidit in ipsum. Ivit autem Dimna cum Senesba et accesserunt ad leonem; et interrogavit leo Senesbae, et ei ad placitum suum locutus est; et ait ei: Quomodo venisti ad illum locum? vel quid fuit illud quod ad hoc desertum te adduxit? Cui Senesba omnia sua accidentia a principio usque ad finem dixit. Ait leo Senesbae: Morare nobiscum, et ne timeas, quoniam honorifice te tenebo et benefaciam sibi. Et ipsum Senesba salutavit, et regraciatus est ei. Et permansit

---

lin. 13. *Senasbam* E.

Senesba cum leone; et accepit ipsum leo in consiliarium et suum vicarium; invenerat enim in ipso bonum consilium et utilem sapientiam; et tradidit consilium et secreta sua in omnibus suis negociis. Et permanente bove cum leone, omni die magis eum diligebat leo et ipsum sibi coniungebat; donec magnificavit et exaltavit ipsum super ceteris suis sociis et eum praeposuit aliis omnibus suis consiliariis. Et factum est, cum vidisset Dimna, quoniam leo ordinasset Senesbam in suo loco C3r et ipsum sibi praepo|suisset et universis eius consiliariis et sociis, et quia ipse esset eius secretarius, cepit multum tristari; et factum est ei hoc valde molestum; invidebat enim sibi pro sublimi statu eius, in quo leo ipsum posuerat. Et accedens ad fratrem suum exposuit ei suum accidens; dixit ei: Frater, nonne mei fatui consilii miraberis et meae inutilis provisionis, quam nunc egi in metipso, considerans ea quae bona essent leoni, ut ad eum bovem adducerem, qui me expelleret de meo statu et honore? Tradidi enim gladium in manu sua ad offendendum me. Cui respondit Kelila: Accidit tibi nunc, quod † accidit cuidam heremitae. Dicens Dimna: Quomodo fuit? Dicitur quendam fuisse heremitam, cui rex dedit pulcra vestimenta et honorabilia; et videns illa latro quidam apposuit curam furari illa, et nisus est quaerere argumenta circa hoc. Ivit ad heremitam dicens ei: Obsecro, sancte heremita, nudus et pauper sum: audiens tuam sanctitatem, veni de terra longinqua, ut tibi ministrarem et a te docear. Cui dixit heremita: Volo, fili, ut mecum stes, et per noctem moreris. Cunque morans fur ille cum heremita longo tempore, administrabat ei fideliter et devote, ita ut crederet in ipsum heremita et confideret de eo; tradidit itaque heremita in manu furis omnia quae erant in domo. Quadam vero die, cum ivisset heremita ad civitatem

---

lin. 3. *et tradidit (ei)?* — 4. *cum leo* E. — 14. *mirabaris* E.

pro suis negociis, surrexit fur, et acceptis vestimentis fugit. Cunque rediret heremita ad domum et non inveniret ipsum nec sua vestimenta, aestimavit illum esse furatum vestimenta; et apponens quaerere illum, direxit suos gressus apud quandam civitatem. Et cum esset in itinere, obviavit duobus hircis sil- † vestribus ad invicem pugnantibus, donec in sanguinis effusionem devenerunt. Quibus cum supervenisset vulpes, cepit lambere sanguinem, qui ab eis emanabat; et interposita vulpe ipsis hircis, dum pugnarent, in tantum ab eis est oppressa et etiam vulnerata, ut sanguis ab ea emanaret; ipsa enim pedibus hircorum miserabiliter trita corruit in terram. | Post haec vero † apponens heremita curam suam quaerere furem pervenit in sero C^{2}v ad quandam civitatem;'et hospitatus est in domo cuiusdam mulieris meretricis, cum non invenisset aliud hospicium, ubi hospitaretur. Habebat autem haec mulier quandam servientem similiter meretricem, quam deputaverat officio meretricationis hominum, ut exinde ipsa sallaria reciperet. Adamabat autem haec serviens quendam, nec volebat se dare aliis hominibus; cunque hoc in defectum dominae redundaret, eo quod non percipiebat ex ea lucrum, nisa est contra amasium illius ut ipsum interficeret. Quadam vero nocte, cum misisset pro suo amasio illa serviens, potavit ipsum multo vino, ita quod arripuit eum sopor et dormiebat fortiter. Et exurgens domina accepit frustum arundinis apertum ex utraque parte, et eo impleto pulvere mortifero, ivit ad illum dum dormiret, et discoperuit nates eius, ut pulverem intromitteret in anum suum; et cum inciperet haec agere, expiratus est ventus de corpore illius, ut pulvis est impulsus in ore mulieris; quae corruit retrorsum in terra et mortua est, heremita vidente haec omnia. Diluculo vero recessit heremita inde, et ivit ad quaerendum †

---

lin. 19. *hec* E. — 25-26. *discooperuit* E.

furem; et hospitatus est in domo cuiusdam viri amici, qui praecepit uxori suae dicens: Volo ut honorem conferas huic viro et ei omnia attribuas necessaria, quoniam mei me invitaverunt nec potero venire in hac nocte; et abiit vir. Adamabat autem uxorem vir quidam, eratque lena mulier quaedam uxor barbitonsoris vicina eius. Dixit mulier uxori barbitonsoris, quod iret et vocaret sibi amasium suum, ut veniret nocte illa, quoniam vir eius non erat in domo; et sibi diceret, quod esset in hospitio domus, donec ei intrare praeciperet. Fecit itaque uxor barbitonsoris, sicut ei constituerat mulier; et veniens ille stabat in ostio donec ei intrare diceretur usque ad noctem. Interim vero supervenit paterfamilias, qui cum videret in ostio suae domus, cum etiam ipsum suspectum haberet erga uxorem suam, acriter alligans eam ad columnam domus ivit dormitum. Cunque traheret ibi moram amasius mulieris, misit ad eam lenam uxorem barbitonsoris; quae accedens ad eam dixit ei:
C3r Quid vis ut faciat vir ille, cum tae|dium sit ei in ostio expectare? Cui respondit: Rogo te, ut mihi conferas hanc gratiam, ut absolvas me hinc, et religes te in meo loco, donec vadam et tractabo in meo loco cum eo et revertar festinanter. Et fecit ita; et ligavit se uxor barbitonsoris loco mulieris, donec rediret ab amasio suo. Interim vero excitatus paterfamilias de suo sompno vocavit uxorem suam; at uxor barbitonsoris non respondebat, ne forte eam cognosceret. Ille vero cum multociens vocaret ipsam, et responsum non daret ei, provocatus ira surrexit et ivit ad eam, et amputavit ei nasum dicens ei: Affer tuum nasum in exenium amasio tuo. Cunque rediret mulier ab amasio suo, vidit quod accidit suae sociae uxori barbitonsoris, et absolvens illam ligavit se loco suo, et uxor barbitonsoris abiit in viam suam, heremita vidente haec omnia.

---

lin. 9. *hospitio* sic E; *ostio?* — 19. *et religes me in meo loco* E.

Et meditata est uxor patrisfamilias argumentum invenire, quomodo posset se facere innocentem ab his, quae patraverat; et clamabat voce magna dicens, suo marito audiente: Domine Deus Sabaoth, si videris afflictionem ancillae tuae, et respexeris imbecillitatem meam et innocentiam operum meorum, et quomodo capta sum a viro meo absque culpa; domine Deus, restitue mihi nasum meum, et ostende hodie pro ancilla tua miraculum. Et dilata[ta] parum cepit clamare contra suum virum dicens: Surge, maligne et impie, et considera mirabilia Dei, quae operatus est erga me respiciens innocentiam meam, et volens manifestare impietatem tuam: ecce, restituit mihi nasum meum ut prius. Et audiens hoc vir miratus est intra se dicens: Quomodo potest hoc esse? Et accenso candelabro, festinanter ivit ad illam; qui cum videret nasum integrum, absolvit eam a ligamento suo, et supplicavit, ut parceret ei, cum inique egisset contra ipsam; et confessus est peccatum suum ad Deum petens ei misericordiam et remissionem. | Cunque venisset uxor barbitonsoris ad domum suam, cogitavit invenire argumenta, quomodo posset evadere de viro suo de naso, qui sibi erat amputatus. Diluculo vero, antequam esset aurora, surrexit vir eius dicens ei: Praesta mihi instrumenta artis; habeo enim operari hodie in curia cuiusdam nobilis. Et exurgens illa sibi porrexit novaculum. Cui vir: Volo, inquam, omnia instrumenta. At illa iterum porrexit ei novaculum. Et excitatus in iram proiecit rasorium versus illam; at illa cepit clamare dolendo: Vae mihi nasum! Vae mihi nasum! Die autem facta, convenerunt illuc omnes fratres et consanguinei mulieris, et conquesti de marito ad potestatem, fecit ipsum capi, et constitutus coram iudice interrogatus est super hoc, quare fecerat illud; et cum nesciret respondere verbum, iussit iudex eum ligari et fusticari per civitatem. Ipso vero ligato, ut fusticaretur, ecce supervenit heremita et quaesivit a populo quare

C v

ligatus esset ille; et heremita videns furem suum inter ceteros stantem cum suis vestibus indutum, accepta causa, accessit ad iudicem, dicens ei: Obsecro, domine iudex, nequaquam sophisticentur apud te verba: vestes autem quas fur furatus est, mea erant vestimenta; nonne hirci duo interfecerunt vulpem eorundem sanguinem sitiente? nonne et illa mulier pulvere se interfecit mortifero? nec amputavit barbitonsor nasum suae uxóris. Et interrogatus a iudice sibi totum exposuit. Dixit Dimna: Intellexi quidem verba tua, et simile est illud casui modo; verumtamen non fecit mihi damnum quispiam, nisi ego ipse mihi: quid ergo potero facere? Respondit ergo et dixit ei: Dic tu, frater, primo, quid tibi videtur super haec? Dixit Dimna: Nequaquam quaero nunc addere quicquam ad nobilitatem status mei ultra quod prius fuerat; sed quaero restitui in stato, in quo eram prius. In tribus enim oportet unumquemque meditari: primo, ut videat circa rem bonam et malam, quae sunt in ipsa, ut se sciat a malo praeservare, ne ei adveniat; secundum est, circa aliquod ita exercere, ut amotus se restituat sicut prius fuerat; tercium est ut omne quod sperat de negociis mundi, a se malum prolonget et sibi bonum
c4r appropinquet. Ego autem respiciens casum, qui mihi ad|venit, et illud per quod spero mihi posse restitui meus locus, et illi qui me de eo expulit praevalere, non videtur mihi melius nisi quaerere argumenta adversus Senesbam, donec deponam ipsum de hac vita. Nam si valeam haec facere, scio quod restituar ad locum in quo prius eram apud leonem; et forsitan hoc esset melius pro ipso leone, quoniam nimia sua dilectio et familiaritas assidua, quam habet erga ipsum, erit causa sui despectus, ita quod non manifestabitur opbrobrium apud suum populum. Dixit ei Kelila: Non mihi videtur posse advenire leoni ex fa-

---

lin. 26. *esse* E.

miliaritate sua apud bovem neque bonum sive malum. Respondit Dimna: Imo praecepitabitur rex propter sex; scilicet, propter fortunium, propter rebellionem servorum ipsorum, propter concupiscentiam, propter tempus, propter levitatem capitis et propter operum perversitatem. Malum quippe infortunium est, quando rex amittit suos milites et bonos viros; rebellio autem, quando homines sui regni insurgunt contra seipsos et oppugnant sibi invicem; concupiscentia vero, quando delectatio regis versatur circa mulieres et vinum et venationem et similia; levitas vero capitis in moribus est, quod assidue extenuatur et flagellatur; tempus vero, ut est penuria rerum et pestis et epidimia populi et exercitus, et defectus fructus terrae; perversitas autem operum est, quando nititur rex facere quae non debet, et negligit facere quae debet. Nunc autem leo confidit in Senesbam et manifestavit facta propter quae in ipsius oculis vilis efficitur. Dixit ei Kelila: quomodo speras laedere Senesbam, cum sit fortior te et maior in dignitate et statu et magis dilectus apud regem et populum quam tu? Respondit Dimna: Nequaquam hoc respicias; non enim facta patrantur potentia et vi; quamplures impotentes et miseri sua providentia et intellectu pervenerunt ad locum, ad quem viri fortes et potentes minime potuerunt pervenire. An forsitan tibi non fuit relatus, quod corvus suo argumento et intellectu serpentem interfecit? Dixit Kelila: Quomodo fuit illud? Inquit Dimna: (Parabola) Fuit corvus quidam habens nidum suum in † arbore quadam, et erat secus arborem illam caverna serpentis et quotquot corvus filios producebat, serpens devorabat; de quo corvus doluit multum, et factus est tristis super hoc; et accedens ad quendam sociorum suorum dicens: Nunquid tibi videtur, ut exurgam adversus serpentem dum dormit et eruam

---

lin. 26. *cavernam* E. — 29. *accedens .... dicens* sic E.

ei oculos, et vindicabo mihi de omnibus ab eo perpetratis? Et respondens amicus dixit: Nequaquam fiat hoc vi et potentia; sed quaere tibi argumentum, per quod posses pervenire ad tuum desiderium; et cave ne accidat sibi, sicut accidit cuidam avi, quae putans interficere cancrum interfecit seipsum. Ait † corvus: Quomodo fuit hoc? Inquit socius eius: (Parabola) | Fuit C4v quaedam avis, quae cum haberet nidum suum apud quendam locum, in quo erant multi pisces, senuit, nec poterat venari de illis piscibus sicut solebat; et cum staret ob hoc tristis, videns eam cancer, percipiens ipsam esse dolentem, ait ei: Quid habes, cum videam te tristem et moestam? Cui respondit: Quid boni post senectutem? Erat quippe vita mea de piscibus huius lacus: hodie vero piscatores venerunt illuc dicentes sibi invicem: Decet nos piscari omnes pisces huius lacus simul et semel. Alter vero dixit: Adeamus ad quendam locum, in quo scio multos esse pisces, et ibi incipiemus piscari, quomodo nobis pervenientibus ad locum istum poterimus capere et istos, qui non fugient. Scio, inquam, quia sicut proposuerunt, sic facient. Et erit hoc meus interitus, cum non habeam de quo vivam. Et exurgens cancer ivit ad turbam piscium significans ei hoc verbum, quod revelatum est ei ab ave. Qui congregati omnes venerunt ad avem petentes eius consilium super hoc; et dicunt: Venimus ad te, ut des nobis consilium super hoc, quoniam vir intelligens non suum privat consilium a suo inimico quando est boni consilii, et recipit ab eo iuvamen. Vita enim nostra est inter magnum bonum et utilitatem. Da igitur nobis consilium. Quibus respondit: Scitis bene, quia non possumus illis resistere nec adversus eos pugnare; scio tamen quendam locum bonum et delectabilem, in quo est multitudo aquarum; si vultis transferri illuc, ducam vos. Cui responderunt: Non habemus ducem nec fidelem rectorem nisi te. Quibus dixit: Faciam hoc libenter ad vestram utilitatem. Et ca-

piebat omni die illis duos pisces, portans eos ad montem excelsum, comedens eos. Quadam vero die veniebat ad eam cancer dicens ei: Timeo hic esse; rogo autem te, ut ducas me ad locum, ubi sunt mei socii. Et accipiens illum portabat eum ad locum, ubi devoraverat alios pisces; et respiciens cancer a longe, vidit ossa piscium simul congregata, et percepit quoniam ipsa eos comederat, et quia ipsum sic devorare intendebat; et ait in corde suo: Decet unumquemque hominem, quando incidit in manum inimici sciens se moriturum, pugnare pro sua persona contra suum inimicum et in omnibus quae possunt suam personam custodire. Et exurgens adversus eam oppressit cervicem suam cum suo rostro, et sic interfecit | il- C4r
lam. Et rediens cancer ad turbam piscium exposuit eis fraudem avis, et quomodo interfecerat ipsam, qui exinde gavisi sunt, et steterunt securi in loco suo. Nunc autem intuli hanc parabolam, ut scias quoniam multotiens est consilium quod interficit virum suum. Sed consulo sibi, ut perambules volans per aerem, ut invenias aliquod iocalium mulierum, et rapias illud; cunque homines te viderint, nequaquam elonges te ab eis, sed procede adversus eos, et semper videntes te sequentur; et cum perveneris ad cavernam serpentis, proiice ibi iocale illud et recede inde; scio etenim, quoniam homines euntes ad recuperandum iocale, cum viderint serpentem, interficient ipsum. Fecit itaque corvus; perambulavit per aerem, donec pervenit ad quendam mulierem, quae cum ablueret corpus suum super tecto domus, sua iocalia posuerat ibi; et rapiens idem corvus aliquid volavit per aerem: homines vero ipsum sequebantur usque ad locum, ubi posuit illud; cunque accepissent iocale, viderunt serpentem stantem in foramine, proiecerunt que super eum lapidem, et mortuus est. Porro adduxi tibi

lin. 1. *(de) illis* ?

hoc exemplum ad significandum tibi verbum veritatis, quoniam ingeminationes et argumenta meliores sunt his, quae facere potest vir potens. Ait Kelila: Verum diceres, si Senesba non acquisivisset consilium et ingeminationes cum nobilitate in qua est; posses illud facere; veruntamen iam praestitit ei Deus consilium et intelligentiam, et est vir scientiae et intelligentiae et prudentiae. Unde scire debes, quod ipse cavebit se a te vel ab hiis; et illud quod cogitaveris in tua mente, concipiet ipse. Inquit Dimna: Verum est posse cavere sibi Senesbam sicut dixisti; vere tamen scitote, quod a me non potest se cavere, C³v quoniam tradidit personam suam in ma|num meam, et credidit in me a die quo duxi eum ad regem. Expedit mihi tamen nunc ipsum perdere ab hoc mundo, quemadmodum lepus fecit de quodam leone. Inquit Kelila: Quomodo fuit? Inquit Dimna:

† Quidam fuit leo in quodam bono loco multarum ferarum et aquarum; nec hic illis feris quicquam proderat propter timorem leonis, qui omni die rapiebat de illis et devorabat. Et habito consilio inter se, venerunt ad ipsum dicentes ei: Scito quoniam non potes habere a nobis animal, nisi cum labore maximo et strepitu venationis; nunc autem invenimus modum utilem pro te; quoniam si reddideris nos tranquillos et securos a timore tuo nec insidiaberis nobis, omni die offeremus sibi sponte in hora cibi unam bestiam de nobis pro tuo cibo. Quod quidem placuit leoni, et promisit eis pactum observare. Quadam vero die, cum sortem eiecissent inter eas, quam ipsarum deberent offerre leoni, advenit sors cuidam lepori, cui praeceperunt leoni se praesentare. Dixit ei lepus: Si volueritis mihi consentire et confidere de me in re, quae nobis erit utilis, spero vos reddere securos et quietos a turbatione leonis. Cui responderunt: Quid est illud? Quidvis fiat tibi. Et ait eis lepus:

---

lin. 11-12. *creddidit* E.

Quid est? Volo, quod uni vestrum praecipiatis venire mecum ad leonem, et non festinet me praesentare sibi donec praetereat hora cibi. Cui dicunt: Volumus fiat tibi. Et exurgens lepus cum socio suo ivit ad leonem, et retardavit praesentare se sibi, donec hora sibi praeteriit. Et esuriens leo surrexit de loco suo, et respiciens secus viam vidit quendam leporem accedentem ad ipsum; cunque praesentasset se sibi, interrogavit illum unde veniret, et ubi esset turba sociorum suorum, et cur tantum tardaverunt Cui respondit lepus: Ego ab eis venio; mittebant autem tibi per me unum leporem, ut ipsum tibi praesentarem; sed cum essem prope hunc locum, ecce supervenit mihi alius leo, et rapuit ipsum mihi. Cui ego dicebam: Cave, quoniam est cibus regis, qui offertur ei; noli ipsum contra te provocare. Qui cum audiret, blasphemavit te dicens: Ego sum dignor ipso regnare in hoc loco. Veni igitur ad referendum tibi. Et audiens leo dixit: Venias mecum, et ostende mihi ipsum. Et ivit lepus ducens ipsum ad puteum aquae: erat autem aqua clara. Et dixit lepus: Hic manebat ille leo, de quo tibi dixi. Et respiciens leo | ad fontem putei, resultavit sibi C6r umbra sua et leporis; corruit super ipsum in puteo, credens pugnare cum eo; qui mortuus est ibi. Et rediens lepus ad socios suos narravit eis omnia, quae fecerat; qui ipsum laudaverunt super hoc. Inquit Kelila: Si poteris Senesbam offendere tali modo, unde non percipiat inde rex aliquod damnum, bonum est; nocuit enim mihi et tibi et multis aliis de curia. Sed si eum non poteris offendere, nisi displicendo regi, consulo ne facias; nec sis rebellis domino tuo, quoniam malum pessimum esset et magna proditio. Post haec vero, praetermisit Dimna, ut non accederet ad leonem pluribus diebus; postea vero ivit ad eum quasi contristatus et dolens. Et videns leo Dimnam ait ei: Quare non vidimus te tot diebus? Nunquam fuit pro bono? Cui respondit Dimna: Est quoddam occultum et secre-

tum magnum. Et ait leo: Indica mihi illud, quoniam sumus in loco secreto. Et respondens Dimna dixit ei: Dicunt sapientes, quod omne quod quis testatur posse nocere sibi, nec vult illud audire propter malum quod in eo est, nec decet nuncium referentem celare, si diligit ipsum cum simplicitate cordis, sicut confidit in eo socius eius bona opera sua considerans, quae vidit ex eo; et quando sic fuerit, attendat verbis eius, et audiat malum quod in eo est, et percipiat vel discernat bonum vel malum quod est in ipso; quomodo quicquid est in eo boni, est sibi ipsi, referenti vero nec bonum nec malum est, nisi quia adimplet mandatum et ostendit dilectionem quam habet erga ipsum. Nunc autem, domine mi rex, sapiens et intelligens es; volo tibi unum indicare, quod scio te nolle audire, et aestimo te bene illud non esse crediturum, nec velles quod ego illud tibi referrem. Sed intra me meditatus video, quoniam turba ferarum et multitudo tui populi non habent vitam et bonum nisi in te, quamvis non quaeras de ea; nec apud me invenio viam celandi veritatem, sed illam tibi manifestandi, quamvis non quaeras de ea et quamvis ego timeam quod mihi non credas. Decet tamen illud revelare tibi, quoniam qui occultat regi consilium suum, et medicis languorem, et sociis secretum, agit inique et ipse similiter in re culpabilis. Ait leo: Quid est hoc?
C⁴v Cui respondit Dimna: Relatum est | mihi a quodam fideli socio, quoniam Senesba consilium cum maioribus sui exercitus habet, dicens eis: Ecce stans cum leone toto tempore expertus sum suae scientiae et temptavi eius potentiam, ac ipsum inveni fragilem in omnibus et deficientem, et est mihi proditor et seipsum non diligens. Cum autem haec pervenirent ad aures meas, praesumpsi, quomodo proditor est atque rebellis. Cum autem ostendisti sibi honorem et eum tibi coniunxisti et eum super

---

lin. 2-7. *Dicunt sapientes . . . quae vidit ex eo;* sic E.

domum tuam ordinasti et fecisti conciliarium et secretarium tuum; ipse autem putat esse sicut tu, et aestimat tibi esse successurum in regno, si te contingat a regno discedere. Nunc autem, domine rex, nequaquam sis negligens circa haec; quoniam dicunt sapientes: Quando noverit rex esse in populo suo aliquos, qui cupiunt ascendere ad suum statum et ad sui nobilitatem pervenire ex proprio consilio et argumento aut propria auctoritate et divitiis, expedit regi eos perdere; quoniam, nisi perdat eos, erit ipse perditus. Tu autem, domine rex, sapiens es et discretus in omnibus magis quam ego; sed videtur mihi, ut habeas consilium de persona tua pro isto maligno et incredulo, antequam possit evadere de manibus tuis, et ne sis circa haec negligens, quoniam post damnum recuperare non poteris, quod ex hoc possit insurgere. Dicitur autem quod homines huius mundi tres sunt. Duorum ipsorum sunt qui solliciti sunt in suis negociis, quoniam incidunt male et non turbantur neque perterrentur, sed quaerunt consilium et argumenta evadere a laqueo, in quem ceciderunt; sed secundus eorum melior est primo, et est ille qui sibi praevidit argumentum et consilium, antequam incidat in malum, et considerat res, antequam sint, cum oculo sui intellectus, et prolongatur ab aegritudine, antequam sibi perveniat. Tercius vero eorum est piger et negligens, nesciens praecavere malum, antequam perveniat, nec scit ab eo evadere, postquam in illud incidit; sicut fuit de tribus piscibus. Ait leo: Quomodo fuit? Inquit Dimna: Dicitur fuisse in quodam lacu tres pisces, quorum unus erat [†] piger, alter sollicitus, tercius autem intelligens: erat autem locus ille longinquus ab habitatione hominum. | Quadam vero [Df] die, cum venissent duo piscatores ad lacum, intendebant expandere super eos rete, ut caperent eos. Videns autem solli-

lin. 18. *laquo* E. — 28. *lacus*? — 30. *tethe* pro *rete* habet E.

citus scivit quod illi facere intendebant, et timuit; accepit autem consilium et argumentum pro persona sua, ut non periret; et exivit inde ad flumen lacui coniunctum. Intelligens vero stetit in loco suo, donec venerunt piscatores et obturaverunt exitum aquae; et percipiens hoc quod intendebant facere, dixit in suo corde: Captus sum; et hic est eius finis, qui negligit in suo opere. Nunc autem quomodo potero evadere ab hoc periculo in quo sum? Raro enim iuvat argumentum, postquam supervenit malum. Vir tamen intelligens non debet negligere quaerere consilium et argumentum pro sui liberatione. Et exurgens perambulabat per aquam quasi esset mortuus. Illi autem aestimantes illum esse mortuum ceperunt et proiecerunt ipsum versus eos in terram prope flumen, et liberatus est. Piger vero non cessavit ire et redire hinc et inde et subtus et super, donec captus est. Inquit leo: Intellexi, inquam, verba tua; veruntamen quomodo possum aestimare malum de Senesba? Nec possum credere ipsum cogitare malum super me, prae nimia dilectione quam habeo erga ipsum, et ipsum honoravi, et praeposui omnibus aliis de curia mea. Inquit Dimna: Non proponet Senesba contre te agere malum, nisi quia percepit a te nunquum aliquid laesionis, nec reservasti penes te aliquem statum nobilem, in quo non posueris eum: nunc autem nihil remansit, per quod possit suus status nobilitari perfecte, nisi sibi usurpare regnum tuum. Quoniam ubi stultus et sceleratus ostendit amorem et bonum consilium erga regem, donec perveniat ad nobilem <statum>, de quo non est dignus; et permanens in illo statu, quaerit adhuc alium nobiliorem illo cum dolo et fraude et perditione sui domini. Proditor enim

---

lin. 4. *obduraverunt* E. — 5. *hic* E. — 24. *ubi* sic E. — 26. *ad nobilem (statum)* supplendum videtur. — 28. *dominij* E.

stultus non assistit regi neque servit ei pro utilitate domini sui, sed pro utilitate propria, ut ditetur et magnificetur; qui magnificatus redit ad sua prima mala opera, ad sui primam radicem. Sicut cauda canis, quam si extenderis tua manu, dum ligatus est, recte stabit; quando vero ipsum absolveris, redditus torta ut fuit. Et scito, domine rex, quoniam quicunque non credit consiliariis suis de re utili, quam ostendunt sibi, non est tunc laudandus, quamvis succedit ei bonum de suo consilio: quomodo est sicut infirmus, qui relinquens mandatum medici facit illud quod affectat suus appetitus. Decet autem familiarem regis exponere personam suam morti in re, quae est utilis regi, et debet cogitare in suis negociis suo intellectu et connumerari ei malum et adversitatem, quae possunt sibi contingere. Et melior horum est, qui respicit verum finem et scit cavere sibi ab eis; bona vero fama in artificiis permanet iustorum; rex autem nobilis est qui <non> denegat verbum consiliariorum suorum; melior autem inter divites est qui non est servus sui appetitus; melior vero inter socios qui non litigat cum socio suo. Et dicitur: Si iaceret homo in litore maris prope aquam et super colubrem, tutius posset ibi dormire, quam confidere de inimico, qui suam quaerit animam. Rex autem pigrior est ceteris regibus, qui negligens est in suis negociis: est autem sicut elephas, qui nihil respicit in hoc mundo. Inquit leo: Multum prolongasti sermonem tuum super haec; veruntamen haec omnia quae dixisti, iam non reperiuntur inter amicos, sed omnia deleta sunt aput eos. Qui si Senesba inimicaretur mihi, sicut tu asseris, non posset utique nocere mihi: quomodo enim posset tractare contra me, cum ipse comedebat herbas, ego autem carnes, et sit mihi cibum. Ego autem nun-

---

lin. 16. *(non) denegat* suppl. — 26. *aput* sic E. — 26. *Qui si Senesba* etc. sic E. — 28. *comedebat* sic E.

quam aliquid mali vel inconvenientis percepi ab eo, nec inveni in ipso mali vestigium, postquam ipsum in meum socium fidelem ordinavi, et quia ipsum laudavi et exaltavi super omnes principes mei exercitus; quod si permutavero hoc factum, ero stultus in meipso; et negabo fidem, et deviabo a iusticia. Inquit Dimna: Nequaquam decipiatur cor tuum dicens esse ipsum tibi in cibum; quoniam si non poterit Senesba te prodere et offendere per seipsum, tractabit haec cum aliis et quaeret adversus te per alios. Dicitur enim, quod si tecum steterit aliquis despectus vel impotens una die < nec > cognoscis suos mores, non credas ei personam tuam. Et cave ne accidat tibi haec parabola. Dixit rex: Quomodo fuit? Inquit Dimma: (Parabola)
† | Dicitur fuisse pediculus in loco cuiusdam nobilis perseverans,
D'v de sanguine suo quotidie sugens, illo non perpendente. Quadam vero nocte transiens pulex quaedam eum adhaesit. Ait ei pediculus: Permaneas hic mecum ista nocte, et bono sanguine saciaberis, et eris in bono lecto. Et attendens pulex verbum suum remansit ibi; et aestimans quod domiret vir surrexit pulex et momordit eum fortiter; ita quod excitatus prae dolore morsus, clamavit illis de domo, ut candelam accenderent et per lectum respicerent. Candela accensa, invenerunt pediculum et interfecerunt ipsum: pulex autem fugit et evasit. Nunc autem induxi tibi hanc parabolam, quoniam malignus homo non evadit a malo, et quando non potest per se excitare malum, pertractat illud per alios. Si autem non percepisti aliquod contrarium a Senesba nec dubitas de ipso, debes utique misereri populi et exercitus tui, ne aliquorum corda a tui dilectione divertat, et eos inde ducat ad odium tui. Et scito, quoniam non intendit pugnare contra nisi personaliter, nec faciet haec fieri per alium a se. Et credens in mente leo verbo Dim-

---

lin. 10. *(nec) cognoscis* suppl. — 14. *sangnine* E. — 26. *Sennesba* E.

nae dixit ei: Et quid fiet ei? Dixit ei Dimna: Videtur mihi, quod debes eum perdere de hac vita; quoniam homo in cuius dente accessit putrefactio, non cessat eius aegritudo, et dolor ab eo non recedit, donec eradicetur. Stomachus vero plenus malo cibo non quiescit, donec foras emittatur vomitu. Sic quoque est inimicus, de quo timendum est, cuius curatio est ipsum perdere de seculo. Dixit leo: Induxisti me iam societati Senesbae adhaerere; nunc autem mitto pro eo, et requiram quid latet in suo corde adversus me: praecipiam ei, ut vadat ad aliquem locum, quem voluero. Dubitavit autem Dimna de hoc, quod intendebat facere leo: scivit quoniam si loqueretur cum Senesba et audiret verbum suum, crederet in ipso, et non occultaret ei omnia, quae sibi dixerat. Et Dimna ait leoni: Non videtur mihi bonum consilium mittere pro Senesba et reducere ad sui memoriam peccatum suum; quoniam dum ignorat te scire negocium, habes potestatem super eo; sed si perceperit tibi hoc secretum esse revelatum, timeo, ne sumens argumenta contra te festinet ad malum quod intendit, vel forsitan quaerat suam salvare | personam de manibus tuis. Et si contingat D'r
eum pugnare adversus te, pugnabit cum audacia, cum paratus sit ad bellum; si vero recedat a te ibi impunitus, nec poteris ei nocere, quia cavebit sibi, aut forsitan superabit te, dum munitus non fueris. Nam virtus rerum est, ut non accelerent perdere quemquam nisi illum, cuius offensa manifesta est; eius vero cuius offensa est occulta, inquiratur causa et adhibeatur cura et reddatur sibi iuxta opera sua. Dixit leo ei: Scire debes, quod quando <rex> tormentari mandat aliquem, de quo annunciatum fuerit peccatum

---

lin. 18. *forsitam* E. — 19. *per* | *personam* E. — 22. *munitus*? Sed *innitus* habet E. — 26. *quando* (*rex*) supplendum est. Cfr. gr. int.: ὅτε ὁ βασιλεὺς ἐξ ὑπολήψεως ἐπενέγκῃ τινὶ τιμωρίαν κτέ. (ed. Athen. p. 23).

commisisse, et postea patebit inquisitione diligenti, quoniam non fuit verum quod dictum fuit de eo, totum malum quod ei intulerit, sibi ipsi intulit et in praeiudicium suae animae; maxime cum non possum credere tractare Senesbam illud quod dicis. Dixit ei Dimna: Ex quo sic tuum est consilium, consulo ne subveniat tibi, quando munias et preserves te ab illo, ne te possit offendere, maxime quoniam scio, quod si respexeris ipsum, quando subvenit tibi, videns pilos carnis eius elevatos et membra sua contremiscentia et ipsum respicientem a dextris et a sinistris et dirigit cornua sua quasi vellet pugnare. Inquit leo: Volo, inquam, tuum recipere consilium et tuam sequi voluntatem; et si videro ex eo ea quae dixisti, sciam illud esse verum, et credam omnia quae mihi dixisti. Et factum est, cum praecepisset Dimna verba sua leoni, et induxisset in animo leonis omnia quae voluit, cogitavit in se ire ad Senesbam, ut perverteret cor suum adversus leonem, ut interponeret eis odium. Volebat autem haec facere de voluntate leonis, et ait ei: Vis ut vadam ad Senesbam, et videam quid agat, ut sciam ingressum et egressum suum, et audiam verba sua? Forsitan potero aliqua praesumere ab eo, et rediens referam regi. Dixit leo: Vade, et respice opera sua et indica mihi. Et accedens Dimna ad domum Senesbae, supervenit ei quasi tristis et moestus. Et respiciens eum cum honore dixit ei: Quare non vidi te tot diebus? Nunquid est aliquid novi? Inquit Dimna: Quid bonorum facit non superans voluntatem suam, sed voluntas eius in manu est alterius, in quo non est fides et bonitas, de quo possit confidere aliqua hora? Et ait Senesba: Quid est hoc

---

lin. 7-10. *si respexeris ipsum.... videns pilos... et dirigit* etc. sic E. — 14. *percepisset* E. — 18. *videat.... sciat* E. — 24. *Quis bonorum* E. Cfr. gr. int.: καὶ ποῖον πάρεστιν ἀγαθὸν τῷ μὴ ἑαυτοῦ κυριεύοντι, κτέ. (ed. Athen. p. 23).

illud quod reputatur offensa alicuius in suo accessu, redditur placitum apud suum recessum, quando iustificatum fuerit; et aliquando perditur, et aliquando invenitur; falsitas autem permanet et non perditur. Et iam quidem recordatus sum et reduxi ad mei memoriam, et non inveni aliquid mali pertractasse contra ipsum, nec fuit aliquid disceptationis inter me et ipsum, nisi forte valde modicum. Verumtamen impossibile est alter adhaerenti alteri posse praeservari ab eo ita quod complaceat sibi iuxta suum desiderium. Expedit tamen virum sapientem et fidelem, ut quando peccaverit contra se amicus eius, respiciat peccatum suum et cognoscat eius pondus, ut ipsum puniat secundum peccatum suum. Si forsitan leo novit in me aliquod delictum, quod ego ignorabam (sicut forsitan, quando eram rebellis suo verbo et consilio, quando agebat mecum consilium, quod | totum faciebam pro bono et honore suo, concepit forte D1r dicens in suo corde: Quid est hoc quod est in corde Senesbae, ut restistat verbo meo, cum ego dico: sic volo esse; ille autem dicit aliter?), non debet mihi attribui peccatum in hoc, quoniam non intendebam per illud nisi eius bonum et utilitatem; et hoc ipsum, in quo resistebam ei, non erat ante populum suum et socios suos, sed clam. Scio tamen, quod quicunque quaerit a sociis et amicis, quod non reperiatur in eis aliquid maculae, peccavit in suo consilio, et addit in sui aegritudinem: quod si non reperiatur in eis aliquod huiusmodi poterit praecipitari propter maliciam regis; quoniam, quando deviat cor regis, placet et ille, contra quem debet indignari, et indignatur contra illum, qui debet habere gratiam in oculis suis, sine causa et certa culpa. Et propter hoc dicitur, quod quicunque ingreditur mare, ipse est causa suae praecipitationis; sed magis qui adhaeret servicio regis, et quamvis sit fidelis

lin. 7-8. *alter adhaerenti alteri* sic E. — 15. *io| totum* E. — 17. *cim* pro *cum* E.

et rectus consiliarius et amicus, dignum et ipsum praecipitari in laqueum impii et capi in eius rete, et non inveniat exinde adiutorem. Quis enim novit, si forsitan propter bonum quod egi versus leonem et utilitatem quam ei quaerebam, induxit eum ad hoc? Nam bona arbor quandoque perit propter bonos fructus eius, quia gravati rami a fructibus franguntur et corruunt, et dissipatur arbor. Similiter quoque thoes, cuius alae sunt meliores quam omnia quae in eo, aliquando tamen sunt ad impedimentum ei; nam quando intendit volare, ut evadat a malo, movetur graviter suis alis, donec capitur. Equus etiam bonus aliquando perit propter sui bonitatem; aggravant enim homines suum onus confidentes in sui fortitudine, donec periunt. Simili modo vir prudens et nobilis, aliquando eius prudentia est sibi impedimentum; nam invidentes ei socii superant ipsum et deperdunt; mali enim homines plures sunt quam boni in omni loco. Si vero hoc malum non fuerit secundum aliquem praedictorum modorum, est tamen sententia, quam homo revocare nequit, quae sibi a Deo est, qui quidem facit ut vult. Ipse enim est qui aufert leoni potentiam suam, donec capitur et recluditur in domibus; ipse est qui portari facit hominem debilem et fragilem super dorso elephantis; ipse est qui praedominari facit magum serpentibus, ut capiat eos manibus et ludat cum eis; ipse est qui confortat debilem et debilitat fortem, multiplicat diminutum et diminuit multiplicatum, corroborat cor timidi et inducit timorem in corde robusti; et sic sunt

---

lin. 2. *rethe* E. — 7. *thoes* sic E. Guidi 30, a: « similmente al *pavone* nuoce talvolta la coda, che è la più bella cosa che abbia, e gli torna in rovina, se gli è bisogno esser leggero e scampare dalle mani di chi vuol prenderlo. » (V. f. 39 v.). Verbum *thoes*, quod scripsit Johannes, ex arabico טאוס (= ταώς) manasse, primo quidem obtutu apparet. — 11. *prapter* E. — 12-13. *periunt* sic E. — 23. *ei* pro *et* E. — 25. *roborem* pro *timorem* E.

omnia negocia causata a suis causis, quae a suo rectore reguntur. Dixit ei Dimna: Scire debes, quod inimicitia quam tibi fert leo, non est propter aliquid eorum quod dixisti, sed ex propria perditione et cordis nequitia, quae sunt in eo: principium ei est mel dulce, finis vero venenum mortiferum. Dixit ei Senesba: Iam credo verbum tuum et verum est, quia gustavi illud mel et sapuit dulce palato meo; nunc vero video me pervenisse ad venenum quod dixisti. Nisi fuisset appetitus et concupiscentia, non stetissem cum leone, cum ego comedam herbas, ille vero carnes; sed appetitus meus et concupiscentia mea proiecerunt me in hunc laqueum, et accidit mihi quod accidit apibus, quae cum ingrediantur flores, qui aperiuntur in ortu solis et clauduntur in occasu eius, placet eis stare ibi tota die, quod obliviscuntur exire, donec flores clauduntur in sero, et remanent ibi. Ille qui non est contentus de modico huius seculi, sed sequuntur eius oculi vanam gloriam, nec saturatur, nec respicit quod est ante ipsum, et obliviscitur futurorum, est sicut musca cuius appetitus non saturatur in arboribus aut plantis, et vadit ad sugendum liquorem exeuntem de auricula elephantis, donec percutit ipsam, et moritur ibi. Qui vero praestat consilium et delectationem et fatigat personam suam pro eo qui non recognoscit, est sicut revelans secreta hominum surdo qui non audit. Dixit ei Dimna: Relinque haec verba, et pro te quaere liberationem. Inquit ei Senesba: Quod consilium habere potero, si me interficere voluerit? Ego quidem bene cognosco mores et consilium leonis qui si optaret mihi bonum, socii vero eius malum, pro dolo et nequitia poterunt me offendere, donec interponent mihi odium et leoni. Nam quando congregatur proditio et malignitas adversum virum eundem et innocentem, possunt utique perdere ipsum, quamvis sit ipse potens, illi vero debiles: sicut fecit lupus et corvus et vulpes de camelo, qui ingeminati con-

tra eum superaverunt eum. Dicit ei Dimna: Quomodo fuit? † Ait Senesba: (Parabola) | Dicitur fuisse apud quendam locum D3v secus viam leo, cui erant tres socii, scilicet lupus corvus et vulpes. Quadam vero die cum pertransierunt per illum locum homines mercatores, reliquerunt ibi unum camelum; qui cum aegrotaret, non poterat se sustinere; et perambulans camelus pervenit ad leonem. Cui dixit leo: Ad quid venisti? Cui respondit: Volo esse obediens regi, et eius mandata adimplere. Ait leo: Si meam diligis societatem et fueris mihi fidelis, manebis mecum cum fiducia et quiete, nec timebis aliquod malum. Stetit itaque camelus cum leone pluribus diebus. Quadam vera die, cum venisset leo ad venandum, supervenit ei elephas, qui cum pugnaret adversus eum fortiter, momordit eum elephas dentibus in multis locis; et cum a suis manibus evasisset, ibat involutus sanguine et absque virtute, donec pervenit ad locum suum; nec poterat deinceps venari, nec circuire terram. Et factum est, cum esuriret leo et socii sui, nec haberent cibum, et deficiebat eis esca, quam leo solebat eis exhibere, factum est eis hoc valde molestum; et contristatus leo super hoc ait eis: Multum laborastis et indigetis cibo. Cui dixerunt: Non dolemus tantum de personis nostris, quantum de persona regis, considerantes defectum tuum, et quod possemus aliquod bonum invenire pro te cum nostro exercitio et labore, quoniam laboraremus diligenter. Et ait eis leo: Scio, inquam, fidelitatem et dilectionem vestram erga me et bonum consilium, pro quibus Deus remuneret vobis bona: verum tamen si possetis circuire campum, forsitan inveniretis aliquid circa vos, et deferetis mihi, erit hoc bonum pro me et vobis. Cunque exirent et se prolongarent a leone, congregati sunt simul lupus vulpes et corvus, et egerunt consilium ad invicem et dixerunt ad invicem: Quid hoc nobiscum ille camelus, cum comedat herbas, nos vero carnes, nec est de genere et consilio nostro?

Non est nobis melius, nisi ire ad leonem, et sibi consulere quod comedat ipsum, et reputemus eum vilem et despectum in oculis suis. Ait lupus eis: Non potest hoc fieri, nec decet nos aliquid de ipso referre leoni propter fidem, quam dedit sibi. Ait corvus: Sedete vos in loco vestro, et dimittite me tractare cum leone. Et recedens ivit ad eum. | Et cum vidisset ipsum (D·r) leo, dixit ei: Invenistine aliquid? Cui respondit corvus: Non invenit nisi qui habet, et intelligens nisi habens intellectum, nec vidit nisi habens oculos; fames autem abstulit nobis haec omnia. Verum cogitavimus unum, cum quo speramus habere recuperationem et vitam pro te et nobis. Respondens leo dixit ei: Quid est illud, quod cogitastis? Ait corvus: Videtur nobis quod rapias hunc camelum et comedas ipsum, quia non est nostri generis, et nos sui; nec eius consilium est nostri consilii. Et iratus leo contra ipsum dixit ei: Sile, maledicte; destruat te Deus. Quam vile et malignum est tuum consilium! Nec est in te misericordia et fides. Non enim debuisti mihi temptare loqui verbum hoc. An nescis, quid facerim camelo, et quomodo ipsum mea fide servavi? An nescis, quomodo in mundo non est maior iusticia et misericordia, quam redimere animam captivam, et succurrere sanguini, qui prope est effundendi? Et quia promisi sibi fidelitatem meam, non deficiam ei, nec ipsum unquam defraudabo. Respondit ei corvus: Vere dicis, domine rex: verumtamen per unam animam redimuntur omnes animae domus, per animas domus redimuntur animae totius parentelae, et per animas parentelae populi, et populi regis. Nos autem sumus omnes in hac necessitate constituti, nec aliud facere valemus. Sed ego cogitavi modum, quo valeas a iuramento salvari. Et laudans ipsum leo super hoc, dixit ei, quid

lin. 8. *inveni* E. — 8. *intelligens*, scilicet *intelligens (non est) nisi* etc. — 21-22. *qui prope est effuudendi* sic E.

faceret. Post haec vero rediens corvus ad suos socios retulit eis verba sua et leonis, et omnia quae cum eo ordinaverat. Et interrogans eos corvus dixit, quod consilium darent super hoc, ut devoraretur camelus et salvus fiat leo a iuramento quod iuravit ei. At illi dicunt ei: Indica nobis consilium tuum; nam in tuo consilio speramus salutem. Dixit corvus: Videtur mihi bonum, ut simul omnes accedamus ad camelum referentes ei praeterita beneficia, quae recepimus a leone gratis et sine ullo beneficio ipso a nobis percepto: modo autem videmus necessitatem suam; decens | D'v est, ut quilibet nostrum sibi se sponte repraesentet laudans ipsum super beneficiis, quae ab ipso recepimus, et quomodo tenemur ei; sed non habemus in quo possumus eum super haec remunerare, nec possumus ei conferre unum de mille eorum, quae nobis contulit, nec aliquid inveniemus quod sibi offeramus; unde offeramus ei personas nostras, et quilibet nostrum offerat ei suum corpus, ut comedat illud, dicens ei: Sic volo, domine rex, ut me comedas, et non moriaris fame; et quando sic dixerit, surgat alter et dicat simile verbum, et salvus fiat socius suus; et facientes sic, omnes adimplebimus placitum regis, et eius amorem acquiramus. Et vocantes camelum exposuerunt hoc ei suum consilium; cui placuit; et surgentes venerunt ad leonem. Cepit itaque corvus loqui coram leone dicens: Domine rex, iam ad mortem pervenisti, et requiris liberationem tuae personae; nos autem decet tibi tradere personas nostras propter misericordiam quam tu nobis contulisti ex antiquo tempore; nam in te viximus et sperabimus vivere nos omnes et qui sunt post nos successuri: nunc autem volo, ut comedas me. Et respondens lupus ait illi: Sile, corve; non enim bona est tua caro, et nec regi proficeret, quia mala caro reddit aegritudinem. Caro vero mea bona est: nunc autem comedat me dominus

---

lin 5. *consiliun* E. — 29. *redit* E.

rex. Et respondens corvus ait lupo: *Non enim est caro tua bona; quicunque enim vult se interficere, comedat de carne tua, quoniam mox erit soffocatus. Et respondens vulpes ait: Comede me, domine rex; quia caro mea saciabit te. Et respondens lupus ait ei: Sile, quoniam caro tua putrida est, et venter tuus plenus est sordicie. Et aestimans camelus miser, quod quando diceret simile verbum, responderent ei similiter, ut cum eis salvaretur, et aperuit os suum in sui praeiudicium dicens: Comedas me, domine rex, quoniam saciabo te, et venter meus plenus est deliciis, et habeo bonum sepum et sanguinem. Cui omnes responderunt: Bene locutus es, et curialiter fecisti. Qui omnes congregati adversus eum devoraverunt ipsum, cum fuisset hoc regi valde molestum. | Nunc autem induxi tibi D5r hanc parabolam pro leone et seciis eius, quoniam scio quod congregati sunt adversum me ad perdendum me; et etiam si ipse vellet, deferunt ei omni die verba haec, donec votum perveniet. Dicitur autem: Melior omnium regum est, qui aquilae similatur, in cuius circuitu sunt cadavera; peior vero omnium est, qui similatur cadaveri, in cuius circuitu sunt aquilae. Quoniam si esset in corde leonis pax perfecta et bona voluntas erga me, non possent ipsum huiusmodi inania verba commovere nec eius bonitatem dissipare cum bonitate capitis. Nonne vides, quoniam aqua cadens frequenter super lapidem perforat ipsum? Et respondens Dimna ait illi: Quid videtur ut facias tibi? Inquit Senesba: Non videtur mihi, nisi quaerere modum, ut salvem personam meam. Non est meritum <illius>

---

lin. 1. **Non enim* etc. lac.? — 7. *responderet* E. — 8. *ei* pro *eis* E. — 19. *simulatur* E. — 23. *videns* E. — 26. *salvam* E. *salvem* corrigendum videtur, nisi potius lacunosum h. l. dicere velis: *ut salvum (faciam?) personam meam.* — 26 seqq. Gr. interpr.: οὔτε γὰρ τοσοῦ-

qui ambulat in dei cultu et timore eius, qui [non] observat suis amicis fidelitatem; sicut meritum illius, qui pugnat pro persona sua et etiam una hora diei, quando facit illud cum veritate et eius adversarius cum fraude et falsitate. Pugnans quippe pro persona sua duo bona acquirit; quia, si contingat eum mori, ad vitam transit aeternam; si vero vixerit, suum debellat inimicum et suam salvat personam. Et ait ei Dimna: Non convenit viro sapienti se morti exponere, dum potest evadere aliis argumentis et modis: nam si contingat eum mori, ipse est qui perdit seipsum et peccat; si vero contingat eum vincere, erit illud a Deo. Sapiens autem debet ponere bellum finem omnium et argumentorum et negociorum suorum. Dicitur autem, quoniam non debet quis vilipendere inimicum inopem et etiam acceptis argumentis contra ipsum. Tu quoque scis potentiam leonis eiusque virtutem. Et scias, quod quicunque despicit factum sui inimici, accidit ei quod accidit principi maris a quadam ave. Dixit Senesba: Quomodo fuit? Inquit Dimna: (Parabola)
† Fuerunt duae aves aquaticae vir et uxor in quodam loco maris habitantes. Cum vero pareret mulier filios suos, dixit viro suo: Quaere nobis alium locum tutiorem isto, ut reponam tibi filios meos et securi maneant tibi, donec crescant. Inquit vir eius: Nonne hic locus bonus est, cum aquae et herbae sunt pro nobis, et melior sit omnibus aliis locis? Dixit ei mulier: Respice, bene rogo, quid dicis, et meditare in corde tuo diligenter.
D5v Nonne vides | quomodo locus iste est locus timoris propter mare, quod apportat filios nostros? Respondit ei vir dicens: Nequaquam possum hoc credere propter ducem maris, qui vindicaret nos ab ipso. Inquit mulier: Quoniam magna est stul-

---

τος μισθὸς ἀποταμιεύεται τῷ πολλὰ εὐχομένῳ, ἢ τῷ ἱλαφοδότῃ, ἢ τῷ ἀσκητῇ, ὅσος τῷ ἑαυτὸν θανάτου ῥυσαμένῳ, κἂν πρὸς μίαν καιροῦ ῥοπήν. (ed. Athen. p. 27). — 2. *sic* pro *sicut* E.

ticia tua circa hoc negocium! nonne verecundaris dicens hoc verbum, nec te ipsum recognoscis? Poterasne resistere illi, qui maior est te et fortior? Dicitur autem, quoniam non est in mundo maior inimicus hominum quam ipse sibi; et tu es ita. Nunc autem exaudi meum consilium, et recedamus de loco isto. At ille pro tanto noluit acquiescere consilio suo. Et videns hoc illa dixit ei: Quicunque non recipit consilium amicorum suorum, accidit ei, quod accidit testudini. Dixit vir: Quomodo fuit? Inquit mulier: (Parabola) Erant in quodam † campo circa fontem duae aves simul cum testudine, quae ibi erat: erant autem omnes tres studiosi et amici. Quodam vero tempore, cum non plueret super terram, defecit aqua fontis, qui erat ibi. Quae cum vidissent hoc, consultae sunt ad invicem relinquere locum illum et quaerere alium; et accedentes ad testudinem volebant licentiari ab ea, et dicunt ei: Intendimus recedere ab hoc loco, quia aqua deficit nobis. Quibus dixit: Scio, inquam, quoniam non deficit vobis aqua, sed mihi miserae, quae non valeo vivere nisi in ea; nam vos potestis vivere in aliis locis. Nunc obsecro vos, facite mecum misericordiam et ducite me vobiscum, ubi esse intenditis. Quae dicunt: Volumus tibi conferre gratiam, et te conferre nobiscum ad locum; sed quando te portabimus per aerem et viderit te aliquis homo et loquatur de te, cave ne respondeas verbum. Quibus dixit: Ista faciam. Dicunt ei: Accipe in ore tuo parvum lignum, et apprehende illud fortiter tuis dentibus, et ego apprehendam unam extremitatem ligni et socius meus alteram. Et fecerunt ita. Et cum deferrent ipsam per aerem, viderunt eam homines et mirantes sibi inter se dicentes: Videte miracula: testudo volat per aerem inter duas aves. Illa vero audiens di-

lin. 10. *simul cumudine que test ibi erat* E. — 13. *Qui* E. — 28. *mirantes . . . dicentes* sic E.

xit eis: Ita facio, malo vostro velle. Et cum aperiret os suum, evulso ligno de ore suo, corruit in terram, et mortua est. Inquit vero vir uxori suae: Intellexi quippe verba tua; sed ne timeas mare, nec dubites de ipso. Et factum est, cum peperissit mulier suos pullos, permanserunt in suo loco, donec | D^{e}v crescerent. Et audiens hoc dux maris, voluit scire veritatem huius rei, quid posset avis agere contra mare, et quomodo poterit se cavere ab ipso, aut quod erit consilium suum super hoc; et siluit, donec crevit mare, et detulit nidum cum pullis. Cunque rediret mulier ad nidum et non inveniret ibi quicquam, vidit quoniam mare comportaverat totum; et ait viro suo: Bene praescivi hoc antequam fieret, sed adhuc confortatur stulicia tua super personam meam et tuam. Considera importunitates, quae advenerunt nobis propter tui stulticiam. Et ait ei vir: Nequaquam timeas; videbis enim ultimo, quid erit de negocio; quoniam adhuc in alio suo velle restituet nobis pullos nostros. Et exurgens avis illa ivit ad socios suos dicens eis: Vos estis fratres mei et socii; peto a vobis consilium et iuvamen, ut mihi restituatur damnum illatum. Non enim scitis, quid et vobis advenire poterit in processu dierum, ne forte accidat vobis quod accidit mihi. Cui responderunt aves dicentes ei: Placet nobis quod induxisti, et dignum est recurrere nos, ut praestemus adiutorium tibi; veruntamen, quid poterimus agere contra mare et contra ducem eius? Dixit eis: Videtur mihi, ut simul omnes conveniamus, et eamus ad singulas aves annunciantes ipsis quid acciderit mihi, ut sciant cavere sibi, ne accidat eis hoc idem. Fecerunt itaque; et respondentes singulae aves dicunt eis: Vera sunt verba vestra; veruntamen, quid possumus agere contra mare et eius ducem? Quibus responderunt: Scitote, quoniam regina avium est ipsa ciconia;

---

lin. 8. *qui* E. — 23. *versuntamen* E.

nunc autem circueamus, donec inveniamus ipsam. Fecerunt itaque; et cum essent coram ciconia, quaesivit ab eis ad quid venissent. Cui exposuerunt processum, qui erat inter illam avem et ducem maris; et dicunt ei: Tu es domina nostra, et rex qui est vir tuus, potentior est duce maris. Et admittens ciconia petitionem ipsam scripsit viro suo, ut deberet amovere bellum contra ducem maris. Cunque dux maris hoc audiret, cognoscens se esse fragilem aput potentiam huius regis, et quia non poterat ei resistere, fecit avi suos pullos restitui. Induxi autem tibi hanc parabolam, ut scias quoniam non est utile consilium te pugnare adversus leonem et exponere te periculo mortis. Inquit Senesba: Non videtur mihi aliud, nisi ut | non D6v ostendam leoni malam voluntatem, nec cum malo vultu ei appaream, nisi quatenus sicut prius solebam, donec videbo de eo aliquid, de quo sit timendum. Et hoc audiens, displicuit ei, aestimans quoniam, si non videret leo de Senesba illa signa quae designaverat ei, posset percipere suum propositum esse falsum et dolosum, et possit in palam devenire. Et ait ei Dimna: Accede ad regem, quoniam tu poteris percipere ab eo signa eius, quae dixi tibi. Dixit Senesba: Quomodo potero scire illud? Et ait ei Dimna: Si, quando accesseris ad leonem, videris ipsum respicientem contra te et stantem cum audacia quasi paratum ad bellum, et voluerit faciem suam adversus te ponere et commovere corpus eius, et stat contra te apertis oculis et ore, et clausis auribus, et percutit terram cum sua cauda; scito te nunc mortuum esse, et cave ab eo, et esto paratus. Dixit ei Senesba: Si videro a leone ea quae mihi dixisti, sciam illud esse verum. Et factum est ita. Cunque autem perverteretur cor leonis adversus Senesbam et cor Senesbae adversus leonem, ivit Dimna ad fratrem suum Ke-

---

lin. 9. *resisteret.* — 29-30. *Senesba* E.

lilam; et ait Kelila: Ad quid pervenisti de tuo negocio? Cui respondit Dimna: Iam appropinquabit salus et gloria secundum desiderium meum et tuum; et scias cum veritate, quoniam tantas zizanias inter regem et Senesbam seminavi, quod Senesba illaesus a rege non evadet. Et surgentes Kelila et Dimna iverunt ad leonem, et invenerunt Senesbam supevenientem ei. Qui videns de leone signa quae dixerat ei Dimna, quomodo staret sollicitus super suis pedibus et clauderet aures suas, et aperiret os et oculos suos, et percuteret cum sua cauda in terram, credidit, quoniam leo intendebat ipsum interficere; et dixit in corde suo: Qui adhaeret regi, erit in toto corpore suo in timore maximo, sicut ille, qui adhaeret serpentibus et feris in suis habitaculis, quoniam non percipit homo finem bonum suum, donec offendetur ab illis. Et meditatus in hoc deliberavit insurgere contra ipsum et pugnare secum. Et videns haec leo credidit quod relatum erat ei de eo; et insurgens leo percussit eum fortiter; et percutiens se ad invicem, multum pugnaverunt usque ad sanguinis effusionem, ita ut mortuus est bos. Stabat itaque leo adversus bovem, et respiciens eum, et
l'r tristatus est in sua mente. | Cunque vidisset Kelila hoc factum, cepit reprehendere Dimnam, dicens ei: Respice finem operum tuorum et tui consilii, quae pessima sunt; perturbasti enim leonem et interfecisti Senesbam, et subvertisti corda exercitus regis, et corrupisti verba tua bona, quibus laudabant te primo, et habebunt te odio nunc videntes maliciam tuorum operum; quoniam impossibile est, quod non manifestentur. Nonne scivisti aut audivisti, quoniam malum consilium est quando quis quaerit bellum, cum possit transire et devenire ad votum suum absque bello et proditione? Debet autem quilibet evitare

lin. 2. *appropinpuabit* E. — 17. *percutiens* sic E; *percutientes?* — 21 *sua* E. — 25. *habebant* E

bellum propter mala accidentia et importuna, quae in eo sunt, maxime quando potest pervenire ad situm optatum cum securitate et pace et temporum diurnitate. Similiter ubi nobilis praecipitatur propter malum consilium et promptitudinem. Duo sunt quorum unum offuscat alterum nec habet alterum ipsorum dominium super alterum: multa enim transeunt cum consilio absque promptitudine; nec potest quis ad aliquod pervenire nisi per illam: ille vero qui quaerit verba dolosa, cum nesciat finem rei, qui sequitur ex eo, facit sicut tu fecisti. Iam enim scivi tuam vanitatem et vanam gloriam animae tuae, et quotidie meditabor in hac ad turpe, quo tuum cognovi appetitum et delectationem tui cordis ad malum, quia in ultimis recolliges quod plantasti et metes quod seminasti, et convertetur malum super te et me. Vir enim misericors et intelligens meditatur in rebus antequam veniant, et perseverat in re quam ipse scit posse sequi secundum suum desiderium; rem vero, quam scit posse praecipitari a se, prolongat. Nec cessavi corrigere te, ter annunciare tibi onus periculi tui in principio tui processus, nisi propter unum quod tibi modo non possum exprimere; scio enim, quoniam verba mea non adiiciant tibi rectitudinem nec convertent te a malo in quo es. Nunc autem, quia tibi patuit tuum vile consilium et tuus intellectus qui factus est malicia, et finis tuorum operum, expone tibi ea quae prius egisti et usque nunc, quoniam tu scis bene aptare verbum, non tamen opera. Dicitur autem, quomodo non est interficiens regem nisi habens in se talem naturam, et hoc est per quam permansit leo deceptus in te; non est verborum bonitas nisi in opere, neque

lin. 3. *ubi* sic E. *ubique?* — 4-5. *Duo sunt* etc. sic E. Cfr. Guidi 35 et gr. intepr. (ed. Athen. p. 30). — 18. *periculi* conieci; *p cli* E. — 27. *neque sapientiae* etc. sic E.

sapientiae nisi in iusticia amoris, neque in corde neque in facie nisi in verbo, in divitiis nisi in prodigalitate, neque in veritate nisi in operum nobilitate, neque in vita nisi in laeticia et quiete; et etiam accidit illud quod non potest removere nisi vir sapiens et intelligens; sicut aeger, cui congregantur multae malae aegritudines, quae removeri non possunt, nisi per medicum peritum. Scies, quoniam doctrina removet ab anima sapientis errorem et addit stulto deviationem et confusionem; sicut lumen solis, quod omnibus animalibus visum habentibus lumen addit, verpertilioni vero visum obfuscat. Vir autem intelligens non recalcitrat, nec eius anima magnificatur in se, quando est in nobili statu, et sicut mons qui non commovetur a ventorum flasione; anima vero miseri et stulti in se magnificatur et gloriatur, sicut fenum agri quod a levi vento commovetur. Et iam quidem recordatus sum verbi, quod audivi antiquitus: Quando rex fuit iustus et eius familiares iusti in populo suo, arescit iniquitas, et cessat ab eis pravitas, nec ad eos accedit impietas. Consilii vero regum et ipsorum argumentorum est benefacere et iuste agere; tu autem voluisti, ut non adhaereret leoni aliquis praeter te. Scias tamen, quoniam rex cum suis adiutoribus est sicut mare cum suis undis. Stulti vero hominis est requirere in dolo et iniquitate fratres et amicos, et agere iusticiam ad apparentiam, et diligere mulieres ad concupiscentiam, et benefacere sibi cum malo alterius. Verum, quoniam hoc quod dico, scio tibi non esse oportunum, et doctrinam meam scio esse vilem in oculis tuis, est verbum meum sicut verbum illius qui dixit: Non quaeras dirigere illum qui dirigi non potest, nec castigari qui castigari non valet. Inquit Dimna: Quomodo fuit? Inquit † Kelila: (Parabola) Dicitur fuisse in quodam monte turba si-

---

lin. 18. *consilij* E.

meorum. Nocte vero cum esset frigus, viderunt luculam, quae lucet in nocte, et putantes ipsam esse ignem, et congregatis multis lignis, apposuerunt illam in lignis et stabant sufflantes tota nocte manibus et ore. Erant autem aput quandam arborem, in qua erant aves; et descendens quaedam illarum dixit illis: Nequaquam laboretis; in vanum enim est: hoc quod videtis, non est sicut creditis. Et cum nollent atten|dere suo verbo, cepit eos corrigere et reprehendere E'v cum sua sapientia. Et accedens ad eam quidam simeorum dixit ei: Nequaquam dirigere velis quod non potest dirigi, nec docere qui non potest doceri, nec corrigere qui non corrigitur; nam lapis qui non potest frangi, non temptant in eo homines ensem et lignum; et quod plicari non potest, noli niti plicari: quoniam quicunque facit hoc penitebit. Et non curans avis de verbo illius accessit ad eos, ut moneret et corrigeret; quam cepit unus ipsorum, et cum suis pedibus conculcavit in terra, et mortua est. Dum autem sic es, non enim iuvat in te doctrina et comprehensio, maxime quia cor tuum deceptum est in vana gloria et fraude, quae ambae sunt mali mores. Et scias quod quicunque intromittit se in aliquod, quod eum non decet, quamvis verum sit, faciunt eum corruere opera sua, et accidit ei sicut accidit picae. Ait Dimna: Quomodo fuit? Ait Kelila: (Parabola) Fuit quidam mercator † in terra Persiae, qui cum haberet uxorem, quae adamabat alium, voluit certificari de re. Nutricavit autem sibi quandam picam, quam docuit loqui, ut haberet ipsam, ut annunciaret sibi ea quae fierent in domo. Quadam vero die, cum ivisset vir pro factis suis, misit mulier pro amasio suo, ut veniret ad eam. Qui cum venisset, stetit cum muliere iocans et ludens cum ea, et recessit. Cum vir rediit et interrogavit picam, et illa exposuit illi totum illud, quod viderat de amasio mulieris; et audiens haec vir, suam verberavit uxorem fortiter. Mu-

lier vero credens se accusatam ab ancillis suis increpabat et verberabat eas; at illae iuraverunt ei, non defraudasse ipsam, sed picam. Et sciens mulier cogitavit in animo suo dicens: Si ipsam interfecero, erit mihi deterius; praesumet enim maritus meus, quoniam propter haec ipsam interfecerim. Quadam vero nocte, cum non esset vir eius in domo, misit pro suo amasio, et praecepit ancillis suis, ut circumstarent picam, ponens in manu unius ipsarum tympanum, ut pulsaret ad aures picae, in manu vero alterius magnum posuit speculum, ut ostenderet ipsum vicissim ad oculos picae, altera spergebat de F[2]r aqua spon|gia super picam, altera vero nolam volvebat versus picam, altera vero agitabat caveam, in qua erat pica; et facientibus sic tota nocte, non potuit aliquid percipere de factis mulieris. Mane vero cum veniret vir suus, interrogavit picam de factis suae mulieris; cui respondit: Quomodo potui haec percipere, cum hac nocte fui in maximis tormentis prae nimia pluvia, tonitruis et coruscationibus et terrae motu, de quibus videbatur mihi mundus perire? Et audiens haec vir aestimabat omnia verba picae, quae sibi retulerat de uxore sua, mendacia, cum illa etiam non fuissent vera, quia per totam noctem tempestas tranquilla et conveniens erat. Et hic accipiens picam interfecit illam, et suspendit eam in ligno. Porro eduxi tibi hanc parabolam, ut scias, quoniam quis se intromittit in rem, de qua non potest exire, quamvis vera sint, praecipitabitur et corruet. Et scio, quod accidit tibi sicut accidit cuidam. Dixit Dimna: Quomodo fuit? Inquit Kelila: (Parabola).

† Dicuntur fuisse duo homines, quorum unus vocabatur Deceptor, alter vero Velox. Qui cum ambulassent pariter per viam, invenerunt saculum plenum argento, reversi sunt in regionem suam. Qui cum appropinquassent civitati, dixit Velox Deceptori: Da mihi medietatem argenti. Cui dixit Deceptor: Nequaquam hoc faciamus, quoniam societates et amicitiae debent

semper inter nos manere; sed quilibet nostrum accipiet de argento quantum ei sufficiat, reliquum vero abscondamus in aliquo tuto loco et quando indigemus, capiemus de eo. Et putans eius socius Velox ipsum loqui bona fide, placuit ei consilium, et absconderunt argentum sub quadam magna arbore, et abierunt pro factis suis. Et cum redissent ad locum suum, ivit post diem Deceptor ad arborem et accepit totum argentum. Quadam vero die requisivit eum Velox dicens ei: Eamus ad depositum, quoniam indigeo de mea porcione illius argenti. Cui respondit: Libenter. Et euntes ad locum, ubi posuerunt argentum, et fodientes nil invenerunt; et exurgens Deceptor, qui illud acceperat, cepit clamare et verberare se dicens: Nequaquam confidat amodo quis in fratre vel socio; tu enim cepisti illud. At ille iuravit per Viventem | in secula, quod non acce- E1v
perat illud. Deceptor magis insistebat ei dicens: Nunquid fuit alius, qui sciret hoc secretum, nisi ego et tu? Et ait ei Deceptor: Veni et eamus ad iudicem potestatis; ut nobis causam diffiniat. Quibus constitutis coram iudice, dixit iudex: Estne aliquis testis super haec? Cui respondit Deceptor: Ita, domine; est arbor, sub cuius radice resposuimus nostrum argentum; ipsa enim perhibebit testimonium super haec. Et ait iudex: Ducite me cras ad arborem, ut diffiniatur causa vestra. Et rediens Deceptor ad domum suam narravit patri suo processum hunc dicens: Scito, pater mi, quoniam nondum revelavi tibi hoc secretum; sed si tu vis inclinare consilio meo, conservabimus nos ambo thesaurum, quem dedit nobis Deus, et poterimus multiplicare et addere ipsum. Cui dixit pater: Quid est illud, fili mi? Cui respondit: Ego quidem abstuli totum illud argentum, quod invenimus; volo illud autem, ut intres hac nocte et permaneas in ventre arboris, cum sit ibi locus concavus,

lin. 13. *amodo* sic E.

ubi poteris permanere; mane autem, cum venerit iudex interrogans arborem, quis accepit argentum, respondeas tu de medio arboris: Velox rediit ad me et accepit illud. Et hoc est quod peto a te tantum. Et respondens pater dixit ei: Quoties vanum consilium facit corruere hominem; et cave ne accidat tibi sicut accidit cuidam avi. Et ait filius: Quomodo fuit? † Dixit pater: (Parabola) Fuit quaedam avis, cuius vicinus erat serpens, qui semper devorabat pullos et ova eius, nec ei aliquod relinquebat. Erat tamen avis cupiens in illo loco habitare propter loci bonitatem; sed dolebat de his quae serpens agebat contra eam. Annunciavit autem hoc factum cuidam cancro amico suo; cui dixit cancer: Dabo tibi consilium, ut semper eris pacifica et tranquilla ab opere serpentis. Et duxit eam cancer ad quoddam foramen, in quo erat quaedam ferarum, quae est ad modum canis; et exposito ibi avi odio, quod est inter ipsum animal et serpentem, dixit ei: Vade et congrega multitudinem piscium et ordina pisces per unam lineam a foramine serpentis usque ad foramen huius animalis; quoniam ipsum animal perambulans per lineam piscium et comedens eos perveniet ad foramen serpentis et devorabit eum. E3r Fecit | itaque avis, et ordinavit pisces a foramine serpentis usque ad foramen animalis antedicti. Cum itaque iret animal comedens pisces, pervenit ad serpentem et devoravit illum. Postea vero consummasset devorare pisces, quaerebat adhuc per viam odorem piscium, donec perveniens ad nidum avis, et devorabat illam cum pullis suis. Nunc autem induxi tibi hoc proverbium, ut scias, quoniam multociens est consilium, quo homo praecipitatur et corruit; quae quis parat socio suo, in illis incidit, ut non possit evadere ab eis; et tu scis haec omnia. Et respondens Deceptor dixit patri suo: Intellexi verba

---

lin 14. *eum* E. — 24. *Postea vero consummasset* sic E.

tua, sed relinque haec, quoniam res est magis facilis, quam tu aestimas. Et monuit ipsum suis verbis, donec inclinavit consilio suo, et fecit pater quod filius voluit; et iverunt ad arborem, et mansit pater in ventre arboris tota nocte. Mane vero cum venisset iudex cum sua familia ad arborem stetit, et quaesivit ab arbore, quis abstulisset argentum. Et respondens ille de medio arboris dixit: Velox accepit illud. Et stupefactus iudex super hoc volvit se undique et neminem videbat: qui praecepit, ut apportarent ligna, ut accenderetur ignis in circuitu arboris. Et cum calor et fumus pervenissent ad illum, qui erat intus, cepit clamare fortiter, cum amplius calorem non posset tolerare; et extractus est inde quasi mortuus. Et videns iudex fraudem hanc mandavit fusticari ambos et restitui argentum socio suo. Quibus fusticatis, mortuus est pater. Et accipiens Deceptor patrem suum tulit ipsum mortuum ad domum suam, et remansit dolens de argento amisso et de vituperio sibi cunctis ab hominibus relato, contristabaturque de patre suo mortuo, cuius ipse erat causa efficiens, cum socium suum defraudari nisus esset, et seipsum una cum suo patre in idem corruit vicium et damnum. | Hanc induxi B3v tibi parabolam, ut scias quoniam aliquando capiuntur homines in fraude et dolo, quos parant. Tu autem, Dimna, congregasti in te malos mores, quos praedixi, et recolliges de fructo operationum tuarum maxime, cum sciam te non evasurum esse, quia tu loqueris duabus linguis et duas habes facies, et nullum est attribuendum peccatum leoni et bovi, nisi tuae linguae, quae subvertit eos. Nam nullus est in mundo, qui non possit blanda lingua converti ad sui voluntatem; corda enim decipiuntur verbis dolosis, et trahuntur funibus falsitatis; quemadmodum mulier illa quae decepit suum virum dolo verborum suorum. Dixit Dimna: Quomodo fuit? Ait Kelila:

---

lin 25 *et duulas* E.

† (Parabola) Fuit quidam, qui habebat pulchram mulierem: erat tamen meretrix. Quadam vero die, cum vir suus aegrotaret, dixit ei ut iret ad apothecam et emeret sibi de rebus, quas medicus consuleret. Et exurgens mulier ivit ad apothecarium, qui erat amasius suus, ut sibi daret illas res; et introducta in apotheca, stetit cum amasio suo; et praecepit apothecarius servo suo, quod daret sibi omnia quae volebat. Servus vero, cum esset stultus, accepit manutergium et involvit in eo pulverem de terra, et ligavit, et dedit mulieri dicens ei: Ecce, omnia sunt ibi. Et abiens mulier ad domum suam assignavit manutergium suo viro, et intravit domum aliam, ut apportaret vas, ubi reponeret res illas; et solvens vir manutergium invenit pulverem, et clamavit ad eam dicens: Quid est hoc? Ivisti pro medicinis et apportasti pulverem. Et illa andiens reliquit quae in manu tenebat, et accipiens cribellum exivit ad virum suum, et ait ei: Nescis quid accidit mihi in via cum irem? Ecce, equus currens impulsit me, et corrui in terram; itaque cecidit mihi de manu mea argentum, et non potens invenire illud congregavi pulverem de loco illo, involvi in manutergio, donec educerem illum per cribellum; forsitan inveniam ipsum. Et audiens vir credidit ei, et dixit: Accipe plus de argento, et vade et eme mihi. Nunc autem induxi tibi hanc parabolam, ut scias, quoniam nullus cui si dicantur talia verba dolosa sicut ea quae dixisti, non crederet utique, et deciperet cor eius, sicut quam leo deceptus est verbis tuis et credidit tibi. E4r Scias autem, quod aquae fluminum bonae sunt antequam | permisceantur et conturbentur; sicut etiam fratres et parentelae boni sunt, dum non est inter eos homo malus et societas malorum, sed dilectio amicorum, quae permanens erit, cum non

lin. 1. *pulcram* E. — 3 *apoteca, apotecarius* (omissa littera *h*) posuit E.

interponitur seductor sicut tu es; et non est aliquid in mundo, quod simiietur tibi, nisi serpens, qui de ore suo venenum distillat mortiferum, et cum toto hoc timeo de veneno quod cum lingua tua sit. Et prius quidem abhorrebam societatem et conversationem tuam; nam sapientes dicunt: Procul sis a conversatione impiorum. Et dicunt intelligentes: Adhaerere vias iusticiae et nobilitatis et nunquam separeris ab eis, et cave a conversatione stulti; et si sis vir consilii et bonorum morum, cave et praeserva te a malicia operationum suarum, et ne dimittas societatem viri nobilis et recti, quamvis tibi non posset conferre bonum; debet tibi sufficere illud quod vides [et] ex eo et debes iuvare ipsum tuo animo, et recede a stulto et maligno, et fuge eum. Ego autem debeo a te discedere et tuam elongare conversationem, quoniam non sperabunt socii tui in te bonum, cum fueris in regno tuo totum quod tentavit cor tuum; et effectus est similis parabolae mercatoris, qui dixit: Terra cuius mures comedunt mille libras ferri, dignum est, ut eius aves rapiant pueros. Dixit: Quomodo fuit? Inquit Kelila: (Parabola) Fuit quidam pauper mercator in quadam terra, †

---

lin. 2. *simuletur* E. — 2. *nisi species que de ore suo* etc. sic E.; sed *nisi serpens qui de ore suo* etc. corrigendum censui, arabica metaphrasi collata: « Dich kann man mit nicht besser vergleichen als *mit einer Schlange*, welcher zwei giftige Zungen hat. Denn von deiner Zunge kommt Giftartiges, und ich werde nicht aufhören das Gift deiner Zunge zu fürchten. » (Wolff I 97). Gr. interpr.: Ἐγὼ μὲν γὰρ ἀεί σου τὴν γλῶτταν ἐπτοούμην, ὡς τὸν τοῦ ὄφεως ὀδόντα, ἐπεὶ καὶ ἄμφω ἰὸν ἀποστάζετον. (ed Athen. p. 33). — 8. *et si sit vir consilii* etc. sic E. — 13. *discere* E. — 15. Locum, ut videtur valde corruptum emendare non ausim. Cfr. arab.: « Und so werde ich dich meiden müssen; denn wie könnten deine Freunde sich von dir noch Edelmuth und Liebe versprechen *nach dem, was du an dem König gethan hast, der dich so geehrt und erhoben hat?* » (Wolff I. 98). — 16. *est* sic E.

qui habebat mille libras ferri; et cum vellet inde discedere et ire ad aliam terram, deposuit ferrum apud quendam notum suum, ut sibi conservaret, et abiit. Cunque rediret post tempus, petiit ferrum ab amico suo. Cui respondit: Posui ferrum tuo in uno angulorum domus, et comederunt illud mures. Ipse vero vendiderat et comederat praecium eius. Et ait mercator: Nunquam audivimus esse in mundo animal, quod frangeret ferrum, et mures comederunt modo illud: nunc autem nihil reputo illud, ex quo Deus liberavit te ab eis et non offenderunt te. At ille gavisus de verbo, quod audivit ab eo, rogavitque eum, ut comederet secum illa die; et statuit sibi terminum reveniendi ad eum. Postquam vero recessit ab eo mercator, cogitavit argumentum, ut caperet sibi filium suum: qui cum furatus esset eum, abscondit in domo cuiusdam. Et
E5v cum rediret ad eum, dixit ille, qui | amiserat filium: Vidistine filium meum? Cui respondit: Alia die prope tuam domum vidi avem, quae rapuit unum puerum; nescio tamen, utrum fuit filius tuus. Ille vero cum audiret, clamavit et dixit hominibus qui erant ibi: Audivistis unquam tale, quod aves rapiunt pueros? Et respondens mercator dixit: Ita est: Terra cuius mures comedunt mille libras ferri, dignum est, ut eius aves rapiant pueros. Ille vero cum audiret hoc verbum, confessus est ei abstulisse ferrum suum; et ait ei: Restitue mihi filium meum, et ego restituam tibi ferrum tuum. At ille restituit sibi filium, et ille ferrum. Inquit Kelila Dimnae: Induxi tibi hoc exemplum, ut scias quoniam, si temptasti agere proditionem contra regem tuum, quid facies contra alios? Iam scio, quoniam nobilitas apud te nihil reputatur, nec scis nil esse in mundo peior illo, qui credit in eo, qui non habet fidem; et qui facit misericordiam illi, qui non recognoscit illam; et qui

---

lin. 10. *gavisus (est)?*

dat doctrinam non recipienti; et secretum revelat non celanti illud. Nec spero ammodo posse transmutari tuos mores, sed in natura in qua natus es permanebis. Nam arbor amara si tota melle perungeretur, non pro tanto faciet fructum dulcem. Et ego erravi huc usque in conversatione tua; quoniam quicunque bonis conversatur, possidebit ab eis bonum et aequitatem; conversatio autem impiorum possidere facit pravitatem cordis et maliciam operum. Sicut ventus pertransiens res sordidas et foetidas accipit inde malum odorem: si vero transeat per aromata, ut mustum, ambram, capit inde bonum odorem. Et ego quidem scio taedium verborum meorum apud te; sed nuquam mundus cessavit ab hac sua natura, ut ignorantes semper abhorreant sapientes, et stulti nobiles, et mali bonos, et pravi rectos. Fuit autem finis verborum Kelilae cum Dimna hic; et iam leo interfecit Senesbam. Et cum interfecisset illum, penituit ipsum et meditatus in facto, postquam quievit ira sua, dixit: Tristis est anima mea de Senesba, quoniam erat vir magni consilii et intellectus; nec penes me scio causam, quare ipsum interfecerim, nec radicem scio mei operis. Et displicuit valde leoni, et contristatus est. Et sciens haec Dimna, relicto Kelila, ivit ad leonem. Inquit | Dimna leoni: E v
Domine rex, iam dedit tibi Deus victoriam de inimico tuo; exterminavit enim inimicum tuum, et qui tuam quaerebat animam. Quare igitur contristaris? Et respondens eo ait: Quoniam penituit me fecisse quod fecit: cum eius considero consilium el intellectum et suos nobiles mores ac sui delectabilem conversationem, doleo in cordo meo. Et ait Dimna: Nequaquam dicat dominus rex hoc verbum; non enim debes misereri eius in quo timendum erat; probus enim rex multociens abhorret quem diligebat, et expulit illum et postea re-

---

lin. 2. *ammodo* sic E. -- 19. *interfecerem* E

cipit eum, et ipsum ordinat super suis negociis, quando de eo viderit bonitatem; sicut facit ille, qui abhorret tiriacam propter sui amaritudinem, non considerans sui efficaciam. Aliquando autem diligit rex aliquem et honorat et exaltat; deinde vero illum perdit et exterminat timens eius malum. Sicut homo, cuius digitus fuit morsus a serpente, amputat illum, aestimans, nequando dilatetur a veneno totum corpus et interficiat ipsum. Et audiens haec leo a Dimna credidit ei, et recepit ipsum secum aliquibus diebus. Post haec vero dixit suo philosopho Sendebar: Audivi, inquam, parabolam, et percepi opera Dimnae, cum sit despectus et vilis inter animalia, et quid egit contra bovem et leonem, et quomodo subvertit corda eorum contra se invicem, donec devenerunt in odium. Sunt autem in verbis istis exempla et magna doctrina cupientibus intelligentiam, ut se sciant a viris dolosis praeservare et timere et dubitare mendacia eorum et evitare et inquirere diligenter circa ea, ut exterminent omnes, in quibus talia reperiuntur, quomodo est bonum consilium et pax animae atque quies.

EXPLICIT CAPITVLVM SECVNDVM
E4v SEQVITVR CAPITVLVM TERCIVM | DE FINE ILLIVS QVI DELECTATVR IN MALO ALTERIVS.

Inquit rex Disles Sendebar philosopho: Intellexi, inquam, verba tua de mendaciis viri dolosi quaerentis dissipare veritatem cum verbis falsitatis, donec removet amorem et ponit odium in suo loco. Indica mihi nunc, ad quam ultimo devenit causam Dimna, donec leo mandavit ipsum interfici. Inquit philosophus: Domine rex, dicitur, quod cum leo interfecisset

lin. 9. *Post haec vero dixit* etc. scilicet *Rex Disles.*

Senesbam, post recessum dierum penituit eum ipsum festinanter interfecisse, recordatus sui boni consilii et intellectus et nobilis conversationis. Nitebatur autem leo sedere multum semper cum sociis suis, quibus delectabatur, ut per hoc recederet eius tristicia et in gaudium posset restitui. Fuit autem unus de familia regis, qui erat leopardus; qui cum esset nobilior et honorabilior ceteris sociis regis, accepit eum rex in suum fidelem socium et consiliarium, a quo recipiebat omni die consilium, et cum eo tractabat sua secreta, et tota die assistebat ei. Quadam vero nocte, cum transiret iste per ostium domus Kelilae et Dimnae, audivit verba Kelilae corripientis Dimnam et increpantis ipsum suae proditionis, quam egit adversus leonem. Ostendebat enim ei, quia male faciebat de toto eo quod agerat adversus Senesbam absque culpa et delicto, et significabat ei, quoniam non evaderet de manu leonis, et impossibile erat suum malum et mendacia in ultimo non revelari, nec habere in ultimo de suo male aliquam ultionem, ut in foveam, quam fodit, incideret, et in rete, quod paravit, caperetur. Et respondens Dimna Kelilae fratri suo dixit: Iam pervenit illud quod non potest revocari. Sed nunc relinquenda sunt haec verba, et quaerenda consilia circa haec, ut transmutemus rem, quae incidit mentem leonis de suo facto; et me quippe iam penituit eius quod feci. Veruntamen mea concupiscentia fuit quae me ad hoc induxit. Et audiens haec leopardus venit ad domum matris leonis, et retulit illud, postquam promisit ei iuramento, ut non revelaret alicui viventi. Exurgens vero mater leonis diluculo venit ad filium et invenit eum contristatum, et cum vidisset eum, percepit haec non esse, nisi quia sine culpa interfecerat Senesbam; et ait ei: Scito, fili, quod suspirium et dolor non potuerunt tibi restituere

---

lin. 18. *rethe* E.

quod amisisti, sed quotidie debilitant corpus et dissolvunt et perdunt intellectum. Sed indica mihi, quae est causa tuae tristiciae; quoniam si est res, de qua sit dolendum, scias quod nullus est tuorum familiarium, qui non contristetur et compatietur tibi; si forte vero propterea quod interfecisti Senesbam, iam patuit nobis, quoniam inique fecisti, et absque culpa et delicto est mortuus; quod si tuam refrenares voluntatem in illa hora, et cogitasses circa illud adhuc, et imaginatus fuisses tristiciam et dolorem quos merito pateris super haec, fuisset tunc tibi revelata veritas. Dicunt enim sapientes, quoniam nullus est qui habeat odium aliquod adversus amicos suos, abhorreat illud. Nunc autem indica mihi, qualiter erat animus tuus erga ipsum, antequam interficeres ipsum et quomodo post. Dixit leo: Iam multum in meo corde meditatus sum de facto eius, et nisus sum meo animo invenire viam contra eum de aliquo delicto, et non inveni, nec potui percipere in eo aliquid mali antequam ipsum interficerem, nec postmodum. Penitet vero me amicitiae eius, quod fecit, et modo doleo et contristor. Omnes viri sapientes tenent Senesbam fuisse innoxium aliis omnibus, quae apposita fuerunt adversus eum, et quia fuit mundus et simplex corde; veruntamen provocatus fuit contra ipsum crudelis adversarius Dimna sua fraude et mendaciis, qui mihi retulit de eo, quae quidem nunquam fecit Senesba nec ea cogitavit in corde. Sed indica mihi, si aliquid audivisti, vel si aliquis tibi de hoc enarravit aliquid. Nam, quando fuerit consilium cum verbis, quae simul audiuntur, erit magis manifestum sensui, et satisfaciens cordi; et expedit, ut homo non relinquat in corde suo dubium aliquod, sed inquirat veritatem. Dixit mater leonis: Relatum est mihi a quodam fideli socio, quoniam Dimna non iuste egit contra Senesbam quod egit, et

---

lin. 7. *delictus* E. — 10-11. *Dicunt enim* etc. sic E.; lac. ?

quia seduxit te, et subvertit cor tuum adversus eum nisi propter invidia, qua invidebat eius dignitatem, et quod erat in gratia, quam invenerat in oculis tuis. Ait leo matri suae: Quis retulit tibi haec, mater? Ait illa: Qui mihi retulit, inhibuit ipsum non manifestare; et scias, quandocunque fuerit traditum alicui secretum aliquod, debet esse fidelis de eo; et qui revelat secretum quod traditum est ei, decipit amicum suum, qui ei tradidit, et habet vilem statum apud homines, nec unquam aliquis ei secretum revelabit. Dixit leo: Vere dicis, et res ita se habet, ut dixisti; veruntamen non debet quis amico suo occultare veritatem, sed ostendere illam, ut meritum adimpleat, neque subtrahat veritatem | quam audivit et novit, et ma- E⁴r
xime de homine, et inquirat de sanguine viri innocentis: nam qui occultat delictum peccatoris, ipse particeps est illi. Rex autem non debet aliquem condempnare nec affligere pro re dubia et opinionis suae cordis, nisi pro veritate; nec procedat ad aliquod punitionis, donec ei res patefiat: sanguinis effusio difficilis est apud Deum. Quod si ego egi malum et anima mea, interficiens Senesbam sine culpa, nolo idem facere de Dimna, absque teste et initio veritatis. Et iam te video scire illum qui revelavit tibi, et tu inde culpam habes. Dixit mater: Iuste dixisti; veruntamen aestimabam prius, antequam tibi hoc dicerem, <non> dubitare in re, et sufficere tibi testimonium meum, ut crederes mihi, nec haberes me suspectam apud te super haec. Dixit ei leo: Non es apud me nisi fidelis; sed volo, ut manifestes mihi illum, qui manifestavit tibi, quia animus meus magis requiescit. Dixit ei mater: Si ego sum fidelis in oculis tuis, affige hunc crudelem seductorem, sicut afflixisti illum. Respondit ei leo: Nullum inconveniens te sequitur, si mihi re-

---

lin. 11. *illa* E. — 12 *subtrohat* E. — 16. *opinionis sue cordis* sic E. 18. *ast* pro *est* E. — 23. *(non) dubitare* suppl.

velaveris illum. Dixit mater leonis: Immo maximum malum mihi adveniet super hoc, quia vilipendar in oculis eius, qui mihi suum secretum revelavit, cum deciperem ipsum; et si hoc facerem, nunquam aliquis confideret in me, nec revelaret mihi aliquid. Et audiens leo haec a matre sua cognovit, quoniam personam illam sibi non revelaret; et ait ei: Vade in pace. Mane vero mandavit rex congregare omnes senes et sapientes populi et exercitus sui, et misit pro matre sua et pro Dimna, ut essent coram ipso. Cunque congregati essent in tota curia ante leonem, sedebat leo inclinato capite ad terram; confusus enim erat de eo, quod fecerat, quia interfecerat Senesbam. Cunque videret haec Dimna, percepit, quoniam venit dies visitationis suae, et timuit de morte; et ait ad eos, qui erant ante ipsum: Quare rex ostendit malum vultum et dolet et est contristatus? Nunquid est aliquid novi, propter quod congregavit nos omnes tam cito ante ipsum? Et respondens mater leonis
E⁴v ait contra Dimnam dicens: | Quicquid vides de passione leonis eiusque tristicia, non est aliud nisi quia reliquit te vivum usque hodie, ex quo temptasti te facere proximum regi, referens ei verba subversionis, et induxisti eum tuis mendaciis et seductionibus, ut interficeret Senesbam. Et respondens Dimna ait: Non video aliud quod dixerunt sapientes, nisi vera esse cum dicant: Quicunque laborat bene facere post tristiciam et malum est sibi valde propinquum; sed absit, quod hoc exemplum tangat regem nec socios eius; quoniam dictum est: Quicunque adhaeret malis, quamvis non exerceat opera eorum, a malis eorum non evadet, quamvis caveat sibi multum. Non est in mundo qui retribuat bonum pro bono, nisi Deus solus. Quicunque vero praeter eum sunt, non sic faciunt; nec aliquem invenio, qui dignus sit rectitudine sicut regem. Et propter hoc

lin. 28 *que* E.

videmus turbas religionum et Deum colentium, in montibus et locis desertibus habitantes, et omnem conversationem et statum relinquentes; nec miscentur cum eis propter ipsorum nequiciam, sed faciunt omnia magis ad honorem Dei, quam ad aliquod huius seculi. Dilectio vere mea, quae fuit erga regem semper, et bonum consilium quod ei consului, et cavi et praeservavi ipsum ab eo, qui contra ipsum insurgere intendebat, et iusticia cogitationum mearum induxit me in hanc tribulationem, et quia manifestabam ei quaecunque de aliquo contrario suspectum habebam, et revelata fuit illa proditio adversus eum, et patuit ei per inquisitionem, qua inquisivit et invenit veritatem; et si ipse vult, inquirat de re, et inspiciat in ea cum oculo veritatis; tunc enim fiet iusticia verborum meorum in his omnibus, quae sibi retuli; quoniam ignis, qui est in lapide ab eo non extrahitur, nisi cum argumentis et ingeniis. Nec potest hoc latere, quia peccatum delinquentis, quanto plus inquiritur, tanto magis revelatur et manifestatur in mundo et multiplicatur et notescit; sicut res sordida et foetida, quanto magis agitatur, tanto magis de suo malo odore sentitur. Et si ego deliquissem, fugissem utique ad extremitates orbis terrae, cum ampla sit, nec starem in curia regis; sed confidens in ea iusticia et simplicitate cordis et innocentia manuum mearum, remansi nec volui fugere. Supplico tamen regi, quod si aput ipsum fuerunt verba permixta quae dicuntur, mandet inquiri veritatem et examinari ipsam; et sit ille, quem rex ordinaverit super hoc, vir bonus et simplex, legalis, non avertens faciem in ipsa veritate, nec fraus sit in operibus suis; nec velit me rex interficiere innocentem. Et sciet sibi referri verba mea et verba aliorum, tunc videat et reddat iudicium, et nolit iudicare secundum verba invidorum et aemulantium, nisi cum veritate: quoniam, ex quo manifestum est regi accepisse verbum falsitatis et mendacii, et quia seductus

fuit, ut Senesbam interficeret sine culpa, et quia non requisivit de veritate, debet cavere sibi, ne iterum incidat in illud quod prius, donec inquirat et sciat. Et scio, quoniam obtinebam a rege maximum statum, quem multi habere desiderant et invident mihi super hoc; et scio, quod ipsi loquantur ei seditiones de me; quod si rex voluerit facere, deliberabit perdere me, non habeo redemptorem et salvatorem nisi Deum, qui novit secreta et occulta cordium; ipse vero me liberabit de hac tribulatione. Dicitur autem, quod quicunque facit aliquod dubium nec veritatem ducit ad lucem nec respicit bene quid facit, erit ultimo suum negocium, sicut cuiusdam mulieris, quam decepit servus per suum amasium, ita ut confusa remaneret. Dixerunt leo et omnes alii viri: Quomodo fuit? Dixit Dimna: † (Parabola) Dicitur fuisse in quadam civitate nomine Bostenne in provincia Abezie quidam carpentarius, cui erat pulchra uxor. Habebat autem haec quendam amasium pictorem, qui agebat cum ea. Dixit mulier suo amasio: Volo, ut facias tibi signum, per quod cognoscam te in nocte, ut non sit tibi necesse clamare nec pulsare ianuam, ne sentiat aliquis. Cui dixit amasius: Faciam mihi pannum album et nigrum ad signa rectorum quasi oculos, ut album sit ad modum lunae, nigrum vero ad modum pupillae oculi; et quando videris illum, sit tibi signum egrediendi ad me. Et placuit mulieri, et fecit ita. Audiensque illos servus mulieris, qui erat in domo, conservavit verbum in corde suo. Erat autem amasius accedens ad ipsam nocte, et illa videns signum vestimenti exibat ad ipsum statim, et sic fecit hoc modo multis diebus. Quadam vero die, dum iret maritus ad curiam regis de nocte ad operandum ibi, ivit servus mulieris ad uxorem pictoris, quem mulier adama-
F'r bat; petiit ei, ut sibi illud accomodaret vestimen|tum, deditque

lin. 14-15. *Bostenne* .... *Abezie* sic E; *Bostennae* ... *Abeziae*?

ei, et ivit cum eo servus ad mulierem suam nocte. Videns itaque mulier signum credit suum esse amasium; quae exiens ad eum, stetit cum eo; et abiens servus in viam suam restituit vestimentum illi mulieri. Post vero mediam noctem rediens pictor de domo regis, accepit vestimentum illud et ivit ad mulierem; at illa cum videret, obstupuit, dixitque ei. Quid tibi nocte ista et quare rediisti ad me iterum festinanter, ex quo adimplevisti tuam voluntatem? At ille cum audisset hoc verbum, percepit, quomodo alius homo accessit ad eam nocte illa; et rediens ad domum suam cepit increpare et percutere uxorem suam fortiter, donec scivit veritatem de re quacunque; et accepit vestimentum et combussit illud. Hanc notate parabolam, ut non procedat rex festinanter in re sophistica; ipse enim portaret peccatum. Nec credatis hoc me dicere prae timore, quem habeo de morte; mors enim supervenit homini malo suo velle, nec potest ipsam evitare, et omnis vivens moriturus est, et si centum haberet animas. Si vero scirem regi meam placere proditionem, ego ipse sibi sponte me offerrem; veruntamen protestor mihi haec, ut non immittat rex manum suam in sanguinem innocentem; nam sicut faceret mihi nunc, posset multis aliis facere, praeterquam inquirat de rei veritate, et esset hoc regi magnum praeiudicium; et utinam patefieret hodie mea innocentia apud omnes et postea monerent et scirent omnes de curia, quoniam innocens sum; sed timeo ne moriar in mea innocentia ignorata, et relinquam hanc infamiam post me. Et ait quidam de curia ipsi Dimnae: Verum non loqueris haec pro dilectione tua erga regem nec ad sui honorem, sed propter personam tuam loqueris, quia quaeris enim argumentis evadere a fovea, quam incidisti. Respondit ei Dimna: Maledicte tu, nonne merito innocentiam meam patefacio do-

---

lin. 15. *morum* pro *mors* E.

mino regi, aut habet ne aliquis aliquem sibi propinquiorem sicut personam suam? Et nisi ego quaeram consilia et argumenta pro mei liberatione, quis quaeret illa pro me? Nam enim dicunt sapientes: Quicunque non benefacit sibimet, nulli F4v alteri benefacit. Et iam quidem bene patuit invi|dia tua; omnes enim astantes sentiunt dolum et fraudem tuam, quia nullum scis diligere te. Et quia inimicaris tibi ipsi, quanto magis alteri! non es dignus habitare cum brutis, maxime cum rege et eius familia. Cunque Dimna perfecisset hunc sermonem adversus illum, obticuit ille, et exivit de curia confusus et tristis a verbis, quae locutus est ei Dimna. Et respondens mater leonis dixit: Non miror nisi affluentiae tuae linguae in verbis et parabolis, quas tu profers adversus omnes contra te loquentes, cum commiseris omnia quae commisisti de dolis et seductionibus. Ait ei Dimna: Quare respicis uno oculo et audis una aure, nec respicis res cum veritate et oculo fidelitatis, sed in ipsis procedis secundum tuam voluntatem? Video tamen, quod meum infortunium me permutavit ante oculos tuos; nec est aliquis, qui loquitur cum veritate et pertractat ipsam, sed universi false respondent, et iuxta proprium appetitum loquuntur. Etiam quia hi qui sunt in curia regis, confidentes de tuo amore et miseratione, non dubitant loqui secundum propriam voluntatem, et attestari falsitatem cum verbis veritatis et mendacii, credentes eum non revocare sua verba. Et hic est locus reprehensionis; si fieret eis parabola, forte proficerent. Dixit mater leonis. Respice hunc crudelem proditorem, qui adhuc claudit oculos hominum sua falsitate, ut disrumpat eorum consilium, et se faciat innocentem. Dixit Dimna: Quandoque sunt illi qui faciunt hoc quod dixisti; ille scilicet penes quem deponitur secretum nec ipsum conservat; et qui induit vestem

lin. 8. *cuum rege* E.

mulieris; et mulier quae induit vestem viri; et peregrinus qui se facit patremfamilias; qui et loquitur inter populum et regem in his, de quibus non est interrogatus. Dixit ei mater leonis: Recognoscas maliciam operationum tuarum, et timeas de his, et recognosce peccatum verborum tuorum, et discerne illa. An nescis, quia non evades, quod non fiat de te vindicta maxima? Dixit Dimna: Qui committit peccatum, nec diligit hominem bonum, non prolongat a se peccatum, quamvis illud possit removere. Dixit mater leonis: Proditor et adversarie, quoniam praesumis tua audacia talia loqui coram rege, cum ego miror te permisisse vivum usque hodie? Cui respondit Dimna: Ille quem dicis est vir quem decet bonum consilium, ut eius tradatur inimicus in manu sua, cuius inimicus non sum. Spero in regem, quod non interficiet in mea innocentia nec faciet iuxta consilium mulieris inimicae. Et ait mater leonis: False et mendax, sperasne de tanto scelere evadere quod commisisti, et mendaciis quae retulisti? Respondit Dimna: Qui profert quod non est, pati debet quod dixisti; ego tamen locutus sum veritatem, confirmavi illam, et annunciavi eam regi, et observavi foedus, nec unquam cogitavit cor meum facere iniquitatem et loqui mendacium. Et spero quidem, quoniam adhuc revelabitur mea fidelitas, et testabitur in me iusticia mea in simplicitate cordis et innocentia manuum. Et factum est, cum vidisset mater leonis ipsum leonem nihil respondentem verbis Dimnae, aestimavit in animo suo dicens: Forsitan falsum est totum, quod praesumitur contra ipsum, et forte innocens est ab his omnibus, quae sibi opponuntur. Nam qui recitat verba sua coram rege et mundificat se ab his quae opponuntur sibi, nec aliquis respondet in contrarium, videtur dicere veritatem de his quae dicit; quo-

lin. 2. *et qui loquitur?*

niam silere aliquem in sui causa est confitere veritatem. Nam dicunt sapientes: Qui tacet affirmat. Et exurgens discessit a facie eius cum iracundia. Mandavit itaque leo in collo catenas apponi ipsi Dimnae magna cum ferocitate facieque proterva, visu ac horribili, et ipsum in carcerem duci fortissimum, summa ac diligentia et poena de sui causa inquiri; quibus factis et de suis causis actibusve perceptis, debent ad ipsum per fideles suos familiares referri regem. Et uti ipse rex iussit suis familiaribus, ipsorum domino obedire recusabant minime; eumque violenti manu apprehensum omni cum austeritate Dimnam duxerunt ad carcerem; qui non modicum, uti bene fidei est F^{3}r tribuendum, doluit. | Postea locuta est mater leonis filio suo dicens: Relata iam sunt mihi de isto iniquo seductore mala, quae nunquam de aliquo audita sunt sicut illa; et iam concordaverunt universae linguae super hoc. Ipse autem intendit omnia permutare, nec latet factum suum aliquem virum intelligentem; et praeter hoc relatum est mihi et animo meo repositum per quendam, qui audivit iniquitatem et suam seductionem; et si dederis ei favorem, superabit te argumentis falsitatis. Ille autem qui mihi retulit, est vir iustus et legalis; nunc autem consulo tibi, ne respicias verba eius, et prolonga ipsum abs te et redde populum tuum pacificum ab eo. Et respondens leo matri suae: Sile, quoniam ego curabo factum tuum, et eius causam examinabo, quoniam ipse sapiens et intelligens est. Ego autem investigabo frequenter et respiciam factum suum et non ero in eo negligens, nec agam malum contra animam meam; adimplebo desiderium eius, qui factum suum ignorat utrum verum sit sive falsum. Et propter hoc indica mihi, quis est iste vir legalis quem dicis, et revela nomen suum, quoniam homines invident sibi ad invicem, et alter

---

lin. 3. *cathenas* E. — 5. *horribibili* E.

desiderat locum alterius. Dixit ei mater: Scio quod vir legalis et perfectus, qui mihi nunciavit hoc secretum, est socius et fidelis secretarius tuus leopardus. Dixit leo: Sufficit tibi: videbis amodo, quid faciam ei, aut qualis erit processus meus contra ipsum: vade in viam tuam. Et factum est, cum annunciatum fuisset Kelilae, quoniam Dimna detinetur in carcere, misertus est ei prae nimia dilectione et assidua societatis fraternitate, quae erat inter eos. Et exurgens Kelila ivit ad eum clam ad carcerem media nocte; et cum videret ipsum detentum catenis ferreis, cepit plorare fortiter, et ait Kelila Dimnae: Iam commisisti facta, de quibus nolo te amplius reprehendere, nec tibi loqui de his quae tibi displicent. Nunquid recordaris modo eius quod dicebam et consulebam tibi, et ducebam te per viam rectitudinis, nec meo consilio acquiescere voluisti nec mea verba respicere? Hoc totum per altitudinem tuae mentis apud tuum consilium et intellectum habes. Iam quidam dicunt, quod homo falsus moritur ante tempus, non quod eius vita decidatur, sed quia mortuus est in vita existens; si|cut tu modo detentus in hac tribulatione, qua mors melius Fv est. Vae igitur tuo intellectui et sapientiae, qui declinaverunt te! Iam enim pervenisti usque ad ianuam mortis. De te quidem dicitur, qui capit sapientes: Impiorum sapientia et consilium stultorum expeditur. Respondit Dimna ei dicens: Scio, inquam, frater, quod a tempore quo me cognovisti, nec cessasti mihi bonum exhibere consilium, et loquebaris mihi de veritate, et me monebas super ipsam, et viam rectitudinis indicabas; ego tamen non acceptavi dicta tua ex concupiscentia et viciis, quae me superabant, ut magnas acquirerem dignitates et ambularem

---

lin. 10. *cathenis* E. — 15. Gr. interpr.: Ταῦτά εἰσιν, ἅπερ σοι προὔλεγον· σὺ δὲ τῇ οἰήσει καὶ τῇ φιλαυτίᾳ νικώμενος οὐ προσεδέχου· ὅρα γοῦν τὴν τούτων ἀπόβασιν. (ed. Athen. p. 39).

in magnis et mirabilibus super me, propter adversitates et tribulationes, quae scriptae fuerunt super meo capite. Et scio, quoniam <si> hoc non fuisset mihi, suffecissent correctiones tuae, ut mea via per illas fuisset rectificata, et non laudarem finem meum pro tuo consilio. Veruntamen quicunque vulneratus est a Deo vulnere concupiscentiae, sociorum correctiones non recipit, et erit finis operum suorum poenitere earum, quae commisit; et iam mihi tempus et hora, de quibus timui. Attamen, quid possum facere de concupiscentia animae meae et eius superbia, quae interrumpunt consilia recti vivi et sapientiam sapientis? Quemadmodum infirmus, qui sciens infirmitatem suam accidisse sibi prae nimio appetitu eius ad mala cibaria, et ea accidisse in suum languorem, ac ipse pro tanto non desinit illis uti, donec eius aegritudo aggravetur et moriatur. Ego autem non tantum contristor de me, quantum de te; quoniam timeo, nequando capiaris propter mei causam ex noticia quae erat inter nos et duceris ad tormenta et afflictiones, cogeris illis meum revelare secretum, et interficient me credentes in te, nec post mortem liberaberis de manibus curiae. Inquit Kelila: Iam cogitavi super haec: nequis mutat suum factum in vita sua; sed aliquando accidit homini, quando ducitur in temptationem et adversitates, confiteri peccatum quod commisit et quod non commisit, ex sui affectione et ut allevietur sibi onus tormentorum. Ecce ego volo recedere in viam meam antequam nobis possit aliquis de viris exercitus supervenire et videre me F3r tecum. Sed consulo tibi, ut reci|pias consilium meum, ut confitearis peccatum tuum et delictum agnoscas, quoniam tu

---

lin. 2-3. *Et scio, quoniam (si) hoc non fuisset* etc. M in Guidi 42-43: « . . . ma io non ti dava ascolto per la sventura che contro me era scritta per destino; *e se non fosse stato ciò,* le tue ammonizioni sarebbero bastate, perchè io rinsavissi. »

omnino mortuus es: expedit nam te affligi in hoc mundo magis quam ad futurum seculum cum aeternis afflictionibus accedere. Dixit ei Dimna: Iustus es, et mihi consuluisti utile consilium; veruntamen videbo verba leonis, et respiciam quid mandabit in me fieri. Rediit quoque Kelila ad domum suam tristis et dolens, ne forte caperetur peccato Dimnae; et congregatae sunt adversus eum tribulationes et suspiria, donec nocte illa mortuus est. Erat autem prope carcerem lupus detentus, qui excitatus ad verbum utriusque, audivit ea quae dixerunt et quid respondit alter alteri; et conservavit ea in corde suo. Diluculo vero surrexit mater leonis, et accedens ad filium suum ait ei: Recordare verbi quod mihi promisisti super causam huius crudelis seductoris, et quid egit contra tuam familiam; nec scio in mundo maius meritum, quam meritum illius qui mundum ab hoc maligno pacificum redderet. Quoniam dictum est: Quicunque consentit malignis in suis operibus, ipse est particeps eis. Tunc mandavit leo leopardo et iudici et toti exercitui, ut sederent in ordine iudicii, et vocaretur Dimna ante eos, et examinarent ipsum, ut scirent verba eius, et referrent regi, quicunque contra ipsum responderet ad verba eorum, nec fallerent quicquam de his, quae super eius causa diceretur, et examinarent eius argumenta et suorum verborum opposita, ut iudicarant iuxta illa nec cognoscerent faciem in iudicio, sed omnia ferrent secundum aequitatem et rectitudinem. Et exeuntes leopardus et iudex aliique exercitus, et sederunt in ordine iudicii. Et vocatus Dimna venit et astitit ligatus catenis firmissimis in suo collo tremens valde. Et inquit leopardus: Vos viri de curia domini nostri, audite, quoniam a die, qua rex Senesbam interfecit, extitit tristis et dolens, quoniam absque culpa interfecit ipsum et sine ullo delicto, quod ipse com-

lin. 24. *exuntes* E. — 26. *cathenis* E.

misisset, sed argumentis et seductionibus invidiaque, qua F4v in|videbat ei Dimna contra eius dignitatem. Nunc autem quicunque vestrum penes se aliquod haberet testimonium, aut noverit aliquod super hoc, referat nobis illud, ut et nos omnia regi referamus, quoniam non est sui propositi interficere quemquam, nisi post acquisitionem diligentem et sufficientem examinationem; non enim vult ipse iudicare secundum propriam voluntatem, nec faciem cognoscere in suo iudicio. Et ait iudex: Respicite et attendite bene omnia, quae legalis leopardus locutus est; nec aliquis vestrum occultare debet, quod novit de ista materia sive causa; et hoc propter multas causas. Prima quidem est quia nullus vestrum dedignari debet sententiam, quae lata fuerit, sive bona sive mala, nec velitis aliquid mutilare de eo quod scitis; nam modicum veritatis maximum est et praecipue apud Deum; ut rex non interficiat innocentem et absque culpa verbis seductoris et mendacis. Secunda causa est, quia quando punitur peccator iuxta peccatum suum, reliqui audientes timebunt et cavebunt sibi, ne in simili incidant peccato, et hoc redundat in bonum regis exercitus et populi. Tercia causa est, quia quando perditur malus et seductor exercens mendacia et dolum, est maxima tranquillitas regi et exercitui suo; nam sua conversatio cum eis in maximam et gravem turbationem redundat. Nunc igitur dicat unusquisque vestrum quod novit neque celet veritatem et confirmet falsitatem. Cunque audissent viri exercitus verba haec, respiciebant unusquisque ad invicem et tacebant. Dixit Dimna: Quare tacetis? Dicat unusquisque vestrum quod novit, quoniam non credatis mihi displicere, si omnia quae scitis dixeritis. Nam si ego deliquissem, gauderem utique pro vestro silentio; verumtamen scio me esse innocentem; et ideo in eo quod scitis loquamini. Scitote

---

lin. 19. *resundat* E.

tamen cum veritate, quia ad omnia est responsum; et ideo cavete, ne aliquid quod nescitis, proferatis; nam ei, qui putat vidisse quod non vidit, et audivisse quod non audivit, di|gnum F6r est accidere sibi quod accidit cuidam stulto medico. Responderunt iudex et leopardus: Quomodo contigit illi? Inquit Dimna: (Parabola) Dicitur fuisse in quadam terra provinciae † Indiae peritus medicus et valde dilectus apud omnes homines; concessit enim sibi Deus gratiam, ut universi infirmi existentes suo consilio ab eorum languoribus sanarentur. Cum autem is mortuus esset, respiciebant successores sui in suis libris et studebant in illis, ut ex eis caperent bonum medicinarum documentum perfectamque scientiam. Quadam vero die venit ad terram illam quidam, qui dicebat se esse medicum magnum et expertum, tamen in paucissimis erat perscrutatus. Habebat autem rex illius regni quandam filiam, quam diligebat valde et plusquam omnes de sua domo. Quae cum esset gravida et tempus sui partus adveniret gravis, et supervenit ei infirmitas sanguinis fluxus; et cum rex hoc videret, mandavit festinanter pro quodam suo noto medico, qui erat in alia civitate, ut veniret in succursum suae filiae. Cunque ad ipsum veniret nuncius, invenit eum caecum; qui cum ad regem ire non posset, scripsit ei, quod daret in potu filiae regis talem medicinam. Et audiens hoc rex quaesivit habere medicum, qui sciret conficere et administrare hanc medicinam suae filiae dilectae; et misit pro quampluribus, sed neminem illud attemptare volentem invenit. Et tandem cum fama divulgaretur, pervenit ad eum iste antedictus medicus, qui dicebat se esse peritum et doctum medicum; et promisit regi, quoniam sciret huiusmodi medicinas absque istius magistri sive medici praescripti consilio, easque conficere bene et praeparare; et dixit regi, ne haberet dubium de sua filia sive de eius infirmitate, cum ipse eam bene ab eadem sanaret infirmitate. Et statim

mandavit famulo suo, ut apportaret sibi vasa, in quibus erant medicinae illius periti medici et magni doctoris, qui breviter F4v mortuus | erat; ex quibus appositis ante ipsum accepit exinde vasculum, in quo erat toxicum, et ignorans quid esset ibi, accepit de eo et miscuit cum aliis medicinis, et tradidit regi dicens: Ecce medicina filiae tuae. Videns autem rex promptitudinem eius in praeparatione medicinae aestimavit illum esse peritum medicum in omnibus rebus et honoravit ipsum dans ei bonam remunerationem in pecunia et vestimentis; et accepta medicina exhibita fuit filiae regis. Postmodum vero, cum incisa sunt viscera eius, et mortua est; et videns hoc rex mandavit capi illum et exhiberi ei de eadem medicina. Et factum est ei sicut rex mandavit, et mortuus est etiam cum ipsa. Sic illa imperitia cecidit super imperitum. Hanc parabolam dixi, ut non loquamini de eo quod nescitis, quaerentes per hoc aliis complacere; nam omnis homo a suo corde decipitur, quando novit modicum de scientia. Ego autem innocens sum ab his, quae mihi opponuntur, et sum inter manus vestras. Timete tamen Deum toto posse vestro. Et haec audiens princeps cocorum de sua confidens dignitate et de rege ait: Audite hunc omnes de exercitu, et in his quae vobis dico, cogitate. Sapientes enim nihil obmiserunt de signis malignorum et bonorum virorum, sed ea clare determinaverunt. Signa vero impietatis et crudelitatis potissime manifestantur in hoc peccatore maligno; et iam super eum est mala fama divulgata. Dixit iudex principi cocorum: Iam audivimus haec; tamen pauci sunt qui intelligunt illud. Sed, quid est hoc quod vidistis in hoc homine? Et respondens princeps cocorum ait adversus Dimnam coram populo: In libris scribitur sapientum, quoniam quicunque sinistrum oculum minorem habet altero et continuo commove-

lin. 3. *moruus* E. — 11. *nandavit* E.

tur, et habet suum nasum declinantem ad partem suae dextrae maxillae, et inter supercilia eius est magnum spacium, et pili superciliorum suorum crescunt curvati, et ambulat inclinato capite et post se respiciens continue, et eius caro continue elevatur, est vir dolosus et fraudolentus proditor; quae omnia reperiuntur in hoc seductore. Et ait ei Dimna: Res significant se invicem: iudicium autem Dei super eius creaturis verum est, in quo nulla est falsitas, et iustum est, quo nulla est pravitas; nos autem omnes, qui sub coelo sumus constituti, in Dei voluntate existimus. Vos vero, viri sapientiae et doctrinae, audistis quae iste dixit; audite, quoniam posset aestimari, quod non esset aliquis sciens res nec habens scientiam nisi ipse. Quod si esset bonum vel malum quod ab homini fit, a signis fieret, quae sunt in corpore suo: vere iam manifestum esset, quod nulla spes esset viri iusti colentis Deum, nec mereretur sua iusticia et Dei timore; nec esset puniendus peccator de peccato suo, cum bonum vel malum non esset in potestate hominis; sed signa, quae in suo sunt corpore, ipsa beneficant et malignant; et qui facit iniquitatem et peccatum, non posset hoc evitare, et omnino esset coactus illud facere; et faciens rectitudinem et iusticiam, non posset illud facere, nec aliquis bonum agere et vitare malum. Et ego iam multum laborassem auferre malos mores consequentes in his signis et non potuissem, cum non esset potestas huius in me, sed in eo qui me creavit, si essent in me mali mores, sed absit quod in me sint. Qui si essent in hominis potestate arbitrium, utique bona signa in suis corporibus dispensasset. Ego autem sum innocens ab his quae mihi opponuntur, nec me gessi nisi per semitam veritatis; sed iam patuit omnibus audientibus stulticia tua, et quia nescis res nec cognoscis eas, nec es maior intelligens quam ceteri,

---

lin. 3. *curnati* E. — 26. *(ad) arbitrium*?

qui sunt in hoc collegio; et nullus fuit, qui aperuit os suum in stulticiam nisi tu; et errasti in tuis verbis; et propter hoc es, sicut ille medicus praedictus. Et iam dicitur quidam dixisse suae uxori: Honora me tuo posse, et attende mihi et non aliis, et relinque maculam aliarum mulierum et respice maculam tuam, et tuum cela obprobium quod noscis, et tu es sicut ipsa. Dixit princeps cocorum: Quomodo fuit hoc? Et respon-
F3r dit Dimna dicens ei: (Parabola) | Dicuntur supervenisse cuidam
† civitati nomine Merva inimicos, qui cum cepissent eorum mulieres et interfecissent viros, diviserunt inter se mulieres; et advenit sorte cuidam eorum bubulcus duas habens uxores. Et cum patronus eorum affligeret et extenuaret eas fame, surrexit quadam die ille cum duabus uxoribus suis ad colligendum ligna; et inveniens altera ipsarum pecias panni accepit illas, quia nuda erat, et cooperuit cum eis suam turpitudinem. Dixit altera viro suo: Nunquid vides meretricem nudam cum qua se cooperuit? Cui respondit vir: Vae tibi! dimittens personam tuam nudam, et vituperas illam, quae suam cooperuit turpitudinem, nec respicis maculam tui ipsius, videlicet trabem in oculo tuo, in alterius autem oculo vides vestucam. Miror quippe valde tui, respondit Dimna coco, unde cor tuum temptavit te loqui, ex quo sentis in persona tua ea quae novisti de aegritudine tui corporis, et quia es mali coloris et tuum corpus faetidum est, quia in te pollutio corporis et malicia operum. Et quid temptat cor tuum esse in familia regis?

---

lin. 8. Incipit fragm. metaphr. Joelis, Derenbourg p. 1. — 9. *Merva*, מרוה *Merwat.* — 19-20. *videlicet trabes in oculo tuo* etc. Derenbourg p. 2: « Voy. Lucas VI, 41; cette addition appartient au traducteur. » — 25. « Tu as cependant osé te tenir devant le roi au corps pur, devant sa personne exempte de corruption et de tout défaut, de toute souillure. Tu sers le roi, comme si tu étais sans tache, et tu t'occupes de sa nourriture. Je connaissais tes infirmités, etc. » Derenb. 2.

Mundi enim corpore et puri ab inquinationibus et maculis pertractare eius cibaria debent et parare ea. Et iam quidem novi maculas tuas, celabam et occultabam ego et plures exercitus regis: celavi autem eas usque nunc nec eas revelavi, considerans in corde meo: Si honorat eum dominus meus rex, non nocet mihi; sed si faceret et malum, non mihi prodesset: unde apud me debebam illas reservare. Sed postquam patuit mihi de te odium et locutus es medacium cum dolositate tui cordis de his quae ignoras, dico tibi quoniam non es dignus servire regi in aliquo negociorum suorum, etiam esse in curia sua, maxime cibum regis exercere. Respondit princeps cocorum, et dixit Dimnae: Mihi dicis haec quae audio? Cui respondit Dimna: Ita dico tibi, quoniam mala multa sunt in te congregata; tu enim es claudus et hereniosus et crepatus et scabiosus testiculis et scalpsis te quotidie manibus et caput tuum plenum est pustulis, nec de cetero debes accedere ad officium regis. | Cunque audisset princeps cocorum F°v ea quae dixerat contra ipsum Dimna, permutata est eius facies, et lingua infiscata palato suo, cepit flere, quia obloquebatur de eo Dimna et ipsum coram populo diffamaverat. Et videns Dimna, quomodo fleret, dixit ei: Dignum est te flere et contristari die et nocte, quoniam si sciret rex ea quae in te sunt, elongaret te usque ad estremitates mundi. | Et audiens haec F°r omnia notarius curiae, de quo leo confidebat, notavit omnia; quibus relatis ad leonem mandavit amoveri principem coco-

---

lin. 9-10. « tu n'es pas digne de servir le roi, pas même comme barbier ou portier, à plus forte raison, comme chargé de lui préparer la nourriture. » Derenb. 3. — 19. *palam* pro *palato* E. « sa langue s'attachait à son palais » Derenb. 3. — 23. « Le notaire du lion avait écrit toutes le paroles qu'il avait entendus. Il s'appelait Shahrag (היה שמו שדרג). » Derenb. 4.

rum de suo officio et ipsum de curia expelli; et scriptis omnibus quae dixit Dimna, et sigillo in illis apposito, remissus est ad carcerem; et recesserunt omnes de exercitu in viam suam in die illa. Erat autem in familia regis quidam nomine Resba, qui fuerat amicus Kelilae obtinens a rege locum et statum. Hic accessit ad Dimnam ad carcerem, annunciavit ei quod mortuus erat Kelila; qui cum audiret, doluit multum, et duplicata est in eo tristicia eo quod inter eos fuerat societas et fraternitas, et flevit amare dicens: Vae vitae meae! quoniam decisus sum a meo fratre et ab omni solacio et mei cordis fiducia. Iam quidem iuxte dixit qui dixit, quoniam quicunque fuerit percussus in uno, congregantur ad eum ex omni latere persecutiones et tribulationes atque suspiria; sicut nunc mihi, cui sunt tot tribulationes congregatae, tribulatio scilicet carceris, et quia totus populus insurgit adversum me ad condemnandum me, et quia sum decisus a viris consilii et meis fratribus et consanguineis. Nunc tamen laudo Deum, qui recolligens ad se fratrem meum Kelilam, reliquit mihi de viris societatis et dilectionis meae fratrem sicut te, in quo recuperabo ruinam mei fràtris Kelilae; et confidebo iam in misericordia Dei, quam faciet mihi semper; et in eo quod vidi de te, qui posuisti curam et sollicitudinem circa meum negocium; et ex miseratione quam video te habere erga me: et scio quoniam tu declinasti ad me cum dilectione et fraternitate, sicut frater meus Kelila et magis, et quia tractans meum negocium sicut tractarat frater fidelis. Et prius quidem congregavimus aliquid de pecunia, ut esset nobis in sustentamentum vitae, quod abscondimus in quodam loco. Unde, si videtur tibi ap-

---

lin. 5. *Resba*, רוסבא, *Rousbé*. — 12. *congregatur* E. — 16-19. *et meis fratribus..... fratrem sicut te*, desunt in Joelis metaphr. — 25. *tractans* sic E.

portare huc, rogo ut facias. Festinavit autem Resba, quoniam dixerat ei Dimna; et extractis omnibus quae ibi erant, detulit ante Dimnam. Et accipiens Dimna sortem fratris eius Kelilae, dedit illam Resbae, et ait ei: Confirma cor tuum erga me in bonum, et revoca | cogitationes tuas in me, et pertracta meum p.7 negocium, et indica mihi verba leonis, quando verba mea quae locutus sum, ei referuntur, et attende verbis matris leonis, et habe curam de his quae tibi dico et de his quae non dixi, et quod dicitur de me in domo regis, quia poteris bene intrare et exire, sicut volueris; postea vero annuncia mihi omnia. Volo autem quod scias, quoniam istud modicum quod tibi dedi, non quod intendebam per hoc, ut propter illud debeas me iuvare et eruere de periculo in quo sum propter malum quod fecerim; veruntamen tibi dedi illud ex amore, qui olim fuit inter te et Kelilam fratrem meum, et quia de tuo confido consilio et veritate tua ac de tua constantia, nec aliquem vidi eorum quos reliquit Kelila, magis dignum ad possidendum illud quam te; et propterea volo ut habeas illud. Et accipiens Resba quod dederat sibi Dimna, iuravit sibi significare omnia quae audiret a leone in causa sua; et remisit pecuniam ad domum suam. Post hoc vero surgens diluculo Resba ivit ad domum leonis, invenitque iudicem et leopardum, qui apportaverunt quaternos ante ipsum: et cum lecti fuissent ante leonem, mandavit notario rescribere et tradere eos leopardo; et mandavit iudex Dimnam duci et constitui ante curiam, et sibi referri omnia quae ipse diceret et quae apponerentur ei. Et cum exissent inde iudex et leopardus de palacio regis, supervenit mater leonis, et mandavit leo, ut legerentur matri suae

---

lin. 11. *quoniam istud modicum quod tibi dedi*, °*non quod intendebam* etc. Lac.? — 19. *declarat* pro *dederat* E. — 25. *et mandavit iudici* dicendum erat. Joel: ויאמר לו ולשופט מהרו בדמנה.

omnia acta causae Dimnae; et audiens illa omnia haec verba cepit loqui contra filium suum dicens: Ne displiceat tibi, si forsitan ad te aspere loquar, quoniam video te non discernentem quid tibi bonum est aut malum. Nonne monui te, ut non deciperetur cor tuum in his, quae audis ab isto inimico mendaci et deceptore? Consulo autem tibi, ut reddas tuum populum ab eo tranquillum; nam si vixerit, dissipabit tibi tuum exercitum. Et exurgens mater leonis recessit a facie sua iracunda. Audiens itaque Resba verbum matris leonis exivit de pallacio et evenit ad carcerem ad Dimnam, et annunciavit ei omnia, quae mater leonis locuta est adversus ipsum, quando mandavit leo acta Dimnae legi coram ipsa. Adhuc eo loquente, ecce nuncius iudicis venit ad Dimnam; qui ductus, constitutus
G'r est coram esercitu. Cunque vero congregatus est po|pulus et exercitus, et Dimna staret coram eis, dixit princeps exercitus Dimnae: Iam patuit mihi factum tuum, et verificavit mihi illud qui fidelis est; nec amplius oportet me inquirere super eo aut plus investigare illud, quia scio quoniam verum est, et quia iam requisivi et inveni veritatem. Et nisi quia mandavit rex hoc fieri habens miserationem sui populi et exercitus, utique iam te iudicassemus iuxta opera tua. Inquit ei Dimna: Audio verba tua, verba eius in quo nulla est miseratio et bonitas, nec respiciens factum defraudatum et oppressum, nec requirens veritatem et investigans rectitudinem, nec examinans iusticiam; sed duceris post tuum appetitum, et intendis interficere me, cum non sit tibi verificatum de verbis quae opponuntur. Sed nunc conqueror de te, quia impius et pravus non vult illud quod viri iusticiae et rectitudinis volunt. Et respondens iudex ait ei: Oportet illum, qui ordinatus est super populo, retribuere

---

lin. 23. *nec respiciens factum defraudatum et oppressum.* « qui n'a aucun égard pour celui qui est opprimé et tourmenté. » Derenb. 9.

viro iusto secundum iusticiam suam et recognoscere illam sibi et honorare ipsum inde; et oportet etiam illum qui ordinatus est, affligere peccatorem propter peccatum suum et flagellare ipsum iusta suum delictum, ut reliqui audientes timeant et addant viri iusti et recti in eorum iusticia et rectitudine. Tibi autem magis expedit puniri in hoc mundo magis quam ad futurum sarcinatus peccatis accedere. Nunc ergo confitere peccatum tuum et annuncia delictum tuum, et da gloriam Deo, fili mi, quoniam hoc faciens bonum finem exequeris; liberabitur enim anima tua ab afflictione futuri seculi et insurget tibi bona fama et omnes bonum de te loquentur et a multis liberaberis tribulationibus. Remove ergo a te frivola verba tua, quae tu asseris, et non sis de illis qui falsa proponunt, et pone confessionem peccatorum tuorum et quietem animae tuae in domo futuri seculi; nam iuste mori melius est quam inique vivere. Respondens Dimna iudici ait: Audi me, domine mi. Vere locutus es, et omnia verba tua iusta sunt, et sermones tui sermones viri sapientis. Verumtamen, quando prosperatur fortuna hominis, non debet tunc vendere finem suum pro isto seculo maledicto et perdito, nec sibi debet acquirere modicum quietis pro multa ceterorum afflictione, et debet dicere veritatem et suum peccatum confiteri; et si ego essem maior malefactor quam omnes homines huius mundi, quando audivissem haec verba, cor meum humiliari debuissem et oculus mei intellectus bonam viam a mala discernere; quoniam, quando ipsum <non> corrigitur, non potest suam relinquere maliciam; sed

---

lin. 7. *sarcinatus* sic E. — 7. *ego* E. — 25. sqq. « Car, le pécheur endurci, qui, au moment où il commet un crime, *ne rencontre pas* un censeur, ne peut pas abandonner sa méchanceté; mais si Dieu lui envoie un censeur sage et intelligent *comme toi* [*sicut tibi*], il ne saurait laisser son coeur plus dur qu' un rocher, etc. » Derenb. 11.

quando praeparat ei Deus correctionem sapientem et intelligentem sicut tibi, cor suum obdurare non valebit, sed redditur humiliatum per verba correctionis, et recognoscens suum peccatum illud confitetur. Ego autem nunc cupio deliquisse ut dicis et peccatum meum confiteri, ut ab hac tribulatione requiem invenirem, et exire festinarem de hoc seculo maledicto ad domum deliciarum et iocunditatum, et vere tibi nunc dicerem, quoniam peccavi, et peccatum confiterer quod non commisi, audiens dulcedinem verborum tuorum cum consilii rectitudine, et placeret mihi mori innocens ut duplicaretur bonum meum in futuro seculo; sed recordatus sum, quod dicunt sapientes: Qui seipsum interimit non habet partem in hoc seculo nec in futuro. Et scio quidem, quod dicerem me peccasse et morerer, pro tanto imputaretur mihi, sicut me ipsum interfecissem ex quo confiterer peccatum quod non commiserim; sed ego sum innocens et mundus ab his, quae mihi opponuntur; quoniam meipsum necabo et meum iuvabo adversarium super haec, cum locutus non fuerim mendacium nec illud cogitavi mihi et defraudatus sum in mea causa? Et propter hoc mihi displicuit confiteri quod non commisi, et eius esse particeps, qui quaerit me perdere. Tu autem scis quantum est in hoc negocio peccati; sed si volueritis me iniuste perdere, Deus mihi adiutor erit. Tamen dico vobis illud quod heri dixi: Habete Deum prae oculis vestris et recordabimini creatoris vestri domini iudicium, nec submittens rem, cum possitis poenitere quando non proderit vobis. Et scitote quoniam sententia aliqua non debet proferri sive

---

lin. 13. *Et scio quidem* etc. « Or je sais qu'en me disant coupable d'avoir péché, ce serait comme si je me donnais la mort, puisque je me chargerais d'une faute qui ne m'incombe pas. » Derenb. 12. — 24. *submittens rem* sic E. « ne vous engagez pas dans une affaire dont vous vous repentirez lorsque le repentir sera devenu inutile. » Derenb. 12.

exprimi de re dubia, sed vera et nota. Et ego quidem cognosco me | ipsum magis quam vos: vobis autem de me malum aestimantibus G'v est cavendum, ne accidat mihi quod accidit cuidam servo referenti quod non vidit neque scivit. Dixit princeps iudex et exercitus: Quomodo contigit illi? dic nobis. Inquit Dimna: Dicitur fuisse in civitate quadam vir habens uxorem † pulchram et prudentem et intelligentem, ita quod omnes de eius prudentia mirabantur, et ceperunt exemplum ab ea. Acciditque cum vir iste antedictus habens servum, qui nitebatur agere cum ea, et ipsam requisisset multotiens, ut eam ad illicita moveret, ac illa renuisset, quaesivit servus iste invenire modum nocte et die, quo ipsam turbaret. Contigit, ut cum exiret quadam die ad venandum, cepit duos pullos psitaci et papagalli; et parans eis caveam ad nutriendum eos, docuit unum illorum in lingua edomica dicere: Ego vidi portarium cum domina mea iacentem. Secundum vero docuit dicere: Ego amplius nolo loqui. Et docti sunt psitaci loqui lingua edomica; nec aliquis de terra sua potuit intelligere eas. Quadam vero die, cum esset vir in domo cum sua uxore, accesserunt ad eum psitaci garrientes; et cum placeret viro vox eorum et cantus, ignorans tamen quid dicebant, praecepit suae uxori

---

lin. 3. Lege: *ne accidat vobis.* — 4-5. Legendum est: *Dixit iudex et princeps exercitus.* Cfr. Joelem: אמר שר השופט והשר הצבא. — 7. *pulcram* E. — 7-8. *ita quod omnes..... exemplum ab ea.* desunt in Joelis metaphr. — 13. *duos pullos*; sed in vetusta germ. metaphr. « und fieng zwen sittickus und ein pagagai », quam sequitur hispanica: « truxo tres pollos de pagayos ». Cfr. Doni p. 150. Benfey I 301. — 15 sqq. *edomico* E. Joel: והיו האפרוחים מדברים בלשון רודנים. Germ. metaphr.: « und lernet den einen *in edomischer sprach* zů reden. Ich sach dē portner bei meiner frawen ligen. Den andern lernt er sprechen. Wie schentlich ist das gethan. Den dritten lernet er sagen. Ich will fürter nit reden. Und dise sach lernet er sy all *in edomischer zungen.* » Benfey I 301-302.

eos conservare et eis quotidie benefacere. Quadam vero die, cum venirent ad eum peregrini ex regione edomica, et invitavit eos in sua mensa; et commessione consummata, ductae sunt aves illae ad mensam, ut cantarent ante dominum. Et cum audirent peregrini verba illarum avium, stabant inclinato capite ad terram respicientes sibi invicem prae confusione, et mirabantur valde de illarum avium loquela; et dixerunt patrifamilias: Nunquid intelligítis, quid dicunt aves istae? Quibus respondit: Non, nisi vocem illarum, quae mihi valde placet. At illi dixerunt ei: Nequaquam tibi displiceat, domine, quod dicemus de verbis relatis ab avibus istis; cum unus illarum dixit, quod portarius iacuit cum uxore tua, et secunda avis dixit: Ego nolo plus loqui. Et utrum sit credendum aut non, nescimus. Quod audiens servus cito dixit: | G^{2}r Et ego testor quod dicunt aves. Et mandavit dominus uxorem suam interfici. Uxor vero significavit ei dicens: Inquire diligenter super hoc quod audivisti, quoniam tibi nunc patebit verbum huius mendacis. Nunc autem quaere ab istis viris, ut interrogent aves, si aliud sciunt loqui de lingua edomica, nisi haec verba; quoniam ista verba docuit eos servus iniquus, qui voluit in me immittere libidinem suam, et nolui sibi consentire. Fecit itaque vir interrogare aves, et nihil aliud sciebant proferre nisi haec verba. Tunc cognovit dominus, quoniam servus docuerat ipsas, et mandavit venire servum; qui cum veniret ad eum cum nisu in manu sua, dixit ei domina: Vae tibi, serve inique! Quomodo tentasti talia adversus me? Cui respondit servus: Immo, ita est. Et corruens nisus ad oculos eius fodit eos de capite. Et ait ei domina: Cito tribuit tibi Deus secundum opera

---

lin. 8. *Intilligit's* E. — 11. *unus illarum* sic E. — 13-14. *Et utrum sit credendum au non, nescimus.* desunt in Joelis metaphr. — 26. *Ymmo* E.

tua, qui dixisti te vidisse quae non vidisti, et testatus es contra me falsa et iniqua. Tunc mandavit dominus servum suum interfici; et sic digna factis recepit. Tum autem attuli vobis parabolam hanc, quoniam quicunque fecit sicut iste, cito retribuetur secundum facta sua. Post hoc vero scripsit iudex omnia quae dicta fuerant de Dimna et quae ipse respondit; et recedentes iverunt omnes ad domum regis. Postea vero frequenter ibat Dimna asserens multa verba; at illi non audiebant ipsum. Et ait mater leonis: Si relinquis Dimnam vivum, ex quo facit omnia mala et adversa, adhuc inveniet maxima mala et tribulationes multas, et incides in ruinam, quae resarciri non poterit. Et factum est cum ipsa loqueretur leoni de die in diem, intravit hoc in animum suum; et certificatus est, quoniam verum fuit. Et productus leopardus, testificatus est de Dimna ea quae ab ipso et a Kelila audiverat, quoniam transivit per domum suam. Et misit rex pro lupo, qui erat in carcere | iuxta Dimnam; et praesentatus regi, testificatus est [G1v] contra Dimnam quae audivit de eo loquente ad Kelilam et quae sibi respondit Kelila. Tunc credidit leo et novit, quod Dimna decepit et seduxit ipsum, ut interficeret Senesbam; et mandavit Dimnam duci et interfici. Sic oportet virum intelligentem ab huiusmodi cavere et scire, quoniam quicunque quaerit bonum suum cum malo alterius, peccat contra seipsum et capitur in malicia operationum suarum.

lin. 3. *Tum?* E habet *Cum.* — 21. *inrerfici* E. — 24. In fine huius capituli addit Joel haec verba: ואני מזהיר בדברים האלה ולומר אותם ונשמר מהם בדברים על כל פנים.

EXPLICIT CAPITVLVM TERCIVM SEQVITVR CAPITVLVM QVARTVM DE COLVMBA ET DE FIDELIBVS SOCIIS.

Post hoc vero dixit rex Sendebar: Intellexi iam parabolam tuam de dilectis sociis et amicis, quos separare facit ab invicem homo dolosus et seductor suis sedutionibus, et scio ad quid pervenit eius finis. Nunc autem indica mihi de fidelibus amicis, quomodo manifestatur et confirmatur eorum dilectio, ut benefaciet alter alteri in eorum dilectione et societate. Inquit philosophus regi: Scito quod vir intelligens est adiutor amicorum suorum, et amici sunt sibi invicem adiutorium, nec eorum corrumpitur dilectio ex aliqua causa; et de parabolis, quae adducuntur ad haec, est parabola de columba mure et corvo. Dixit rex: Quomodo fuit? Inquit philosophus: Dicitur fuisse in provincia quadam apud quandam partem locus pro venatoribus, ad quem omni die veniebat quidem ad venandum. Erat autem ibi magna arbor et ramosa, in qua erat nidus cuiusdam corvi. Quadam vero die, dum esset corvus in suo nido, G5r vidit | venatorem accedentem aput arborem quandam cum rete et baculo magno; et cum videret corvus, timuit, et cogitavit in animo suo dicens: Iam fert venator iste rem, quam nescio utrum pro me sit an pro aliis; sed stabo videns quid faciet, et secundum hoc sciam me habere ac dirigere. Et accedens venator dispersit ibi grana tritici in omnibus locis, et stabat expectans prope rete. Post vero modicum temporis spacium

---

lin. 10. post *de columba* addit Joel: והצבי. — 11. Joel: אמר הפילסוף — 14. אמרו כי בארץ רסנתאבר (*Resentabar*) אצל מדינה כך וכך מקום לציידים. *Et autem* E. — 16. *rethe*, ut semper, E. — 20. *et secundum hoc sciam me habere ac dirigere.* desunt in J.

ecce venit columba cum maxima turba columbarum, quarum omnium ipsa erat ductrix; et maxime esurientes, hic et ubique prospicientes, statim viderunt triticum, non perpendendo de rete; corruerunt omnes ad capiendum triticum, et omnes in rete captae sunt. Et videns haec venator gavisus est non modicum: columbae vero, cum sentirent se captas, commovebant se lamentabiliter hinc et inde, intendentes ac desiderantes posse evadere a rete. Quibus tandem ait columba ductrix earum: Nequaquam circa vanitatem attendere debetis nec altera vestrarum diligat seipsam magis quam alteram; sed omnes simul surgite; forsitan sublevantes rete poterimus evadere ab isto magno periculo, quo nunc, proh dolor! sumus constituti, et fortassis quaelibet liberabit se et alias secum. Fecerunt itaque sublevantes rete de terra magno cum labore, et volabant cum eo per aerem, ita ut videns venator mirabatur huius facti, et sequebatur eas a longe, nec abstulit suam spem ab eis desperando, sed aestimans nequando aggravatae a rete corruerent ad terram. Corvus autem haec omnia a longe videns cogitavit in animo suo dicens: Volo sequi eas, ut videam tandem qualis erit earum processus et venatoris adversus eas. Et respiciens columba aliarum ductrix post se, vidit venatorem sequentem eas repente, et ait suis sociis: Ecce, mi socii, venator sequitur nos, nec desinit nos quaerere: nunc autem si volabimus per rectam viam versus eum, non poterimus ab eo occultari nec cessabit sequi nos; si vero volabimus per montes et colles et arbores, cito ab eo occcultabimur; qui ignorans iter nostrum cito desperabit de nobis et revertetur in viam suam. Et prope nos in via est caverna, in qua est mus habitans, qui meus est amicus et socius; et scio, quoniam si ad ipsum pervenimus, sicut spero, rodet rete et liberabit nos. Fecerunt itaque co-

---

lin. 12-13. *quo nunc .... et alias secum.* desunt in J.

lumbae, sicut statuerat earum ductrix et volaverunt, ita quod abiit in viam suam relinquens eas. Corvus autem eas a longe sequebatur, ut videret finem de eis, et quomodo evaderent, et utrum liberari valerent a rete, ut posset exinde et ipse pro se ingenia et argumenta sumere, si sibi simile contingeret, et ea in animo suo diligenter reservare. Cunque tandem columbae pervenissent ad cavernam muris, praecepit ductrix, ut omnes se simul deponerent in terram; quae omnes ipsarum ductricis iussui obedierunt, et depositae sunt simul. Invenerunt autem murem, qui iam praeparaverat centum cavernas pro temporibus necessitatum; et vocavit eum columba Sambat nomine. Qui statim respondit de caverna: Quis est tu? Et ait ei: Ego sum colomba socia tua. At ille exivit ad eam: et cum videret eam sub rete cum aliis columbis, mirabatur dicens ei: Soror mea dilecta, quid in hunc laqueum te subiecit? Et respondens columba ait: Nescis, quoniam non est aliquid in mundo, quod non sit a Deo propositum et terminatum? Divina vero praedestinatio fuit, quae me subiecit in hunc laqueum, et ipsa quidem mihi grana tritici revelavit et rete occultavit, donec incidi in ipsum ego et sociae meae. Nec potest quis evadere ab eo, quod est datum desuper; et si * sic, soror mea. Aliquando enim obscuratur sol et luna; et capiuntur pisces in aqua profunda, in qua tamen non potest aliquis natare; et aves deponuntur ab aere, quandocunque illud praedestinatum fuerit, sine dubio. Quod autem coniungit pigrum suo placito, illud

---

lin. 11. *(Schanbar)* והיה שמו שנבר J. — 20-21. *Nec potest quis evadere ab eo quod est datum desuper. Et si sic soror mea aliquando enim obscuratur sol et luna* etc. sic. E. « Je n'ai pas pu me dérober à ce qui devait m'atteindre, *et personne ne saurait y échapper ni s'y soustraire, fût-il plus fort que moi.* Souvent le soleil et la lune s'obscurcissent, etc. » Derenb. 22.

idem separat sollicitum a suo proposito; et illud est etiam, mi soror dilecta, quod me cum meis sociis in hunc laqueum subie|cit. Postea vero accessit mus et cepit rodere rete a parte, G3r in qua erat columba. Cui ait columba: Incipe ab aliis columbis et absolve eas; postea vero absolve me. Et cum ei dixisset hoc verbum pluries, ille pro tanto non curabat nec ei respondebat; cunque illa multiplicaret ei loqui, dixit ei mus: Iam quidem dixisti mihi hoc multociens quasi non quaerens liberationem tui ipsius. Et ait columba: Nequaquam tibi displiceat petitio mea; non enim tibi dixi hoc, nisi quia hae sunt sociae meae, et submiserunt se mihi, et me sibi dominam et rectricem posuerunt. Debeo ergo eas conservare, sicut personam meam et magis; etiam quidem sunt obedientes meo consilio, et eorum societate et adiutorio liberavit nos Deus de manu venatoris. Nam ego non timebo, si ab eis inceperis antequam solvas me, et removero in ultimo; tunc enim me derelinquere non poteris propter dilectionem et miserationem tuam erga me. Et ait ei mus: Adhuc hoc quod facis, addit dilectionem sociis tuis in te. Ultimo vero rodit mus totum rete: rediit itaque columba cum sociabus suis illesa. (Parabola) Cunque vidisset corvus quod fecerat mus, quia liberavit columbas, voluit ei adhaerere dicens in corde suo: Quit scio mihi posse advenire in processu dierum, ne forte accidat mihi quod accidit columbis; nec habeo quietem et statum absque societate huius muris. Et accedens ad foramen muris vocabat eum nomine proprio, scilicet Sambat. Dixit ei mus: Quis es tu? Cui respondit: Ego sum corvus: videns quod accidit sociae tuae columbae, et quia Deus per manum tuam illas liberavit, veni ad adhaerendum tibi et habendum societatem tuam. Ait mus: Nulla est societas inter me et te: veruntamen debet vir intelligens illud quaerere quod

lin. 22. *Quit* sic E.

sperat habere, et relinquere quod non potest habere, ne sit insipiens; sicut si quis putat ducere naves per desertum et currus per mare; quomodo [non] poterit inter nos esse societas, cum ego sim cibus tuus, tu vero devorans? Et ait ei corvus: Adverte tuum intellectum et cogita cum anima, quia mors tua mihi non proderit, sed tamen in tua vita multum potero habere adiutorium cunctis diebus quibus vixero. Nec est tibi conve- G4r niens, postquam veni | ad requirendum tuam amicitiam me confusum a te repellere, ex quo de te apparet misericordia et operum rectitudo, quamvis non facias haec ad apparentiam nec manifestetur opera tua alicui. Nam iusti rectitudo non potest occultari nec misericordia misericordis, quamvis illas nitatur occultare: est enim ad modum ambrae, quam si ligaverit quis in peciam, ipsa non pro tanto cessat redolere. Tu autem non permutes mihi tuam consuetudinem, nec mihi tuam prohibeas amiciciam. Et ait ei mus: Scito, quod odium maximum est odium substantiale; nam odium accidentale cessat, cum cessat accidens; odium vero substantiale non potest cessare. Sunt autem duo, sicut odium elephantis cum leone; quoniam est odium belli; aliquando enim interfecit elephas leonem, aliquando vero leo elephantem: alterum vero odium est ex duabus rebus propter unam, sicut quod est inter te et murilegum, et odium quod est inter te et me; quoniam hoc odium non est propter

---

lin. 18 sqq. *Sunt autem duo..... quod scriptum est de me et vobis.* « La haine substantielle présente deux cas différents, comme la haine entre le lion et l'éléphant; c'est comme à la guerre, puisque tantôt l'éléphant tue le lion, tantôt le lion l'éléphant. Mais en second lieu, cette haine devient un malheur, quand la chance tourne toujours contre l'un des deux adversaires, comme cela arrive entre toi et moi, et entre le chat et moi. Cette haine ne provient pas d'un mal qui t'aurait atteint de ma part, mais de ce qu'il est écrit que nous devons souffrir invariablement par votre race. » Derenb. 26.

malum quod est a me adversus te, si hoc odium est inter nos propter malum quod scriptum est de me et vobis. Nec unquam pax est in odio substantiali; quamvis pacem habeant, in fine tamen pervertitur. Nec est confidendum de pace inimici: aqua enim ad ignem calefacta, ut sit calida sicut ignis, si proiiciatur super ignem, extinguit illum. Assimulaverunt quoque sapientes illum qui suo adhaeret inimico, et qui ponit serpentem in manu sua nec scit quando advertatur super ipsum et mordeat eum. Vir autem intelligens et doctrinatus nunquam credit suo inimico, sed elongatur ab eo, ne ei contingat sicut cuidam qui serpentem nutrivit in domo sua. Inquit corvus: Quomodo fuit hoc? Respondit mus: (Parabola) Fuit quidam †
vir simplex, in cuius domo serpens morabatur: sperabant autem vir et uxor eius valde fortunosum esse cum eis serpentem ducere moram, quod etiam illius patriae erat consuetudo. Quadam vero die dominico vir misit familiam suam cum uxore ad ecclesiam, ipso manente in lecto, quia capitis dolorem patiebatur. Et facto silentio in domo, serpens exivit cavernam circumspiciens late. Vir autem misit ianuam versus ignem semiapertam; et videns quod serpens, postquam neminem domi senserat, caudam misit in ollam, in qua decoxit mulier escas circa ignem, et veneno immisso, abiit in viam suam; et cum | hoc paterfamilias videret, surrexit et fodit ol- 6ᵛ
lam cum decoctione sub terram, ne quis ab eo cibo infirmaretur. Adveniente autem hora solita, quod serpens quaerebat escam, quam mulier frequenter ei dabat, ecce vir cum ligone stabat ante foramen expectans serpentis exitum. Et cum veniret serpens ad foramen, erexit caput et sedule se circumspexit, quia recordabatur maliciae eius: vir autem volens percu-

---

lin. 10. *ne ei contingat* etc. Parabolam de homine et serpente omittit J. Cfr. Derenb. 27. — 20. *et videns* etc. sic E. — 23. *olam* E.

tere, serpens sensit hoc, et fugit in antrum, quia scivit se malefecisse. (Eadem parabola) Et post aliquod dies mulier imprecabatur viro, ut se cum serpente uniret et odium suum deponeret. In quod vir consensit; et ivit ad foramen, et vocavit serpentem dicens se cum eo velle unire et odium inter eos auferre. Cunque hoc serpens audiret, dixit: Nunquam reintegrabitur inter nos amicitia nostra, quia cum recordaberis maleficii mei, quomodo venenum in ollam ad interficiendum te et familiam tuam posui; etiam quando ego recordabor, quando tu cum ligone ad puniendum me percussisti absque misericordia; tunc non potest stare amicicia nostra. Et ergo melius est, ut quilibet nostrum solus et sine mora alterius habitet. Inquit corvus: Intellexi quippe verba tua: veruntamen debes naturam tuam cognoscere, et iusticiam verborum meorum, nec sit asperum tuum verbum adversus me, nec elonges me a te dicens non esse locum meae societatis tecum nec potest esse. Viri enim intelligentes et nobiles requirunt bonitatem, ut ei adhaereant. Amor autem, qui est inter fideles amicos nunquam separatur; si autem cessat, eius separatio tarda est, et cito reintegratur amicicia: quia quod bonum est durabile est, et simulatur vasi aureo, quod cum rumpatur longo tempore, cito reintegratur si servatur. Separatio autem amiciciae inter malignos proxima est, sed eius coniunctio tarda; sicut vas figuli cito rumpitur et nunquam resanatur. Vir autem nobilis diligit nobiles in una vice qua viderit eos et in die una qua eos cognoverit: amicicia vero stulti non est aliud nisi avaricia. Tu autem nobilis es, et ego
G5r indigeo societate tua; nec descen|dam a te apud ianuas domus tuae persistens, nec comedam nec bibam, donec mihi eris in socium. Respondens mus ait: Iam volo amicitiam tuam, quia

---

lin. 2. *aliquod* sic E. — 18. *adherent* E. — 23. *amicie* E.

nunquam converti faciem alicuius inanem a petitione sua: veruntamen incepi tibi loqui talia verba et quaerere occasiones animae meae pro te, ut non provocetur contra me, ne ei reservem causam quaerelae adversus me. Ideo ostendi tibi iam, quoniam si voluissem, potuissem utique evitare societatem tuam et praeservare me a te: si forsitan maligna mihi ageris, non glorieris contra me dicens: Inveni, inquam, murem absque consilio et intellectu, nec potuit sibi cavere a me, et deceptus est. Neque contingat mihi sicut contigit gallo cuidam. Inquit corvus: Quomodo est factum? Respondit mus: (Parabola) Tempore hyemali nocte quadam perfrigida exivit † vulpes quidam famelicus, ut sibi cibum colligeret; et veniente ipso ad praedium quoddam, audivit gallum in lentisco canentem. Et festinans vulpes ad arborem inquisivit a gallo: Galle, quid cantas in hac tenebrosa et frigida nocte? Respondit gallus: Annuncio diem, quem ex natura nosco statim venturum, quem omnibus meo cantu insinuo. Ait vulpes: Ex hoc cognosco te aliquid faticinii et praesagii divini habere. Audiens haec gallus laetatus est; et iterum incepit cantare; et tunc vulpes incepit corisare et saltare sub arbore; et sic inquisita causa a gallo, quare vulpes saltaret, respondit: Quia video te sapientem philosophum cantare, merito et ego corisare debeo; quia cum gaudentibus gaudere debemus. Et dixit: O galle princeps omnium avium, non solum dotatus est ut in aere, sed etiam in terra more prophetarum tua faticinia omnibus crea-

---

lin. 2–4. *veruntamen incepi . . . . adversus me.* sic E. « J'ai commencé seulement à te parler comme je l'ai fait pour me raisonner moi-même et pour chercher un prétexte qui te soit favorable, afin que je n'aie jamais l'âme irritée, et que je ne conserve ni rancune, ni méchanceté. » Derenb. 28-29. — 9. *Neque contingat* etc. Parabolam de gallo et vulpe om. J.

turis terrenis nuncies; o felicissime, quia prae omnibus te natura ornavit, descende, ut tecum possim contrahere societatem; sed si illam integre favere non velis, sine tamen me osculari diadema et coronam tui insignis capitis, ut possim dicere: osculatus sum caput sapientissimi galli, qui fert coronam inter omnes aves. Et audiens haec gallus descendit confidens blanditiis vulpis, et inclinavit caput vulpi; quod arripiens vulpes gallum comedit suamque famem refecit; et dixit: Ecce inveni
G5v sapientem absque omni prudentia. | Hanc parabolam tibi dixi, quod gallus merito praecogitasset inveteratum odium inter ipsum et vulpem. Sic gallus factus est cibus vulpis. Sed confido tibi, dixit mus ad corvum, quod verba tua non sint bilingui collo expressa. Et post hoc exivit mus de suo foramine, et stabat in ostio. Dixit ei corvus: Quare stas in ostio? et quid prohibet te exire ad me et esse mecum? Nunquid remansit in animo tuo aliquid timoris adhuc de me? Et ait ei mus: Duo sunt apud homines huius seculi, scilicet donum personae et donum manus: illi vero qui donant donum personae, sunt fideles et qui conversantur ad invicem ineorum amicitia; qui vero donant donum manus, hi sunt qui iuvant se invicem in omni re, cuius amor utilis est. Qui vero benefacit pro bono suo in futuro seculo, simulatur venatori proiicienti triticum avibus non ad utilitatem earum et misericordiam, sed benefaciendum sibi, procurandum vitam suam. Donum quippe personae melius est, quam donum manus; et iam quidem credidi in dono personae tuae, et placuisti animae meae; nec prohibet me exire ad te malicia cordis, quae est in te. Et scio quidem, quoniam multos socios habes, quorum fundamentum naturae est sicut natura tua, nec eorum consilium est erga me sicut consilium tuum: timeo

---

lin. 4. *dyadema* E. — 12. *confide* E — 15. *hostio* E.

enim, quando viderit me aliquis eorum tecum, quaerat me perdere. Dixit ei corvus: Signum fidelis socii est, ut sit socius socii sui et sit inimicus inimici socii sui; nec apud me habeo socium vel fratrem, qui non sit tibi socius et diligat te, et facile erit apud me perdere et exterminare omnes, qui non essent sic erga te. Post hoc vero exivit mus ad corvum et ad eum accessit, promittentes sibi invicem fidem et dilectionem: habitaverunt quoque simul pacifice, et confidenter narrantes tota die parabolas et historias mundi. Et factum est cum traheret ibi moram, dixit corvus muri: Haec tua caverna prope viam hominum est; timeo, nequando ipsi apponentes oculos in me offendent me. Sed ego scio locum bonum et utile habitaculum, in quo sunt multi pisces et aqua et fructus; et habeo ibi socium de animalibus aquae: volo ut eamus ibi, et illic maneamus. Dixit ei mus: Volo, inquam, tecum venire ad locum illum, quoniam hunc locum multum abhorreo. Dixit ei corvus: Quare ipsum abhorres? Respondit ei mus: Multa importuna acciderunt mihi, quae tibi narrabo, quando erimus ibi. Et accipiens corvus murem per caudam, volavit usque ad aquam, in qua erat illud animal socius corvi, quod erat testudo. Et videns hos animal submersit se in aqua, quia non cognoscebat eos. Et deposito mure ab ipso corvo ad terram, posuit se corvus in arbore, vocavitque illum socium, qui erat in aqua suo proprio nomine. Qui cum cognosceret vocem eius, exivit ad eum et gavisus est; et cum quaereret ab eo unde veniret, narravit sibi omnia, quae viderat ab hora qua viderat columbas et omnia quae tractaverat cum mure postea usque in illam horam. Et mirata testudo de intellectu muris eiusque prudentia et legalitate accessit ad eum et salutavit eum quae-

---

lin. 10. *traherent*? — 11. *apponentes oculos in me offendent me*. sic E. «et je crains qu'on n'ait les yeux sur moi.» Derenb. 32.

reus ab eo, quare venit ad illum locum. Dixit corvus muri: Dic modo verba, quae mihi promisisti dicere cum essemus in alio loco, et responde ad illud quod interrogat te testudo socia † nostra. Et cepit mus narrare sua facta dicens: Fuit principium habitationis meae in tali terra in domo cuiusdam viri sancti heremitae, qui nunquam habuerat mulierem; qui, cum offerrent sibi homines singulis diebus panem, ut comederet ad sui sufficientiam, residuum colligens in canistro, suspendebat in domo. Ego autem me observabam, donec exiret heremita, tuncque saltans ad canistrum, nihil ibi relinquebam, et comedens quod volebam, dabam residuum aliis muribus, qui erant in domo. Et cum niteretur heremita suspendere canistrum in tutiori loco, in quo non possem pervenire, nihil ei proficiebat. Quadam vero die cum superveniret ei peregrinus quidam, qui comederunt et biberunt simul bene; et accipiens heremita totum residuum quod eis remanserat post commestionem, reposuit in canistro et suspendit illud; et loquebatur peregrinus, quomodo perambulabat mundum et iverat usque ad estremitates eius nec reliquerat locum in quo non fuisset, et viderit mirabilia mundi et monstra; heremita vero non attendens verbis peregrini non sinebat crepidare suis manibus adversus canistrum ut me fugaret. Et videns hoc peregrinus turbatus est G°r contra heremitam dicens: Ego narro tibi verba; | tu autem non attendis ea, nec tibi sapiunt. Et ait heremita: Nequaquam, domine; immo delector multum in verbis tuis, et sapiunt mihi sermones tui; sed hoc facio ad fugandum mures, qui sunt in domo, qui iam me diu turbaverunt et molestaverunt devorantes omnia quae sunt in domo et nihil relinquentes mihi. Et ait peregrinus: Dic mihi, estne unus, an plures? Cui dixit:

lin. 14. *cum superveniret.... qui comederunt* etc. sic E. — 21. *trepidare* E. — 25· *ymmo* E.

Plures sunt mures domus; veruntamen unus est mus, qui prae ceteris aliis me turbat et infestat; et nec valet mihi consilium et argumentum contra eum. Et ait ei peregrinus: Reduxisti ad mei memoriam verbum cuiusdam mulieris dicentis sociae suae: Non cambuit haec mulier zizanias excorticatas pro non excorticatis sine causa. Inquit heremita: Quomodo fuit? Inquit peregrinus: Quadam die hospitatus fui in domo cuiusdam, et † cum comedissem in sero, praeparatus est mihi lectus ut dormirem. Et cum intraret paterfamilias in lectum cum uxore sua, audiebam verba eorum, quando loquebantur ad invicem: erat enim lectus meus prope lectum ipsorum, divisi tamen a se invicem per velum, ut possem audire et intelligere verba sua. Et audivi circa mediam noctem verba viri dicentis suae uxori: Volo cras invitare quosdam amicos ad prandendum mecum. Et respondens uxor dixit ei: Non cessas omni die facere convivia, et consumis omnia, nec aliquid relinquis in domo tua. Cui respondit vir: Nequaquam displiceat tibi quod facere volo: quicunque enim intendit accipere et non dare, sed semper congregare et reponere, erit finis eius sicut finis lupi. Inquit mulier: Quomodo fuit? Ait vir eius: Dicitur fuisse quidam venator, qui cum exivis- † set quadam die cum suo arcu et sagittis ad venandum in silva non procul a civitate, occurrit ei cervus, et sagittans eum interfecit accepitque ipsum, et redibat ad domum suam cum eo. Et cum ambularet per viam occurrit ei aper quidam, et sequens eum aper, volebat eum interficere. Qui cum hoc vidisset, deponens cervum ab humero suo sagittavit aprum et percussit eum in corde suo. | Aper vero sentiens vehementiam do- 64 loris vulneris irruit in hominem et vulneravit eum suis dentibus scindens ventrem suum; et mortuus est homo. Aper etiam cum letaliter vulneratus esset, mortuus est cum eo. Et cum

lin. 11. *divisit* E.

transiret ibi lupus, vidit aprum, cervum et hominem mortuos, et gavisus est, et dixit in corde suo: Debeo conservare haec omnia quae inveni, ut sint mihi conservata pro temporibus necessitatum; ne valebo de eis gustare hodie, sed sufficit mihi nunc rodere cordam arcus. Et accedens ad arcum coepit rodere cordam, quae prorupta subito percussit eum in tramite; et mortuus cecidit. Induxi vero hanc parabolam, ut scias quoniam non est bonum semper congregare divitias et non uti eis nec comedere et gaudere cum eis. Et ait uxor ei: Vere dicis; veruntamen habeo quantitatem zizaniorum, quae sufficit tribus vel quattuor hominibus; et surgens tempestive procurabo parare eas pro quibus volueris. Mane vero surrexit mulier, et acceptis zizaniis, excorticavit eas et exposuit soli, suo puero praecipiens, ut eas custodiret ab avibus et canibus. Et cum recederet inde mulier, venit canis domus, puero non vidente, et comedit de eis quantum voluit; ultimo vero minxit super residuum. Et videns hoc mulier despexit eas, ut fieret de eis aliquid cibi; et accipiens eas, ivit ad plateam, ut cambiret eas pro zizaniis non excorticatis aequaliter. Et me vidente hoc, audivi a quodam circumstante, qui dixit ad alium: Ecce, quare haec pro non corticatis dat zizanias corticatas? Hoc non nisi pro aliqua causa. Sic quoque dico tibi de isto mure, quem tu dicis saltare super canistrum inter omnes socios suos; non est hoc, nisi ex maxima causa. Nunc vero affer mihi ligones et picones, et perfodam in cavernam suam, et videbo secretum illius muris. Et apportavit ei heremita. Ego autem miser, testudo, audiens haec omnia stabam in caverna cuiusdam sociorum meorum. Erant autem in caverna in qua erat habitaculum meum mille talenta auri, ignorans tamen quis posuerit ibi illa, quae omni die exponebam mihi ita ut gratularetur animus meus in eis et corroboraretur nimis. Post haec vero accedens peregrinus ad cavernam, et fodit eam, donec pervenit ad aurum; et accepto

illo, dixit heremitae: Non poterat hic | mus ascendere ad locum, ad quem ascendebat, nisi causa huius auri; hoc enim administrabat ei vigorem et virtutem, et corroborabat cor suum: nunc vero videbis ipsum nihil posse nec habebit praerogativam ceteris muribus. Et audiens ego verba peregrini, scivi quoniam verum erat, et arripuit me inde dolor in anima et sopor mentis et debilitas virtutis. Mane vero congregati sunt ad me omnes mures socii mei, sicut solebant ad me venire omni die, ut eis escam solitam exhiberem; et dixerunt mihi: Iam rapuit nos fames, nec habemus aliquid cibi; tu autem semper fuisti nobis refugium et spes nostra: procura igitur nobis aliquid. Et accedens ad locum, ad quem saltare consueveram, nisus fui illuc ascendere, et non potui. Et illi videntes me non posse ascendere et non dare eis aliquid, sum factus vilis et despectus in oculis ipsorum, et dedignati sunt me; et audivi quendam eorum dicere mihi: Iam perditus est socius iste noster, nec valet ad aliquid: nunc abiet unusquisque in viam suam, et delinquamus eum, nec amplius attendamus ei, quoniam videmus ipsum nihil posse nec facere ea, scilicet quae faciebat; immo dico vobis, quia deinceps ipse indigebit nobis quaerens a nobis subsidium: declinemus igitur ab eo, et curet unusquisque negocia sua propria. Et recedentes omnes derelinquerunt me, nec amplius accesserunt ad me, nec dignabantur respicere me. Tunc dixi in me mente: Non videntur mihi socii et amici, consanguinei, fratres et proximi, nisi omnes declinantes ad avariciam et sequentes divitias et glorias mundi; nec est nobilitas, consilium, fides et sapientia, nisi in divitiis. Inveni enim illum, qui caret divitiis, quando aliquid facere intendit, non succedit ei illud sicut vult, nec habet potestatem illud perficere; sicut aqua rivi [in potestate sua] quae si

H'r

---

lin. 4. *prerogativa* E. — 20. *ymmo* E. — 30. *in potestate sua* sic E.

exiccatur, non habet potestatem fluendi. Et inveni, quoniam qui non habet divitias, non habet fratres; et qui non habet fratres, non habet genus; et qui non habet genus, non habet prolem; et qui non habet prolem, non habet memoriam; et qui non habet memoriam, non habet intellectum; et qui non habet intellectum, non habet hoc seculum scilicet nec futurum, nec principium neque finem. Homo enim, quando caret divitiis, indiget subsidio aliorum, et tunc habetur a sociis odio, et eum delinquunt consanguinei et amici, et noti eius obliviscuntur ipsius, et creditur vilis apud eos. Et quando quis constituitur in paupertate, exponit se morti et vendit animam suam et Deum suum et eius obliviscetur, nec respicit ante et retro et relinquit omnia, donec deiicentur. Et ideo non est in mundo peius paupertate: lignum enim plantatum in terra et rasum ab omni parte melius est apud me quam qui indiget donis aliorum. Paupertas enim est principium omnis laboris et causa omnis timoris et tribulationis; aufert enim corda magnatorum terrae, ducit consules stulte, et dominos infatuat; aufert enim sermonem sapientum et consilium senum tollit; et est origo omnis tristiciae, decidit vitam, aggregat tribulationes. Et quicunque vulneratus est vulnere paupertatis, impossibile est quod non tollatur sibi mansuetudo, et acquiratur promptitudo; et quicunque caret mansuetudine operum, caret nobilitate, peccabit et praecipitabitur; et quicunque praecipitatur, contristatur; et quicunque contristatur, perdit intellectum et obliviscitur suae intelligentiae. Et inveni, quoniam quando quis depauperatur, suspicatur

---

« comme les ruisseaux qui pendant l'été tarissent, et qui n'ont plus de vigueur pour marcher et couler. » Derenb. 40. — 5 sqq. *et qui non habet intellectum* etc. « et sans intelligence, on n'a rien en ce monde, ni dans le monde à venir; on n'a ni passé ni avenir. » Derenb. 41. — 11-12. *obliviscitur* ?

de eo omne malum, quod non patravit; et quae alii faciunt, attribuuntur ei; nec est in mundo bona consuetudo, qua laudatur dives, quin etiam vituperetur pauper. Quoniam si fuerit prodigus, dicetur consumptor bonorum; et si prorogaverit iram suam in negociis, dicetur debilis atque remissus; et si fuerit vir intelligens cum nobili anima, dicitur festinus; et si fuerit refrenans suos mores, dicitur ignorans; et si fuerit fortis corde, dicetur fatuus et stultus; et si fuerit sermocinator, dicetur verbosus et linguosus; et si fuerit taciturnus, dicetur bestia. Et ideo mors melior est paupertate, quae inducit hominem in temptationem et vilitatem, ut petat ab aliis, et maxime quando necesse fuerit petere a stultis aut avaris, quoniam reddunt ipsum confusum. Expedit virum nobilem pauperem immittere manum suam in ore serpentis et extrahere inde venenum et illud sorbere, magis quam petere homini stulti. Et dicitur, quod quicunque fuerit laborans languorem sui corporis, ita ut non cessat ab eo, donec separetur a sociis et amicis, vel qui fuerit peregrinus in terra, qui non recolligitur ab aliquo nec habet coadiutorem, est ei mors melior quam vita, quia vita sibi mors est, mors autem est ei liberatio et requies; et aliquando cogitur pauper propter sui nimiam paupertatem furari, occidere et defraudare, quae peiora sunt primis operibus, quae relinquit. Quoniam dicunt sapientes: Expedit hominem potius esse mutum et veracem quam loquentem et mendacem; et melius est non esse quam esse verbosum et etiam in ipsa veritate. Ego autem dum essem in caverna, quando extraxit peregrinus | aurum de foramine, et diviserunt 8v
illud sibi invicem, et accepit heremita suam partem ponens ipsam in marsupio sub capite sui lecti: nisus fui rapere de eo aliquid, ut forsitan per haec restitueretur mihi virtus et vigor,

---

lin. 11. *vitilitatem* E. — 18. *que non* E.

et converterentur ad me amici et noti mei; et surrexi dum dormiret, et accessi ad eum. Et ille excitatus est meo strepitu; et cum baculum haberet circa ipsum, percussit me baculo in capite fortiter; et fugiens ego intravi in cavernam. Et cum a me dolor percussionis recessisset, rapuit me concupiscentia et seduxit me vicium, ita ut secundario irem ad capiendum illud. Et cum accessissem ad lectum, ipse promptus et vigilans contra me, accepto baculo, secundario me percussit in capite, ita ut de vulnere sanguis emanaret. Et recedens inde cum amaritudine animae et dolore, revolvens me super ventrem, donec perveniens ad cavernam prostravi me ibi. Ego autem propter dolorem eram semimortuus prostratus in terra absque dolore et intellectu, prae nimio dolore, qui me occupavit; ita quod ex nunc dedignatus sum omnem pecuniam et divitias, ut etiam memoria eius mihi inducit cordis terrorem et mentis turbationem. Et consideravi in mea mente, et vidi quoniam nullus languor et tribulatio in mundo est, qui non causetur ex concupiscentia et vitio; et habitator huius mundi transfertur continue de tribulatione in tristiciam. Et vidi differentiam, quae est inter prodigum et avarum, quia maxima est: inveni enim, quoniam qui contentus est sua porcione bonorum, nec appetit ultra quam datum fuerit sibi, dives est, et illud ei valet plus quam omnes divitiae. Et audivi sapientes dicentes, quoniam non est intellectus sicut illius qui praemeditatur sua facta, nec est nobilitas sicut boni mores, nec sunt divitiae sicut divitiae eius qui gaudet sua sorte; nam ei melius est illud modicum quod ei permanebit, quam multae divitiae, quae cito recedunt. Et dicunt sapientes, quod melius cum honore est miseratio, et

---

lin. 9. *Et recedens* . . . *revolvens* . . . *donec perveniens* . . . *prostravi* etc. sic E. — 28. « On dit aussi: La meilleure manière d'honorer quelq'un c'est de lui montrer de la compassion; l'amitié se révèle sur-

caput dilectionis est transmissio litterarum et epistularum societatis, et caput intellectus constitit in scientia rei praesentis et non praesentis; et homo melioris animi est, qui procul se facit a re, ad quam non potest pervenire. Et factus est finis negociorum meorum esse contentus de mea sorte; et declinans a domo heremitae veni ad illum locum desertum, ubi acquisivi societatem columbae et tunc usque hodie. Et fuit eius societas causa, ut adhaereret mihi corvus iste, qui cum exponeret mihi societatem quae est inter te et ipsum, et significaret mihi, quoniam volebat venire ad te, volui ego venire secum, quoniam displicuit mihi habitare solus, quia non est in mundo laeticia sicut societas amicorum, nec tristicia sicut esse absque amicis et sociis. Et totum probavi et cognovi, quoniam non debet quaerere quis de hoc mundo ultra statutum, quod ipse novit posse satisfacere suae opportunitati, et evitare malum sibi; quod quidem statutum est victus et habitaculum. Nam si daretur homini totus mundus cum omnibus quae sunt in eo, non percipiet de eo, nisi illud modicum, quo satisfacit necessitati suae; reliquum vero non sibi, sed aliis servat. Et ideo veni ego cum corvo ad hoc, ut sim tibi frater et socius, et volo ut sit gradus meus apud te sicut gradus tuus apud me. Et factum est cum consummasset mus sua verba, respondit ei testudo dulci sermone et lingua humili dicens: Intellexi quippe verba tua et video te bene retinere in mente tua omnia quae passus in te fuisti et quae nunc narrasti. Nunc autem nequa-

---

tout dans l'envoi de lettres et d'écrits qui prouvent l'attachement; l'intelligence se manifeste avant tout dans la science de ce qui est et de ce qui n'est pas: on a l'âme bien faite lorq'on renonce volontairement à ce qu'on ne peut pas atteindre. » Derenb. 46 — lin 1. *et transmissio* E. — 16. *quod quidem statutum est victus et habitaculum.* « c'est-à-dire, qu' il faut s'occuper de la nourriture et de l'habitation. » Derenb. 47.

quam cor tuum corrumpatur propter illa, et remove de corde tuo tristiciam, quia bona res non consistit nisi in bona operatione; sicut egens sciens suam aegritudinem et eius curationem, et nisi suam sanet aegritudinem, nec ei valet sua scientia, nec quietem inveniet. Nunc autem ad intellectum et scientiam te converte, nec doleas de amissione divitiarum; nam vir nobilis honoratur ab hominibus etiam si careat divitiis, sicut leo quem timent videntes etiam si sit recumbens; dives autem non habens in se nobilitatem operum vilipenditur ab hominibus, sicut canis qui vilipenditur ab omni homine, etiam si indutus sit ornamentis auri a capite usque ad pedes. Et propter hoc ne sit tibi grave esse in peregrinatione in hoc loco, quoniam vir intelligens qui transmigratur de terra in terram, intellectus procedit cum eo; sicut leo, qui non transfert de loco ad locum non sine sua fortitudine, cum qua vivit. Et credas in te haec quae dixi tibi, et erit tuum bonum multum. Et quando haec adimpleveris, bonum possidebis, quoniam bonitas et intellectus dati sunt viro prudenti, qui respicit res cum oculo suae mentis; piger tamen est, qui negligens est in suo opere, et raro prosperatur, et figuratur eius gloria quemadmodum * non delectatur anima puellae de societate eius. Nec in tua mente contristeris dicens: Fui dives, modo autem effectus sum pauper. Quoniam bona mundi cito veniunt et cito recedunt, quomodo Deo placet; et iam narraverunt sapientes ea, quae non permanent et cito trans-
H9r eunt; et sunt sicut umbra | societas malignorum, dilectio mulierum, falsa laus et divitiae. Sapiens vero in multis divitiis non laetatur, nec in earum paucitate contristatur; divitiae vero, in quibus est laetandus, sunt eius intellectus et bonae operationes, in quibus poterit cofidere et scire quia nullus est po-

---

lin. 14. *transfert* sic E. — 20. « il ressemble au vieillard dont la société ne saurait égayer le coeur d'une jeune fille » Derenb. 49.

tens sibi illas defraudare. Nam si esset aurum et argentum aut aliae res, posset timere de eis de inimicis et latronibus aut aliis accidentalibus seculi; bonas autem operationes non timebit quis ei deficere vel ab aliquo auferre. Et cum hoc non debet oblivisci eius finis, et praemeditetur quomodo debet redire ad domum sui seculi; mors autem supervenit repente, nec est spacium temporis inter ipsum hominem et ipsam, nec tempus determinatum; ipsa enim separat fratres a se invicem. Cunque non eges correctione mea, quia sapientior me est, et iutelligis et cognoscis quae bona aut mala sunt, visum autem mihi est, ut responderem tuae interrogationi mea ex dilectione et societate, et indicarem tibi bonos mores. Tu autem frater noster es, et omnia quae habemus, tua sunt. Et audiens corvus verba quae respondit testudo muri, et dulcedinem verborum suorum et rectitudinem, gavisus est multum, et dixit ei: Iam laetificasti me, et rectificasti cor meum, et magnum bonum nobis intulisti; tu autem gaudere debes in animo tuo in eo, quod Deus perfecit te in omni bono; quoniam nemo potest gaudere et benefacere sibi et habere bonam famam, nisi eius pes non commoveatur a suis amicis, nec eius amicus declinet a sociis, nec ipsi ab eo declinent, nec a se pro cunctis faciet alios, qui laetificent ipsum et respiciant quae sunt eis utilia. Nam quando cadit nobilis, non sublevatur nisi per nibiles; sicut elephas quando cadit in foveam, non educitur

---

lin. 18. sqq. « Car personne au monde n'a autant le droit d'être heureux, joyeux, content et de jouir de sa bonne réputation, que celui qui n'a jamais bronché lorsq'il s'est agi de ses amis, dont les pas n'ont jamais reculé quand ses affidés sont mis en cause, qui ne les abandonne pas plus qu'ils ne l'abandonnent, qui ne se laisse pas détacher d'eux par d'autres; qu'il réjouirait et qui feraient sa joie, qui se préoccupe de ce qui peut être utile a ses camarades. » Derenb. 50-51.

inde nisi ab elephantibus. Nec debet vir intelligens derelinquere agere misericordiam, quam solet agere, et etiam si submittit se periculis in actione misericordiarum; non est enim nephas; sed sciat, quoniam per illud acquiret stabile per fragile, et bonum per malum, et multum per paucum; nec reputatur dives, in cuius divitiis existit cupidus et avarus. Et
H3v factum est dum loqueretur corvus, | ecce supervenit ei cervus; et timentes, submersit se testudo in aquam, et mus ingressus est cavernam suam, et volans corvus posuit se arbore. Cunque venisset cervus ad aquam bibit aliquantulum, et stabat timidus. Et venit corvus volans per aerem, ut videret si quis esset aliquis persequens et quaerens hunc cervum; et cum nullum videret, vocavit testudinem et murem, ut exirent, dicens eis: Nihil est, de quo sit timendum. Qui exiverunt, et congregati sunt. Et videns testudo ipsum cervum respicientem aquam et non accedentem ad ipsam, ait ei: Bibe, domine mi, si sitis, nec timeas, quia nullus est hic qui noceat tibi. Et accedens cervus ad eam, coeperunt diligere se invicem. Et ait testudo: Unde venis? Cui respondit cervus: Fui, inquam, in hoc deserto pluribus diebus; et cum non cessarent serpentes sequi de loco in locum, timens ne superveniret aliquis venator, veni ad locum istum. Dixit ei testudo: Ne timeas, quia in hoc loco nunquam venator apparuit; et nos quidem confirmabimus tibi foedus et dilectionem nostram. Morare igitur nobiscum, quoniam pascua prope nos sunt. Cupiens igitur cervus esse cum eis, remansit ibi. Fecerat sibi autem umbraculum de herbis et arboribus, ubi omni die convenerunt simul narrantes et dicentes verba seculi. Quadam vero die cum starent ibi mus testudo et corvus, et non esset ibi cervus, dubitabant de eo; et dum

lin. 4. *nephas* sic E. — 20. *sapientes* pro *serpentes* E Cfr. J. in Derenb. 52.

tardasset venire, timuerunt, ne forte esset a venatoribus impeditus. Et dixerunt testudo et mus corvo: Vola circuiens terram et respice, forte videbis aliquid. Et circuiens corvus vidit cervum captum in rethe venatoris; et rediens festinanter ad socios eius annunciavit eis. Dixerunt corvus et testudo muri: Advenit nobis nunc malum, in quo non sperabimus non posse liberari nisi per te: nunc autem salva socium nostrum et tuum. Et audiens hoc mus ivit usque pervenit ad cervum, et ait ei: Frater mi, quis te iactavit in hunc laqueum? Soles enim esse de prudentibus et intelligentibus. Et respondens cervus ait: Nunquid valet intelligens evadere a sententia, quae desuper lata est ei? Nonne scis, quoniam non valet levibus cursus nec potentibus bellum? Et dum loquerentur ad invicem, supervenit ei testudo. Cui ait cervus: Quid tibi visum fuit venire huc? aut quid iuvabit nos adventus tuus? Scio enim, quod antequam perveniat venator ad nos perficiet mus rodere rethia, et cum sim levis, potero fugere et evadere; mus etiam potest invenire multas cavernas, in quibus se abscondit; corvus etiam volabit per aerem: remanebis autem tu gravis motu; nec potens fugere, capieris forte. Respondit testudo et ait ei: Non debet quis reputari intelligens, qui vivit post separationem a sociis suis; nam adiutorium hominis et solacium sui animi in tempore adversitatis est, quando habet secum amicum suum, et quilibet eorum extrahit cor suum exponens illud amico suo. Sed quando separantur amici ab invicem, obfuscatur eorum laeticia et oculi caligant. Adhuc eo loquente, repente supervenit venator currens velociter, ut cervum, quem putabat esse captum, accepisset et secum domi portaret. Sed antequam ipse appropinquaret, mus roderat rethia, et cervus evasit fugiens ad nemora velociter; et corvus volavit super

---

lin. 6. *sperabamus* E. *speramus* ?

arborem quandam et sedebat ibi expectans finem de testudine; et mus cavernam suam ingressus est; sed testudo fugere tam cito non potuit, de quo mus doluit multum in corde suo, et iacuit respiciens a longe, ut videret, quid de ea fieret. Cunque supervenisset venator ad rethia et vidit ea incisa, obstupuit, et respiciens undique non vidit nisi testudinem, et capiens illam ligavit eam bene, cervo et corvo a longe videntibus, multum indolentibus. Et ait mus: Non videtur mihi nisi quando evadimus de laqueo, incidimus in foveam, et procedimus de una tribulatione in aliam. Iam iustum est verbum illius, qui dixit, quoniam non desinit homo esse in tranquillitate et pace, dum non cadat; postquam vero semel incidere coepit, invadunt eum tribulationes ex omni latere. Et non suffert mihi infortunium meum, quod me separat a viris societatis meae et divitiis; sed separat me a socio, qui non solum socius, verum etiam mihi frater erat, scilicet testudine, qui melior ac utilior mihi ac nobis omnibus erat quam omnes mei consanguinei et amici, quos unquam diebus vitae meae habui; quae non venit huc, ut bene scio, nisi ex nimia dilectione et fidelitate et nobilitate suorum operum, quae melior est quam dilectio patris aut matris [H3r] ad filium, qui quidem non cessat usque ad mortem. Vae huic corpori! cui tot mala praedestinata sunt, ut discurrat de malo in malum. Nec diu permanet quis in aliquo bono, quemadmodum stellae non permanent in aliquo bono vel malo, sed quotidie convertuntur de uno in alterum, modo lucent, modo obscurantur, modo convertuntur de tenebris ad lucem, modo autem de luce in tenebras. Hae vero tribulationes, quas induxit mihi socius meus, sunt sicut apostema, quod intendens medicus curare tangit illud cum ferro, ut aperiatur; tunc vero insurgit aegro duplex dolor incisionis et dolor apostematis:

lin. 13. *suffert* sic E. *sufficit*? — 14. *separant* E.

sicut quoque homo, cuius languores sanati sunt, cum invenit suos amicos et socios, postea vero separatur ab eis. Dixerunt corvus et cervus muri: Contristatio et verba nostra et tua non proficiunt testudini. Nunc vero hoc relinque, et quaere argumenta pro eo. Dicunt enim sapientes, quoniam in temporibus adversitatum temptabis amicos fideles, aut viros in mercationibus, socios vero in accidentibus temporum. Ait mus: Videtur mihi, ut vadat cervus et exeat ad viam, scilicet venatoris, stans procul ab eo in itinere per quod debet transire venator; et simulet se quasi mortuum, et stet corvus super eum quasi vellet de sua carne comedere; scio etenim, quoniam venator respiciens hoc deponet sarcinam funium et rethia de humero suo, et curret festinanter adversus te. Tu autem, cum videris ipsum accedentem ad te procede inde paululum, ut non recedat spes sua de te, et fatiga ipsum post te; et interim ego rodam funes: scio enim, quod ante reditum venatoris erunt funae rosae, et erimus omnes liberi ad nostrum locum cum pace redeuntes. Et fecerunt corvus et cervus ita; et cum venator eos persequeretur, donec propinquans eis, fugit cervus et corvus in viam suam. Et cum rediret venator confusus ad capiendum funes, invenit quoniam testudo de laqueo evaserat, et obstupuit multum, existens confusus et cogitans in animo suo. Et cum venator de cervo qui astitit ei procul cogitaret <et> de eo corvo qui stabat super eum quasi de carne sua comedens, cum ita non fuisset, et cum cogitaret de rethibus suis quae incisa erant, miratus fuit, et ait: | Nonne haec regio magorum aut daemonum? Et abiit in viam suam cum timore. Corvus vero testudo cervus et mus ad suum locum cum pace et securitate reversi sunt. Inquit rex suo philosopho: Perspi- E v

---

lin. 18. *et cum venator eos persequeretur, donec propinquans eis, fugit* etc. sic E.

ciendum est in huiusmodi fabulis, quomodo pervenit consilium parvorum animalium et vilium avium iuvare se invicem: maxime homines, qui se constituerunt in hac consuetudine, perveniet eis fructus operationum suarum et suorum processuum rectitudo in conservando opus misericordiae et odiendo iniquitatem.

CAPITVLVM V. DE CORVO ET STVRNO ET EST DE EO QVI CONFIDIT IN INIMICO ET QVID DEINDE ACCIDIT EI.

Inquit rex philosopho Sendebar: Intellexi iam ea quae dixisti mihi seu declarasti de amicis fidelibus, qui diligunt se invicem cum simplicitate cordis et animae, et quae sit merces eorum circa illud. Indica mihi nunc de inimico, si potestne effici amicus, ut de eo eius confidant inimici, et quid est inimicicia et eius modus et natura, et quomodo oportet regem agere, quando advenit ei aliquid a viris inimiciciarum suarum, utrum debet pacem eorum quaerere vel non, et utrum possit credere inimico suo et ei adhaerere et ostendere ei societatem et amorem; et super hoc affirma mihi parabolam. Inquit Sendebar: Non debet rex, quando accidit ei aliquid ab adversario nisi dubitare semper de eo et timere de eo et exercitu suo; quamvis suus adversarius requirat ab eo fidem et ostendit dilectionem et familiaritatem suis sociis, non pro tanto debet credere suis verbis, quoniam timendum est, ne accidat ei sicut sturnis et corvis. Dixit rex: Quomodo accidit illis? Inquit philosophus Sendebar: Dicitur fuisse in quadam regione iuxta civitatem quandam magnus mons, in quo erat arbor magna et ramosa: erant autem in arbore illa nidi pro mille corvis,

lin. 24. *nons* E.

qui regem habebant. In monte erat similiter locus, in quo erant nidi pro mille sturnis, qui et regem habebant. Quadam vero nocte exurgens rex sturnorum cum suo exercitu irruerunt in corvos et percusserunt de eis plures et interfecerunt propter odium quod erat inter eos; nec percepit rex corvorum hoc factum quousque in mane surrexit. Qui cum videret ruinam, quae in suo exercitu facta erat, doluit multum, et cogitans super hoc vocavit ad se omnes sapientes et consiliarios suos, narrans eis quod acciderat; timebat enim ne forte | iterum 8r
invaderent eos et dissiparent de eis sicut prius; et dixit eis rex: Considerate bene verba vestra nec festinetis; deliberetis consilium, donec diligenter examinetis. Erant autem cum eo quinque consiliarii viri sapientes et docti, et vocans eos rex ad se quaesivit ab eis super hoc consilium; dixitque rex primo corvo: Quale est tuum consilium super hoc quod nobis accidit ab adversariis nostris, et quia sumus in timore, ne nobis secundario superveniat? Dixit ei corvus: Consilium meum est illud, quod dixerunt sapientes, quoniam quando accidit tibi aliquid ab inimico fortiore te, cui resistere non poteris, melius est fugere et elongare ab eo, nec declines cor tuum ad pugnandum cum eo. Et interrogans rex alium corvum dixit ei: Quid tibi videtur de consilio huius? Cui respondit: Non est bonum consilium quod consuluit hic corvus, nec bonum est relinquere habitacula nostra et nos subiicere suis pedibus prima vice; sed debemus esse attenti et parati et custodire nos ab inimicis quando supervenient, ut nos munitos inveniant et repugnemus eis quantum possemus; custodes et exploratores ponentes ab omni latere, et quicquid viderint de sturnorum exercitu, nobis annuncient. Postea vero, si veniant ad bellum, exiemus ad eos parati et pugnabimus fortiter contra eos; et forsitan obtine-

lin. 10. *et dixit ei rex* E.

bimus victoriam et vigorem super ei, et faciemus in eis totum illud quod fecerunt in nobis. Nec sit principium nostri processus fugere et relinquere familias et nobilia, quoniam hoc esset in adiutorium eorum; sed resistamus eis, et si convincant nos, fugiemus tunc, postquam non poterimus aliquid agere contra eos. Dixit rex tercio corvo: Quid videtur tibi de consilio tuorum sociorum? Qui ait: Ambos sane intellexi, et ambo optime locuti sunt iuxta eorum intellectum; sed quomodo poterimus nostris resistere inimicis secundum damnum quod habemus ab eis? Et hoc mihi praecipue placet, ut unum de nobis prudentem ad eos mittamus, ut ab eis intelligere studeat intentionem et propositum eorum, et clare nobis significent, et si voluerint se nobiscum componere et tributum conveniens a nobis annue recipere, ut sic nostrum praeteritum damnum recuperare valeamus et sic in pace in loco nostro permanere inire persuadeo. Quia dicunt sapientes: Quando rex damnum a suis inimicis recipit, quibus resistere non potest, et timet de maiori ruina sui populi et patriae, tunc salubre fit tributum dare cum pace. Et festina cito hoc attemptare. | Dixit rex <quarto> corvo: Quid tibi videtur de consiliis, quae dixerunt socii tui? Cui dixit: Nihil dixerunt super quo dominus rex se stabilire potest. Videtur autem mihi non prodere personas et nobilitates et pro nihilo ire propter hos viles et stultos, qui sunt conculcatio pedum nostrorum, nec demus eis tributum, quoniam nobis esset maxima verecundia. Et scito quoniam melius est nobis relinquere habitacula nostra ad tempus et fugere ad loca deserta et esse ibi in peregrinatione cum pace, quousque Deus voluerit, quam hoc inire. Quoniam dicunt sapientes: Qui sub-

H⁴v

---

lin. 16. *inire* sic E. « nous pouvons alors rester dans nos demeures et nos habitations sans avoir à les craindre. » Derenb. 65. — 18. *sit* pro *fit* E. — 20. *(quarto)* suppl.

mittit se angariis et subditoribus eius inimici, iam ipse iuvit adversarium suum contra se; maxime quia scio, quoniam si sciret turba sturnorum nos velle illud facere, adderent utique ad angarias nostras et nobis grave tributum imponerent quod tolerare non possemus; et per hoc esset nostra perditio. Sed expedit nos cautos esse, paratos et munitus; et si nobis superveniant iterum, irruamus et pugnemus contra ipsos, sperantes forsitan miserabitur nostri Deus, et non moriamur. Postea vero interrogavit rex et dixit quinto corvo: Quid tibi videtur de his quae dixerunt socii tui? Cui respondit: Nihil pro rege dixerunt, nisi nos oportet excitari ad bellum, dum non inveniamus viam ad pacem, cum sint nobis fortiores. Et iam dicitur in parabolis, quoniam quicunque ignorat gradum et potentiam sui ipsius, et cum sua ignorantia pugnare contra potentiorem inimicum, ipse vult perdere et seducere animam suam; et faciens illud deceptus est; et qui decipitur, praecipitabitur. Ego autem timeo sturnos, nec debet quis vilipendere suum inimicum etiam si sit imbecilis, nunc maxime doctus et intelligens. Dicitur autem in quadam parabolarum: Accede parum ad tuum inimicum, nec accedas ad eum multum, quoniam vilipendes te et submittes te in manu adversarii tui: sicut lignum positum ad solem; si deposueris parum, faciet magnam umbram; si vero ipsum multum deposueris, eius umbra deficiet, donec fuerit in eadem mensura cum ligno. Sic nos oportet appropinquare sturnis et illis adhaerere; quoniam si essemus potentes sicut ipsi, tunc deberemus facere illud, donec veniremus ad nostrum votum de eis. Quomodo vir ma-

---

lin. 27 sqq. *Quomodo vir* etc. sic E. « Quand un mari ne sait pas séduire une méchante femme par un langage doux et des paroles agréables, et qu'il se mette à la battre, à la frapper, il n'aura jamais de repos, et elle n'aura de cesse qu'elle n'ait excité sa jalousie. » Derenb. 67-68.

lam habens uxorem, nisi persuadeat ei blandiciis et verbis humilibus et verberare non velit et suspicari, non habebit eam in tranquillitate nec erit ei obediens. Ego autem non suadeo H8r nos pugnare contra eos, quia non debet quis | credere nec decipere cor suum adversus inimicum fortem, quamvis distemus ab eis; nec debemus dicere, quod non timeamus eos. Consilium autem meum et quid agere debemus, est, ut simus parati et muniti ad bellum contra eos et decipiamus eos argumentis et dolis; quoniam vir sapiens vidit rem antequam adveniat ei, postquam vero advenit, eam revocare non potest. Bellans vero non habet agere nisi bellare, et raro evadit; sed aliquando potest evitare bellum blandis sermonibus et lingua humili; nec est aliquid in mundo melius quam hoc, nec ut homo possit suum votum attingere sicut per hoc; et hoc meum consilium est. Nunc autem nequaquam sit vestrum consilium pugnare contra eos; qui hoc intendit, intendit perdere animam suam. Dixit rex: Videtur tibi non pugnare contra eos; sed quae sunt ingenia et argumenta accipienda adversus eos? Respondit ei corvus dicens: Attende consilio meo; quoniam rex quando egerit sua facta secundum consilium dominorum suorum et fidelium sociorum suorum, qui omnia sciunt et magna et parva, tunc suum adversarium poterit affligere et ei parare laqueum, et eius permanebit imperium, et eius multiplicabitur exercitus, et addetur ei ad singula. Si vero noluerit attendere consilium dominorum suorum et consiliariorum, aestimans suum consilium esse sufficiens, et praevalere consilio suorum principum et familiarium, quamvis sit ipse sapiens et intelligens, non perveniet ad suum intentum, et deficiet eius propositum, et suum consilium dissipabitur, et erit suum consilium rethe pedum suorum, quia non quaerit a sociis suis et sapientibus

---

lin. 1. *habcns* E.

pro secreto suo. Debet autem quaerere a sapientibus et a non sapientibus, donec in unum conveniant. Quando vero rex fuerit consultus cum eo, qui ipsum non diligit, etiam si prosperabitur, non permanebit ei bonum illud, sed cito recedet et redditur in nihilum; et si una vice prosperatur, alia vice non prosperabitur. Porro meum consilium est parari et excitari adversus eos et relinquere negligentiam et insipientiam et habere animae fortitudinem. Si vero subiiciamur et sustineamus iugum angariarum suarum, scias hoc non esse <nisi> vituperium maximum et praeiudicium nobis et filiis nostris et infamiam ab inimicis nostris: vir enim intelligens si vixerit in bona fama et honorifica memoria, quamvis abbrevientur dies eius, est tamen ei melius quam vivere in tristiciis et obprobriis. Nec videtur mihi te negligere et habere pigriciam, quoniam pigricia est causa omnis mali, defectus et tribulatio hominis. Veruntamen secretum quod tibi revelare intendo, nolo ut alius audiat; nam secretum postquam transit plusquam inter duos homines, notum fit et manifestum. Quoniam redditur regibus victoria per cordis fortitudinem et celeritate suorum operum, quando non non negligenter in ipsis agit: qui vero in suis negociis confortatur, celat secreta sua, et sibi mercedem acquirit; habebit enim per hoc unum illorum, aut scilicet vincere et ad suum operatum pervenire, aut a suo malo et adversitate liberari. Rex enim, et si sit intelligens et boni consilii magis quam ceteri eius consiliarii, debet tamen quaerere consilium a eius consiliariis. Flamma enim, quae ardet in lucerna, quando super eam oleum effunditur, additur ei lumen et viger et magis lucet quam prius. Veruntamen debet rectus consiliarius, quando ab eo quaeritur consilium, respicere id quod rex intendit; quia si sciverit dare consilium, erit illud bonum pro se et populo;

lin. 9. *(nisi)* suppl. — 27. *cum* E.

si vero dubitaverit cor suum in aliquo et certitudinem nesciat, debet manifestare illud, et si palam sibi fuerit veritas eius quod intendit, addet in ipso desiderium et amorem, et multiplicabit circa inquisitionem eius. Nec debet secretum quod tibi intendo revelare, nisi duae linguae loqui et quattuos aures audire. Audiens autem rex corvi verbum* intravit cum eo in cavernam, et dixit ei: Indica mihi nunc, quia tu scis res, et annuncia mihi fundamentum odii, quod est inter nos et sturnos, et quod fuit eius principium et radix. Dixit ei corvus: Causa huius odii fuit verbum quod dixit quidam corvus. Dixit † ei rex: Quomodo fuit? Inquit corvus: Dicitur quod quadam die convenerunt omnes aves et inierunt consilium, ut sibi regem constituerent, quia mortuus erat rex eorum. Et deliberato consilio, eligerunt sibi sturnum regem. Et cum vellent hoc confirmare, viderunt corvum volantem apud eos per aerem. Dixerunt quidam eorum: Bonum est, ut vocetur iste corvus et eum super hoc interrogemus. Et vocato corvo, dixerunt ei: Tu habes auctoritatem sicut unusquisque nostrum et propterea volumus, ut dicas nobis voluntatem tuam et consilium, quoniam sturnum in regem nostrum eligimus. Et ait eis: Si me pro consilio vocastis, audite verba mea; dico enim vobis, quoniam si perdita essent omnia genera bonarum et honorabilium avium, et vulturis et ciconiae et columbae aliarumque avium, B3v non deberemus constituere regem de stur|nis, quoniam congregavit in se malos mores. Est enim mali coloris et pravae linguae, stultus in quo non est nobilitas operum, et sine intellectu et sensu, iracundus et crudelis, non miseretur alicuius, et est gens in qua est malicia operum et pravitas cogitationum et dolositas cordis et multa inconvenientia quae vobis abbrevio. Et dico vobis quod non eligatis de hoc genere vobis in regem,

lin. 5. *nisi duae linguae* etc. sic E.

sed quaerite de aliis avibus, quamvis stulta fuerit in suis operibus; expedit magis vobis alterius stulticia quam illius sapientia. Rex enim quamvis stultus sit, si tamen habet sapientes consiliarios et rectos socios, ad lucem procedunt opera eius, et conveniunt sui progressus, et eius imperium exaltatur; quemadmodum fecit lepus, qui nocte lunae ivit ad regem elephantum cum verbo quod non fuerat sibi commissum a suo rege, et assumpsit sibi consilium, per quod suum perfecit intentum et suum liberavit regem et populum. Dixerunt ei aves: Quomodo fuit? Inquit corvus: Dicitur fuisse quodam tempore † mundo accidisse pestis et famis, in quo non plueret, et defecerunt aquae rivorum et fluminum, et exicatae sunt herbae inde, et factum est hoc molestum valde omnibus animalibus et praecipue elephantibus, qui congregati dixerunt suo regi: Iam nobis aquae et herbae deficiunt; nunc si videtur tibi bonum, eamus et quaeramus locum meliorem isto, quoniam in hoc vivere non possumus. Misitque rex suos nuncios ad explorandum locum, in quo essent aquae; qui redeuntes, dixerunt ei: Invenimus locum, qui fons lunae nuncupatur, et est locus bonus aquarum et herbarum et bona pascua. Et deliberavit suum consilium illuc ire; qui cum venirent elephantes ad locum illum, perambulabant super cavernas leporum et dissipabant eos et suis pedibus plures eorum conculcabant et interficiebant. Et lepores hoc videntes, congregati sunt ad suum regem annunciantes sibi mala, quae ipsis elephantes inferebant, et contristati sunt valde, quia non expediebat sua habitacula relinquere et fugere, et quaerentes a suo rege, ut super hoc deliberatum consilium daret. Dicunt enim sapientes: Debet enim unusquisque quaerere liberationem sibi, antequam incidat in malum, et postquam incidit, nec dum dubit illud. Nos au-

---

lin. 10. *fuisse... accidisse* sic E. — 30. *nec dum dubit illud* sic E.

tem timemus, ne forte alii supervenient et dissipent nos. Respondens rex dixit eis: Veniant ad me omnes sapientes unde et ut videam consilium vestrum. Et accedens ei quidam lepus
$H^{6}r$ intelligens et doctus in | scientia dixit: Si placet regi mittere me ad elephantem cum aliquibus viris, de quo confidat, videbit quid agam; et annunciabo regi omnia quae fecero. Cui dixit rex: Fidelis es tu in oculis meis nec aliud volo testimonium de te, nec habeo te suspectum apud me. Nunc autem vade, et considera quae sunt facienda, et annuncia regi elephantum ex parte mea quicquid tibi videtur bonum: scias namque, quoniam nuncius ipse est qui aptat verba et dissipat et differre facit negocia et ea appropinquat et addit in rebus et diminuit, et ipse est qui suis verbis attrahit corda hominum et ea reprimit, et ipse est qui exasperat corda suis malis verbis. Et exurgens nuncius in nocte, in qua erat plenilunium, et ivit ad locum, in quo erant elephantes. Et cum accederet prope locum, cogitavit in mente dicens: Ego sum minimum corpore et tener ossibus; timeo, ne introvenero eis, forte conculcabit me aliquis eorum et interficiet me. Nam dicitur in parabolis, quoniam quicunque transit super serpentem aut animal venenosum, dignum est ut suo morsu venenoso interficiatur. Expedit me tamen ascendere ad montem excelsum et inde loqui eis quae voluero. Et ascendens ad montem vocavit regem elephantum proprio nomine et ait ad eum: Luna mittit me ad te, et nulla est culpa nuncii quae refert sive bona sint sive mala,

---

Fortasse legendum est: *et dum d. i.*, sive: *nec(non) dum d. i.* « puisque les sages disent, que l'homme doit chercher un moyen de sortir de la fosse avant qu'il y tombe, après qu'il y est tombe, *et pendant qu'il la craint.* » Derenb. 75. — lin. 2. *unde* sic E. Cfr. *ubi* p. 63, lin 24., p. 82, lin. 3. — 18. *ne introvenero . . . conculcabit* sic E. Cfr. p. 105, lin. 3. — 25. *nulla est culpa nuncii quae refert* sic E.

et si aspere loquatur; cum lator sit verborum, et non intersit eius nisi tantunmodo referre quae sunt sibi commissa. Et respondens rex elephantum dixit ei: Quid mihi luna significatur? Et ait ad eum: Luna dicit, quoniam vir fortis confidens in fortitudine sua, aliquando inducit eum fortitudo sua pugnare contra illum qui melior est ipso et potentior, ita ut eius virtus sit sibi impedimentum, et sua potentia laqueus pedum suorum. Tu autem cum scies praedominium tuae fortitudinis super feris et bestiis, non sufficit tibi illud, sed temptavit cor tuum venire ad turbam leporum, quae sunt circa fontem meo nomine nuncupatum, et qui sunt populus meus et gens mei imperii, et dissipasti et interfecisti de ipsis et dirruisti cavernas suas et potas aquas suas et devoras pascua eorum et egisti contra eos multa mala, et socii tui. Nunc autem iniungo tibi, ne hoc amplius facias. Quod si de cetero hoc feceris, tuos faciam oculos caligare et omnium sociorum tuorum, et vestras exterminabo personas. Nunc vero, domine mi, huc misit me luna, ut haec referrem tuae maiestati; et si non | credis, H4v vade mecum ad fontem, ut eam tibi demonstrabo. Cunque rex elephantum audiret haec verba, obstupuit et ivit cum eo ad fontem. Cunque respiceret ad aquam, vidit imaginem lunae resultantem in aqua, et dixit ei nuncius: Accipe cum tuo naso, et odorabis lunam. Qui cum accepisset de aqua, commota est aqua. At ille videns aestimavit, quod luna commoveretur et irascetur contra ipsum; et ait rex elephantum: Quare irascitur dominus rex? forsitan quia meum nasum misi in aquam? Et respondit nuncius: Ita est. Considera multitudinem irae suae adversus te propter omnia mala quae fecisti. Et timens rex elephantum multum, dixit lunae: Domine rex, nunquam

lin. 12. *interfecistis* . . . *dirruistis* E. — 23. *et odorabis lunam* sic E.; desunt in J. — 24-25. *commoveretur et irascetur* sic E.

temptabo amplius agere contra te, nec ego nec ullus meorum; et ecce recedo in viam meam. Qui inde abierunt. Porro attuli vobis hanc parabolam propter sturnum, quoniam melius est constituere regem de aliis generibus avium, quamvis esset stultus, quia boni socii docebunt ipsum, quemadmodum fecit iste lepus suo regi. Et non eligite regem super vos sturnum, quoniam habeat in se malos mores prae nimio dolo et iniquitate quae in ipso sunt, nec est refrenatio sui spiritus, nec est de viris imperii, nec est dignus ad illud. Et peior omnibus regibus est qui crudelis est populo suo; et qui confidit in ipso et constituit eum regem, sibi accidit sicut accidit avi et lepori, qui elegerunt sibi invicem in sua causa murilegum, videntes ipsum ieiunantem et orantem omni die, cum esset dolosus et fraudolen- † tus. Dixerunt ei aves: Quomodo fuit? Ait corvus. Habui socium de avibus, cuius nidus erat circa quandam arborem in qua morabar ego. Hic vero socius quando de suo nido descendebat, multum redire tardabat. Et cum ivisset quadam die, tardavit multum, et non sciebam ubi esset, et contristatus valde, nequando esset mortuus et captus ab aliquo, aut forsitan invenisset alium statum isto nobiliorem. Et intravit lepus quidam in suum nidum; et cum non videssem illum, dixi in animo meo: Ex quo amisi avem sociam meam, non decet me cum isto lepore litigare, qui suum habitaculum usurpavit. In processu vero temporis redit avis ad locum suum, et cum in suo loco leporem inveniret, dixit ei: Hic est meus locus et meum habitaculum; egredere de eo. Cui respondit lepus: 15r Habitaculum est in potestate mea; unde ego ma|gis debeo obtinere quam tu: tu autem contra me calumniose moveris, nec inde exibo; sed habes aliquid contra me, duc me ad potestatem. Cui respondit avis: Volo causari contra te, et in-

---

lin. 29. *sed habes . . . duc me.* Cfr. superius p. 153, lin. 18.

ducam super hoc testem. Et respondit ei lepus et dixit: Quando inveneris iudicem, induces adversus me tuos testes. Dixit ei avis: Iudex est nobis propinquus; eamus ad eum, et discernet nobis causam nostram. Dixit ei lepus: Quis est? Dixit avis: Est quidam murilegus qui stat iuxta flumen, et est colens Deum et est heremita, ieiunat in die et orat in nocte, expoliatus a vanis mundi deleclationibus, nulli nocens animali nec effundens sanguinem, herbis tantum nutritur et aqua: surge et eamus ad eum et diffiniet causam nostram. Dixit lepus: Placet mihi, eamus. Et iverunt ambo. Ego autem sequebar eos a longe, ut viderem iudicium illius iudicis. Et cum videret murilegus illos, rediit ad statum suum quasi oraret et flexis genubus. Et videns lepus miratus est suae sanctitatis atque mansuetudinis; et accedentes salutaverunt ipsum, ut determinaret suam causam. Quibus praecepit, ut sibi causam explicarent; et explicata sibi, dixit eis: Ego senex sum, et oculi mei caligaverunt, et aures meae gravatae sunt, nec possum bene audire: accedite ergo ad me, ut possim audire verba vestra. Qui cum audivissent hoc, accesserunt ad eum, et retulerunt ei iterum sua verba; illi vero cum confiderent in ipsum, ait eis: Iam audivi verba vestra et ea quae sunt iusticiae et veritatis, ut possim vobis recte iudicare. Et praecipio vobis quaeratis veritatem, quia quis quaerit veritatem, quamvis reus sit in iudicio, melius est ei; qui vero quaerit falsitatem, quamvis vincat in sua causa, est malum sibi. Debet homo cognoscere suam culpam, quoniam nihil est in mundo, quod portet secum homo, nisi opera bona, quae permanebunt ei prae omnibus aliis rebus in mundo existentibus. Debet autem unusquisque vir intelligens reputare mulieres in oculis suis sicut serpentes, et aurum et argentum debet reputare ut lapides, et diligere quod bonum est proximis et odire eis malum. Et cum audissent ab eo haec verba, crediderunt et adhaeserunt ei; quos rapuit et devoravit. Nunc vero induxi vobis hanc para-

bolam, ut sciatis, quoniam sturni sunt dolosi et fraudulenti, et ipsi sunt de lupis avium, quae rapiunt aves; nec debemus eis confidere nec de eis nobis regem constituere. Et factum est cum audissent omnia genera avium illud, nihil prosecuti sunt sibi sturnum in regem constituere. Et respondit avis quae erat de sturnis, quam voluerunt constituere in regem, et dixit corvo qui locutus est haec omnia: Perturbasti me multum hodie, nam non offensa mea contra te, nec scio utrum processerit a me aliquid culpae contra te iam diu, ex quo debuisses mihi inferre hanc verecundiam. Indica mihi nunc quid tibi fecerim: aliquid estne quod promovit te ad exasperandum verba tua contra me? Sed tibi iuro in veritate, quoniam lignum a ferro incisum potest adhuc recuperari; gladius quoque incidit carnem et frangit ossa, et sanatur inde homo: sed vulnus linguae non sanatur nec cessat; sunt enim quae verba sunt sicut gladii, nec cessare valent, sed intrant et nunquam exeunt. Omnis enim ignis potest aqua extingui, lis vero expirat silentio, morsus serpentis sanatur tyriaca, contristatio deletur spe, amor dissipatur segregatione; ignis vero inimiciciae nunquam extinguitur. Vos autem turba corvorum plantastis arborem inimiciciarum inter nos et vos, et permanebit in secula in vita nostra et filiorum nostrorum. Et locutus sturnus haec verba, abiit in viam suam iracundus et turbatus; et recesserunt inde omnes turbae avium non constituentes sibi regem in die illa. Post hoc vero cogitavit sibi corvus recognoscens verborum suorum maliciam, quam locutus fuit contra illum; et dixit in corde suo: Vere peccavi hodie in his omnibus quae locutus sum, praeparans mihi odium contra me et contra po-

---

lin. 8. *nam non offensa mea contra te.* « et cela sans que je t'aie fait un tort, ni commis un péché. » Derenb. 84. — 15. *sunt enim quae verba sunt* E; *s. e. verba quae sunt?*

pulum meum. Quia nullus fuisset de multitudine ausus temptare loqui talia verba; quoniam multi eorum fortasse viderant ea quae ego ipse vidi et cognoverant quae cognovi, et nullus fuit inter eos verbum prorumpens nisi ego, sed omnes linguas compescentes nihil dicere veluerunt, respicientes malum quod eis exinde contingeret; ipsi quoque futura providerunt. Vir enim intelligens licet confidat in sua fortitudine et virtute, non tamen debet promovere odium contra aliquem, dicens: Confido in meis argumentis et potentia; quemadmodum et nullus temptare debet gustare venenum confidens in tyriaca seu quacunque medicina. Bonitas quippe hominum consistit in bonis operibus, non autem in bonis verbis: nam qui bonorum operum est, si fuerit bonorum verborum, additur ad sui gloriam et manifestatur eius iusticia maioribus et nobilibus. Viri autem bonorum verborum tantum, | et si abundent 1'r in eis, non tamen commendantur super hoc nisi pro bonis operibus. Et hodie in mundo non maior fatuus est quam ego, qui exasperavi verba mea praeterquam aliquo quaerere consilium nec didici a sapientibus. Et scio quoniam quicunque non dignatur quaerere consilium a viris intelligentiae et utitur proprio consilio et arbitrio, poenitebit eum ultimo; nec oportuit me hodie causare mihi hanc inimiciciam et inducere animae meae hanc tristiciam et cogitationem. Et reprehendens corvus seipsum his verbis, abiit pro factis suis. Hoc igitur est quod interrogasti me de causa inimiciciae, quae est inter nos et sturnos. Et ait rex: Intellexi iam verba tua, et utinam corvus ille nunquam fuisset natus; quod nobis non contigisset hodie per ipsum hoc infortunium in quo sumus. Patres nostri peccaverunt et non sunt; nos autem peccata eorum sustinemus. Nunc autem relinquenda sunt haec: annuncia igitur mihi quid super haec facere nos oporteat. Scio enim quoniam nondum est animus eorum satiatus de hoc quod fecerunt no-

bis, sed iterum irruent in nos ad pugnam. Et respondens corvus dixit: Iam ostendi tibi propter quod non est bonum pugnare contra eos; veruntamen si poterimus suscipere argumenta quibus eos de mundo exterminaremus, faciamus illud. Nam vir intelligens potest sua intelligentia et sapientia facere illud, quod magnus et potens non potest. Iam enim relatum est mihi, quoniam quidam sua sapientia et argumentis deceperunt heremitam, ut negarent sui oculi quod viderant. Dixit rex: Quomodo

† fuit? Dixit corvus: Fuit quidam heremita, qui emit cervum ut offerret eum in holocaustum Domino; et dum portaret eum, obviaverunt ei tres homines deceptores, qui habuerunt consilium, ut ipsum sibi auferrent. Et ait ei unus eorum: Videte hunc heremitam portantem hunc canem: quid intendit facere de eo? Et ait alter: Video modum' heremitae et habitum; non tamen videtur mihi sic esse in operibus suis; nam si sic esset abiiceret utique canem. Ait tercius: Visne illum canem vendere? Et audiens haec heremita aestimavit illum cervum esse canem, dicens in corde suo: Forsitan qui vendidit ipsum mihi me decepit. Et proiecto cervo a se, festinavit ad domum: illi vero accepto cervo, diviserunt inter se. Induxi tibi hanc parabolam, ut scias, licet sturni sint potentes, possunt tamen

1ªr superari a nobis, argumentis | acceptis contra eos, ut exterminemus eos de hoc mundo. Nunc autem appone curam consilio meo et fac illud quod est, ut simules te in ira esse contra me permotum coram populo tuo, dilaniando et vulnerando me, donec me reddideris sanguine involutum, prostratum in terra et relictum apud arborem, in qua nostrorum est habitaculum. Tu quoque cum universo populo tuo discedens hinc, sitis in aliquo loco huic procul, ut ab illis non videamini, donec redibo ad vos cum responso veritatis. Et audiens haec rex fecit ita.

---

lin. 17. cer,|' ¦' E. — 26. *sanguinē* E. — 29. *videaminī*.

Post haec surrexit turba sturnorum ad insidiandum corvis; qui cum venissent ad arborem et non invenissent illos, reverti intendebant. Et videns corvus quoniam non perpenderant de ipso, dixit in corde suo: Afflixi personam meam et sum vulneratus ad mortem, ut per hoc devenirem in eorum societatem; modo recedent isti non videntes me, non est mihi bonum. Et prorupit vocem suam in fletum et suspiria, ut a turba sturnorum audiretur. Cunque audiret ipsum unus illorum accessit ad eum ex decem sociis suis, interrogans eum unde esset et ubi esset turba corvorum. Et respondens corvus dixit ei: Ego talis sum et filius illius; sed quid quaeris a me de corvis? Nonne respicis languorem et mea vulnera dolorosa? Quid de corvorum secreto scire possum aut aliorum consilia? Et ait rex sturnorum socio suo: Scito quod hic corvus est princeps regis corvorum et eius consiliarius et secretarius; et propter hoc quaere ab ipso propter quid et unde accidit sibi haec afflictio et tribulatio. Et interrogatus corvus respondit: Meum malum consilium et mei intellectus fatuitas ad haec me induxerut. Cui dixit: Et quomodo? Et ait: Scitote, quod quando fecistis corvis omnia quae potuistis, et de ipsis multos dissipastis, post recessum vestrum vocavit nos rex noster ante ipsum quaerens a nobis consilium super hoc. Et universi eius consiliarii deliberaverunt suum consilium super hoc, ut pugnarent contra vos praeter quam ego. Dixi enim eis: Nequaquam mihi videtur pugnare contra eos, quia potentiores nobis sunt et homines durae ceviciae; et date illis tributum quod vobis imponent, et tractate super hoc cum civitatibus vestris, ut concordent vobiscum in hoc. Ab illi consulebant penitus vobis esse rebelles et pugnare contra vos, dicentes illud bonum esse sibi et malum vobis: ego tamen eis ammodo

lin. 26. *dure cervicie* sic E.

insistebam subiici eos vestro servicio. Et dixi illis: Nonne scitis, quia non potest quis de manu potentis adversarii liberari, nisi ut sibi humilietur? Videtis enim fenum agri; salvum redditur a ventis furiosis, quia parvum est et humile et vicinum terrae, quod declinans a dextris et a sinistris; sed si obduratur stare directe contra ventos, tunc frangitur et in terram proiicitur. Et cum audirent a me, dixerunt mihi: Nunquid es tu de adversariis nostris? Videmus iam te nostris adversariis consentire, et intendis ad nostri perditionem, ut gratiam apud eos invenias et te in dignitate constituant. Et insurgentes adversus me fecerunt haec quae vides. Et audiens rex sturnorum dixit cuidam consiliariorum suorum: Quid tibi videtur de hoc corvo? Qui respondit: Nihil mihi melius quam ipsum exterminare de hac vita, quoniam est vir magni consilii et de nobilioribus consiliariorum et sapientum regis corvorum; et sua perditio erit nobis maxima tranquillitas, corvis vero magnum damnum atque defectus, quoniam non amplius habebunt qui det eis utile consilium. Dicunt enim sapientes: Quicunque invenit magnum quid et illud amittit, nunquam amplius recuperabit; et quicunque cupiens superare inimicum suum, et Deus praeparavit eum in manu sua, ipse tamen de eo non curat nec assumit adversus illum argumentum et aestimationem, ut illum perdat, non sibi prosit sua scientia, sed est ei in laqueum et impedimentum. Et quandocunque Deus tradiderit inimicum in manu alicuius, ipse tamen si non reddit se quietum et securum ab eo, poenitebit, quando servus inimicus de manu sua evaserit, et amplius contra eum non poterit. Postea vero interrogavit rex secundum consiliarium, ut quid ei videretur de hoc corvo. Qui respondit: Meum consi-

lin. 1. *suijbci* E. — 19. *iunenit* E. — 28. *ut quid ei videretur de hoc corvo.* scilic. *diceret.*

lium est, quod non interficias ipsum, quoniam mitis et pauperis miserandum est; quamvis adversarius est, liberandus tamen est a morte. Pluries enim inveniet homo subsidium in suo inimico, et redditur sibi amicus; quemadmodum facta est uxor senis diligens virum suum, postquam odio habuit ipsum. Dixit rex: Quomodo fuit? Inquit sturnus: (Parabola) Dicitur fuisse † quidam dives mercator senex valde, qui cum haberet uxorem pulcram, non tamen ab ea diligebatur, nec volebat sibi uxor sua in lecto adhaerere, sed quantumcunque ipse traheret ad se, il|la semper elongabat se ab eo. Quadam vero nocte, dum f.v iacerent simul in lecto, supervenit eis fur; et excitata mulier ad strepitum furis expavit, et accedens prae timore adhaesit viro suo fortiter donec excitatus est. Et ait vir suae uxori: Unde hoc novum, quia mihi adhaesisti nunc magis quam unquam? Et attendens vir audivit strepitum furis in domum; tunc percepit, quia ex timore furis adhaesit sibi uxor sua; et ait furi paterfamilias: Magnam gratiam reputo te mihi nocte ista contulisse, de quo tibi teneor cunctis diebus vitae meae, postquam fuisti causa, ut amplexaretur mihi uxor mea. Nunc autem accipe quaecunque vis, et omnia tibi de domo mea licita sunt. Dixitque rex tercio consiliario: Quid tibi videtur de hoc corvo? At ille dixit: Non videtur mihi nos ipsum debere interficere, quoniam quando quis invenit socium sui adversarii vulneratum et humiliatum, debet ipsum salvare et vivificare, quia erit hoc in sui bonum: ille namque indicabit ei processus adversarii sui et introitum et exitum eius et omnes eius semitas nunciabit. Quando vero intelligentes rebellantur et repugnant ad invicem, quasi eos superabit, et sequitur inde maximum bonum sibi, et eruetur a pluribus et maximis tribulationibus, quando sui adversarii ad se invicem discedunt; sicut evasit heremita propter discordiam, quae orta est inter furem et daemonium. Dixit ei rex? Quomodo fuit? Inquit consiliarius: Dicitur fuisse here- †

mita, cui data fuit vacca una; et cum duceret eam ad domum suam, quidam fur vidit illam, et furandi curam adhibuit. Ibat autem fur post eum usque ad domum heremitae; et cum esset in via, obviavit ei daemon in figura hominis. Cui dixit fur: Quis es tu? aut quid intendis? At ille respondit: Ego quidem sum daemon, et intendo nocte ista suffocare heremitam; et nunc sequor eum, donec homines sint in somno; tunc exurgam contra ipsum et interficiam eum. Et ait ei fur: Ego similiter intendo ire ad domum suam et furari vaccam suam. Et euntes iverunt pariter ad domum heremitae. Ingrediens autem heremita domum introduxit vaccam et comedit et intravit suum cubiculum ad dormiendum. Et cogitans fur dixit in corde suo: Dubito ne forte quando accedens hic daemon ad suffocandum heremitam, clamabit ipse, et succurrent ei homines, et non potero capere vaccam, sed me videntes capient et interficient
15r me. Dixit ergo fur daemoni: Si|le parum, et dimitte me capere vaccam prius quam tuam adimplebis voluntatem. Cui respondit daemon: Nequaquam hoc faciam, sed prius ipsum volo interficere, et postea facias quod intendis. At ille dicebat: Nequaquam, sed ego incipiam. Et orta discordia inter ipsos, fortiter inceperunt pugnare et rixari ad invicem, donec fur vocaret heremitam dicens ei: Surge, quia iste daemon vult te suffocare. Et excitatus heremita et sua familia, fugierunt fur et daemon, et sic evasit heremita a periculo mortis. Et propter hoc induxi vobis parabolam hanc, quia vir doctus et intelligens debet quandoque adhaerere socio sui inimici et ab ipso quaerere quid lateat in corde sui inimici adversus eum. Et factum est, dum consummasset tercius consiliarius regi loqui haec verba, respondit primus consiliarius regi, qui illum interficere consuluit, et dixit regi: Quomodo decepit vos corvus iste et detrahit vos suis blandis sermonibus, ut in ipso confidatis et credatis verba eius? Dicunt autem sapientes, quod

quando inimicus humiliatur verbis suis, ne credas ei. Vultis autem vosque ipsos perdere et consilium vestrum, et despicitis magnam rem, donec perditis illam. Sinite ergo ab hoc vestro consilio, et contemplamini sicut decet contemplari vir prudens et intelligens et tanquam sapiens qui novit opera sui inimici. Ne detrahatur cor vestrum, ut a bono declinet consilio: volo penitus, domine rex, ut ipsum interficias: timeo enim, ne si steterit nobiscum, finis noster male succedat. Vir enim doctus et intelligens non decipitur a verbis nec suum relinquit adversarium, quando trahit eum de suis manibus; insipiens vero seducitur verbis blandis et humilibus, nec sistit, sicut piger, quorum corda decipiuntur in his quae vident, et credunt quae audiunt, et detrahuntur ad verba inimicorum suorum, credentes magis quod audiunt, quam id quod vident et sciunt; sicut quidam carpentarius, qui denegans illud quod viderant oculi eius, credidit quod audiverant suae aures, et deceptum est cor suum. Dixit rex: Quomodo fuit? Inquit ille: | Dicitur fuisse pr
quidam carpentarius, qui pulcram habebat uxorem, quam †
multum amabat. Habebat et mulier illa amasium, qui cum agebat cum ea, et cum signatum esset suo viro a sociis et consanguineis, voluit vir inquirere hoc factum diligenter, ut sibi clare notesceret veritas huius rei, et credere non voluit de facto uxoris suae, nisi videret ad oculum. Dixit ei quadam die, ut pararet ei cibum, quia intendebat ire ad operandum in alia terra in domo cuiusdam nobilis, et ibi pluribus diebus moram trahere. Et audiens haec mulier laetata est valde. Et parato sibi cibo, exivit de domo, et ait uxori: Custodi bene domum et habe potestatem quousque redibo. Et cum ibat, respiciebat post eum mulier, donec prolongaretur a domo; et cum rediret mulier ad domum, latitavit vir in quodam loco post ianuam domus. Nocte vero accessit iste suaviter ad cameram et se sub lectum intromisit, in quo ipsi iacere solebant: mulier vero

aestimans ipsum recessisse, misit pro amasio suo significans ei, quia vir suus non erat in domo. At ille cum venisset, comederunt et biberunt et locuti sunt parabolas; postea vero iverunt ad lectum. Et cum iacerent in lecto, audivit vir omnia quae agebant. Et cum dormiret paterfamilias revolvit se et extendit pedem extra lectum in somno; mulier vero sentiens strepitum eius, cognovit quod maritus eius erat, et excitans cito suum amasium dixit ei: Scio quoniam maritus meus sub lecto est; nunc volo quod alta voce quaeras a me: Quem plus diligis, aut me aut maritum tuum? Et cum noluerim tibi dicere, insiste a me quaerere, donec dixero. Et cum ille interrogasset illam, respondit ei: Quare quaeris hoc a me? Nunquid putas, ne sit qui apud me dilectus et carus sicut meus maritus? Nos autem huiusmodi mulieres non diligimus amasios nostros, nisi quantum adimpleamus nostram concupiscentiam, personas eorum non respicientes, neque mores neque aliquid eorum considerantes: consummata vero nostra voluntate, efficiuntur in oculis nostris sicut ceteri homines de mundo. Maritus quoque melior mulieri quam pater et mater et fratres et filii; totus namque labor et eius intentio est in ipso. Et propterea maledicatur quaecunque mulier quae non diligit magis vitam mariti sui quam vitam sui ipsius. Et audiens vir suus haec verba confidit in amore suo ex his quae audiverat ab ea, dicens in corde suo: Nunc scio, quod uxor mea diligit me valde toto corde et mente. Et iacuit sub lecto in auroram, et
14r amasius cum sua uxore in lecto dormiens. | Mane vero recessit amasius mulieris in viam suam, marito ignorante, quia dulciter sub lecto iacuit dormiendo in stercoribus; mulier vero iacuit in lecto dormiens; et experrectus maritus bonus, exivit desubtus lectum et invenit suam uxorem suaviter dormientem, et coepit

---

lin. 13. *quis*?

bus. Qui cum sederet iuxta flumen, transivit super ipsum nisus portans suis pedibus muriculam, quae cecidit ante pedes eius. Quam videns heremita, misertus est eius; et accipiens illam, intendebat eam nutrire; sed timuit ne abhorreret familiam domus, et propterea oravit ad Dominum, ut ipsam converteret in puellam. Quo facto, duxit ipsum ad domum suam nutriens eam, et nihil significavit uxori suae, quoniam fuerat muricula, sed aestimavit uxor illam esse consanguineam. Et cum crevisset haec puella in nubilem aetatem, cogitavit heremita dicens: Non poterit haec ammodo esse absque marito, qui eam gubernet et in ipsa delectetur. Et ait heremita puellae: Elige tibi quem volueris in virum habere, qui te custodiat et gubernet; et rediens ego ad meum officium studebo in his quae mea sunt, ut prius. Et dixit ei puella: Virum non existentem similem sibi in potentia et dominio. Ait heremita: Nescio aliquem similem soli habentem in se tanta dominia et imperia; et orans ad Deum, petam, quod desponsare te faciat a solis rectore. Et mundificatus oravit dicens: | O sol claritate 1b et bonitate fulgens, qui creatus es ad illuminandum creaturas Dei, benigne et graciose peto, ut tradas hanc filiam meam in uxorem tuo rectori, quoniam petiit sibi dari virum, qui omnes in fortitudine praecellat et vigore creaturas. Et respondens sol dixit ei: Iam audivi petitionem tuam nec debeo faciem tuam convertere [in]vacuam in tui orationem propter gloriam et gratiam, quam tibi Deus concessit prae aliis creaturis. Veruntamen indicabo qui fortior me est. Et ait heremita: Quis est ille? Dixit Sol: Rector nubium, qui eius virtute occupat lucem meam et resistit mihi, ut seculum illuminare non valeam. Et accedens heremita ad locum ubi nubes de mari descendebant, et orans petiit rectori eorum sicut fecerat soli: Cui respondit rector nubium: Intellexi quippe verbum tuum, et vere concessit mihi Deum potentiam quam etiam suis angelis non con-

cessit. Veruntamen indicabo tibi, qui maior et fortior me est. Ait ei heremita: Quis est ille? Cui respondit: Est rector ventorum, qui movet me et ducit me ab ima mundi extremitate in alteram, non potens ei resistere nec eius mandata revocare. Et accedens heremita ad rectorem ventorum, et dixit ei sicut dixerat aliis. Et ait ei rector ventorum: Vere potens sum sicut dicis et prae multis aliis creaturis mihi Deus concessit dignitatem. Veruntamen indicabo tibi, qui potentior me est et quem nitor superare et non possum. Et ait ei heremita: Et quis est ille? Dixit rector ventorum: Ego non sum ita potens sicut mons iste, qui ante te est. Et volvens heremita se ad montem dixit: Volo ut accipias filiam meam in uxorem tibi, et cum sis potens potentium et dominans dominantium. Et ait ei mons: Veritas est sicut dicis: veruntamen indicabo tibi, qui fortior me est, qui fodit et dissipat me nec possum ei resistere. Et ait ei heremita: Quis est ille? Cui dixit mons: Est mus. Et accedens heremita ad mûrem dixit ei sicut dixerat monti. Cui respondit mus: Veritas est sicut mons de me dixit: veruntamen quomodo erit mihi conveniens habere uxorem de genere humano, cum ego sim mus et meum habitaculum sit in cavernis terrae et saxorum foraminibus? Et rediens heremita ad puellam ait: Filia mi, visne esse uxor muris? quia non reperi fortiorem ipso, cum non reliquerim etiam unum de potentibus et dominantibus, quem non exquisiverim, et omnes indicaverunt mihi ipsum murem. Visne igitur, quod invocans Deum meum petam te muriculam esse, ut cohabites ei? Cui respondit puella: Quicquid tibi placet, pater, fac. Et oravit heremita Deum, et puella in muriculam est conversa; et tradidit ipsam muri, introducens eam in sui cavernam. Induxi vero hanc parabolam propter seductorem, quia si igne combustus esses, nihilominus ad principium tuae naturae redires et in radice tuae primae creationis persisteres. Et noluit rex sturnorum sociique eius

acquiescere consilio et verbis huius sturni et sermonibus, ita ut addebant ad diligendum eum et in ipso confitendum. Et ait corvo rex sturnorum: Non est necesse te comburi: nos ipsi vindicabimus te de aliis. Ait autem corvus: Inveni gratiam in oculis regis sturnorum. Et moram traxit cum eo donec eius vulnera sanata fuerunt et renata fuit caro sua et membra eius fortificata. Qui cum stetisset ibi et totum secretum regis sturnorum scivisset, transvolavit quadam die latenter, et ivit ad regem corvorum. Cui dixit: Gaudium vobis annuncio, quia tradidit Deus in manu nostra inimicos nostros. Et ait rex: Quid ergo vides esse faciendum? Ait ei corvus: Scito quod universi sturni manent omni nocte in quadam caverna et ibi recolliguntur. Nunc autem accipientes unusquisquam nostrum frusta lignorum iuxta suum posse, superponentes cavernis sturnorum, ego portans ignem ponam in lignis, et vobis flantibus ore atque alis, accendatur. Quicunque enim de caverna exierit, comburetur; et qui intus manserit, morietur fumo et calore. Fecerunt itaque corvi sicut ille illis consuluit; et mortui sunt universi sturni incendio. Et redeuntes corvi ad suum locum vixerunt toto suo tempore confidenter et pacifice. Postea vero dixit rex corvus illi corvo consiliario suo: Miror quoniam tamdiu potuisti morari cum sturnis et cum illis conversari: dicunt enim sapientes, quod morsus serpentis et ustio ignis tolerabiliores sunt conversatione malignorum et societate impiorum. Et respondit ei corvus dicens: Verum est sicut dicis, domine rex; veruntamen vir prudens cohabitans adversariis suis oportet ut patiatur universas tribulationes et loquatur quod ipsis placet, et asperitatem verborum ipsorum sustinet vultu placabili, responsum dans unicuique ad placitum, et cum ipsis se ge|rit pacifice, et parat suum humerum ad sustinendum 1ᵇ

lin. 8. *letanter* E.

omnia onera verborum suorum adversarium, quae sibi sunt peiora transvorantibus sagittis; sicut facit sapiens aeger, qui sumit tyriacam amaram propter sui effectum medicationis, quem postea ex ea percipit. Et dixit rex corvorum: Annuncia mihi nunc, quomodo erat scientia sturnorum et ipsorum prudentia. Et ait corvus: Apud nullum eorum reperi consilium et intelligentiam nisi apud unum, qui consulebat me perdere; et prae nimia eorum fatuitate ignorantia et stulticia, de suis dictis non curaverunt, nec consideraverunt me esse maiorem omnium et tuum consiliarium, nec dubitaverunt me posse contra eos movere argumenta; et despicientes consilium eius, non respexerunt ultima dona. Dicitur autem, quod quicunque invenit suum adversarium in magna dignitate et honorabili statu apud eius socios, debet se praeservare ab eo et ipsum timere; sicut timendum est de serpente, in quo quis nunquam debet confidere. Et ex multa eorum stulticia non celaverunt mihi eorum secreta nec se a me praeservaverunt. Dicitur autem, quoniam oportet unumquemque praeservare se ab omni re dubia et cavere sibi in suo consilio ab omni qui suspectus redditur in oculis eius, et quantum potest, suum fugiat inimicum nec accedat ad ipsum nec intret in aquam simul cum ipso nec in suo loco ubi iacet nec eius vestimentum induatur, et caveat ab equo quem ipse sumit, et a corona sui capitis, nec in ipso confidat verbo et opere, sed in viro fideli qui mundus est corde. Dixit ei rex corvorum: Non accidit sturnis

---

lin. 2 *transvorantibus* E. *transf.* — 5-6. *prudentium* E. « Parle-moi de la sagesse et de l'intelligence des hiboux. » Derenb. 114. — 12. *non respexerunt ultima dona.* sic E. « ils rejetaient son conseil, ne comprenaient rien, n'écoutaient pas le sage, et n'avaient ni défiance ni crainte de moi. » 115. — 22. *loco* E. legendum est *lecto.* « ni se mettre sur le lit ou ils sont couchés. » 116. — 23. *que* pro *quem* E. — 25. sqq. *non accidit sturnis nisi* etc. sic E. « Les hiboux n'ont été tués que par leur sottise etc. » 116.

nisi sua stulticia et defectus prudentiae eorum et superbia et vile consilium eorum. Et ait corvus: Iuste dicis. Qui semel pervenit ad consilium imperii, qui non recalcitraverit? aut fuerit seductus a mulieribus, et ipsum non revocaverit? aut quis confisus fuerit in illis, et sibi fidem observaverint? aut quis stultos habuerit consiliarios, et non perierit de hac vita? Dicitur autem, quod quicunque decipitur suo consilio, carebit bona memoria et fama; deceptor vero et seductor non habens socios et amicos nobilitatem facit in aliam doctrinam declinare; avarus autem caret omni bono; cupidus vero multa congregat peccata; rex autem negligens et notorum suorum et consiliariorum suorum vilipendens consilium, perdet animam suam. Dixit rex corvorum: Maxima super te transivit tribulatio, | qui sturnis fuisti humiliatus et sub eis afflictus, eorum tolerans molestiam. Et ait corvus: Vere haec omnia super me transierunt et ea recepi et sustinui, salutem sperans et futuram tranquillitatem pro nobis. Quicunque enim sustinet tribulationem propter bonum quod inde sperat habere, non debet ei esse difficilis molestia. Audivi iam quomodo serpens factus est servus cuiusdam ranae, ut esset ei equitator tempore necessitatis, attendens per hoc salutem et bonum sui ipsius. Dixit rex corvorum: Quomodo fuit? Inquit corvus: Quidam fuit serpens, qui cum valde †
senuisset, eius defecit potentia, ita ut venari non posset amplius et suum victum habere. Quadam vero die nisus fuit sibi tantum, quod ambulavit usque ad fontem, in quo erant multae ranae, ad quem solebant venire quotidie. Et cum ipsum ranae viderent, dixerunt ei: Quid habes, vel quid tibi deficit, quod

lin. 4. *revocaverit* sic E. « Qui s'est laissé séduire par les femmes sans se perdre? » 116. — 8-9. *deceptor vero . . . declinare* sic E. « le séducteur et le fripon n'ont ni compagnons ni amis; une mauvaise éducation ôte tout prix à la générosité etc. » 116. — 19. *tervus* pro *servus* E.

te videmus tristem et mitem? Quibus respondit: Quid boni post senium videtis, nisi me in tanta defectione post senium constitutum? Quare igitur quaeritis a me? Nonne scitis, quia omni die insidiabam vobis et de vobis meum victum capiebam? Nunc autem virtus et potentia mea declinaverunt, et extenuata est mea caro, ossa mea liquefacta sunt et mea pellis putrefacta, ita ut a vobis meum victum ammodo non valeam capere, ut pristinis temporibus consuevi, neque etiam vos commorari non valeo; etiam si ascenderitis super me, non possem utique me a vobis defendere. Nunc autem rogo vos ut eatis ad regem vestrum annunciantes ei. Et cum annunciassent haec regi eorum, venit ad eum rex et ait ei: Quid habes seu quid tibi est, ex quo sic misere hic te praesentas? Cui respondit serpens: Quaerens fui hac nocte ranam quandam et secutus sum illam in multis locis, ita ut tandem deveni ad hospicium 16v cuiusdam heremitae habentis dilectum filium | sibi valde. Et dum filius ille ambularet, oppressit me suo pede, et ego ipsum momordi; et videns haec heremita me quaesivit, et cum non invenisset me, quia fugeram, oravit ad Deum suum, ut auferret mihi potentiam et vigorem; et factus sum ita tristis et miser inter omnes socios meos. Nunc autem, mi reverende domine rex, in manu tua sum: fac in me quod tibi placet, et si volueris, ero in equitaturam tibi. Et cum audiret haec rex ranarum, aestimavit in animo suo, qui magnus sibi honor esset, si super ipsum equitaret; et pluribus diebus super ipsum equitavit. Quadam vero die dixit serpens regi: Nostis bene, quam

---

lin. 1. sqq. « — Vous ne voyez donc pas, répondit le serpent, combien je suis vieux, pour que vous m'adriessiez une telle question? — Qu'est-ce qui t'arrive? reprirent le grenouilles. — Il dit; j'allais. etc. » Derenb. 118. — 7. *ita ut* etc. « je ne puis plus rien contre vous; vous monteriez sur mon dos que je ne pourrais plus me défendre. » 118.

misera sum personae nec potens sum ad venandum aliquid pro mea vita; bonum autem quod mihi confers, ad honorem Dei facies: supplico, ut mihi pro vita provideas. Et ait rex: Scio bene te non posse vivere absque aliqua provisione, qua valeas sustentari: ex quo mihi factus es equitatura, volo tibi providere in sustentamentum vitae. Et mandavit pro sua vita dari sibi omni die duas ranas; de quibus vixit serpens diebus vitae suae, et factus est serpens equitatura regi ranarum. Induxi tibi hanc parabolam, ut scias quoniam totum quod sustinui a sturnis ex angustiis et tribulationibus non fuit mihi malum, immo percepimus iam per illud multum bonum, quia nostros exterminavimus inimicos. Dixit rex corvorum: Vere potest quandoque homo superare inimicum cum dolo et verborum blandiciis et se illi humiliando, magis quam possit illum superare cum potentia et exercitus multitudine. Argumenta autem et ingeminatio meliores sunt ad destruendum inimicum quam opera violentia. Ignis enim, quamvis sit fortis, quando apprehenditur in arbore, non urit de ea nisi quod invenit circa terram: aqua vero non est fortis, sed quando cotidie cadit super arborem, eam radicibus extirpat de terra et agit in ipsa quod ignis agere non potest. Tu quoque tuis argumentis dereliquisti sturnos absque ramo et radice: nec de cetero timemus eos, et ammodo permanebimus pacifice et confidenter. Dicitur autem, quod quattuor sunt, quorum paucum est sufficiens et eorum paucum vincit multum; quae sunt: Aegritudo, inimicus, detrimentum et ignis. Dixit corvus Quicquid boni nobis advenit, ex perditione scilicet inimicorum nostrorum, [non] fuit de bono domini regis et eius prospera fortuna, non autem meo valore et virtute nec mea sapientia.

---

lin. 1. *misera* sic E. — 26. « le feu, la maladie, l'ennemi et le torrent ». Derenb. 121.

Dicitur autem, quod quicumque intendit mala agere contra regem doctum et intelligentem, praecipue quando fuerit rex iustus et sanctus, male agit; et qui non recalcitrat de nimia prosperitate nec turbatur pro nimia adversitate, seipsum offendit. O rex, qui es intelligens et sapiens, sciens omnia magni consilii arte, in hora irae tuam reprimens voluntatem, abhorrens omnia mala, sollicitus ad inquirendum veritatem, et in temporibus superbiae et irae respiciens futura, considerans hodie quid erit in crastinum; nec irascit cum eius multiplicantur adversitates, nec cor eius elevatur super sociis et amicis, quando eis prosperitates affluunt, quaerens eis suo posse quod bonum est. Et qui quaerit malum agere regi, sibi ipsi agit. Et ait rex corvorum: Nequaquam hoc fuit nisi tuo intellectu et consilio; nam ego a diebus meis te cognovi cum istis moribus. Tu quoque locutus es verba virorum misericordium et permanentium in foedere dominorum suorum, quia vere spopondisti magna agere intellectu et magnis argumentis, donec tranquillos nos reddidit Deus ab inimico magno et pessimo et crudeli, et operatus es in ipso opus quod pauci sunt scientes facere. Vir enim potens, quando insidiatur ei castramentum et interficit decem vel viginti viros, iam reputatur fecisse magnum quid; sed vir intelligens et ingeniosus, sicut tu es, suo consilio et argumentis destruit magnos reges et multos exercitus, et potest ipse solus suum perdere inimicum magis quam ipsi grandes et potentes. Maius autem de quo miror de tuis operibus est, quia ipsorum sustinebas contumelias, et increpationes quas tibi inferebant, tolerabas, et suorum maliciam verborum audiebas; ac pro tanto minime errasti in aliquo, dum stares cum eis, nec unquam in te iracundiam

---

lin. 5-12. *O rex . . . quod bonum est.* sic E. Cfr. Derenb. 121-122. — 13. *cornorum* E.

perceperunt. Et ait corvus: A tuis iudiciis non declinavi, quoniam tu me docuisti, et tuam observavi doctrinam, domine rex, et trahebam corda eorum suavi sermone et humili lingua, et ostendebam eis amorem et risum, ut non cognoscerent in me aliquid suspicationis, et tuum consilium mandatum et doctrinam adimplevi. Dicitur enim: Quando fueris inter duos inimicos et eos timeris, cape illos sapientia, et seduc eos prudentia, et humiliare te illis, et cave tibi, ne contra eos anima tua superbiat, et ne exasperas verba adversus eos, quoniam non sic faciendo, nunquam eos superabis. Et ait rex corvorum: Video te ita esse sicut tu consuluisti. Dicitur autem, quod quando rex habuerit consiliarium probum et in|telligentem, K4r et voluerit rex aliquid facere, quamvis illud differatur, erit eius finis ad bonum, et prosperabitur quod faciat; quando vero malum habuerit consiliarium, ornatum sermone absque opere, et voluerit rex aliquid facere, quamvis in suo principio prosperetur, in suo tamen fine praecipitabitur et irascetur et poenitebit. Et magis quidem laetor, quia salvum te fecit Deus de manu ipsorum, quam de quiete et prosperitate quae nobis pervenerunt: nam a die, qua non videbamus te, non valebat nobis comedere et bibere et dormire ex passione qua compatiebamur tibi. Dicitur enim, quod non sapit aegro somnus, donec sanetur; nec alicui cupido, cui mandavit rex magnam pecuniam exhibere, donec eius mandatum perficiatur; nec timenti suum inimicum, donec ipsum perdat a saeculo et ab eo tranquillus reddatur. Et dicitur quidem: A quocumque cessaverit aegritudo, invenit quietem corpus eius; et qui deposuit a se onus, suis lumbis requiem adinvenit; et qui suum perdit inimicum, suo cordi quietem adinvenit. Ego similiter quietem inveni de eo quod Deus per manum tuam operatus

---

lin. 6. *duos* E.; *tuos*?

est. Et ait corvus: Peto a Deo tuo, quod sicuti a tuis inimicis reddidit te tranquillum, sic conservet tuum regnum ac tuum vigorem continuet et addet ad tui gloriam. Et ait rex corvorum: Indica mihi nunc, quomodo erat rex sturnorum in suo regimento consilio et populo. Ait corvus: Erat rex sturnorum stultus piger superbus; cuius consiliarii omnes stulti erant praeter unum, qui consuluit me interficere. Dixit rex corvorum: Quid tibi visum est de eo, qui te consulebat interficere, quia laudas ipsum tantum? Et respondit corvus: Erat sapiens et intelligens, sciens res ante adventum ipsorum, diligens suum regem et nihil ei celans de quo timendum esset; et quando videbat ipsum aliquid volentem facere, loquebatur ad sui animum et docebat eum viam rectam et ei veritatem exponebat et praestabat ei consilium suae animae et cordis. Post hoc dixit Sendebar philosophus: Vide quid fecerunt corvi ipsis sturnis cum sint inbecilles. Est autem in hac doctrina et disciplina omni sapienti suum timendi inimicum: debet enim se praeservare sicut corvi fecerunt, nec unquam credat suo inimico, et si ei dilectionem ostendit, quia non est sicut cor suum. Quicunque vero multiplicat amicos et socios, erunt ei refugium in tempore adversitatis.

CAPITVLVM VI. DE SIMEA ET TESTVDINE ET EST DE EO QVI AFFECTAT HABERE AMICVM QVO HABITO NESCIT EVM CONSERVARE DONEC AMITTAT EVM.

Inquit rex Disles Sendebar suo philosopho: Intellexi verba tua quae dixisti, quoniam oporteat hominem praeservare se quando accidit ei aliquid a suo inimico. Nunc autem indica

lin. 16-17. *Est autem ... inimicum.* sic E.

mihi, quid melius est, aut bonum acquirere, aut bonum acquisitum conservare. * Sunt enim qui bonum quaerunt et illud inveniunt, sed nesciunt illud conservare, donec illud amittunt, et redduntur confusi, sicut remansit testudo confusa a symeo. Dixit rex: Quomodo fuit? Inquit philosophus: Dicitur, quod cum rex symeorum senuisset et suum vigorem ac eius virtutes amisisset, perdidit eum unus ex famulorum suorum, et ipsum expulit de suo regno, et regnavit ipse in loco eius. Et fugiens symeus, abiit ad littus maris, in quo erant multae arbores ficuum; et ascendens symeus ad ficam, comedebat de ficubus. Et cum cecidisset una ficus de mano sua in aqua, vidit illam testudo; et accipiens testudo ficum, comedit illam. Et cum placeret symeo sonus casus ficus in aquam, proiiciebat unam post aliam; testudo autem accipiens comedebat illas, nec sciebat quod symeus ipsam proiiceret. Et educens testudo caput de aqua respexit symeum, et symeus ipsam; et stupefacti ad invicem, voluerunt simul associari, et firmato foedere inter se, habitabant simul. Stans itaque diu testudo cum eo oblita est redire ad suam domum, nec apposuit curam de sua uxore, ut ad ipsam redire affectaret; et videns uxor sua quod non rediret ad eam, facta est tristis et multum doluit, annunciavitque hoc cuidam sociae suae; et ait ad eam socia sua: Nequaquam dubites de tuo viro; audivi enim quoniam est in tali littore maris in societate cuiusdam symei, et comedunt et bibunt et gaudent simul, et propter hoc ad te non rediit. Nunc vero ne cures de ipso, ex quo tui oblitus est et vilis suis oculis reputeris, quemadmodum et tu ipsum in oculis tuis: veruntamen si poteris invenire argumentum contra illum, qui ipsum a te separavit, donec illum perdas sapienter, ut vir tuus non percipiat, facias. Et ait ei: Quomodo faciam haec? Cui illa dixit: Volo nec comedas nec bibas nisi parum, et exponas te soli et ventis; postea adveniente tuo viro, indicabo tibi

K'v consilium. Illa vero [non] cura|vit facere quod eius socia sibi consuluerat, comedebat et bibebat parum et stabat ad solem et ad ventos, donec exiccata est cutis eius ut lignum aridum et extenuata est facies eius. Post hoc vero recordatus vir eius familiae rediit ad domum suam et invenit eius uxorem iam consumptam et ex carne sua extenuatam; et cum quaereret ab ea de sua infirmitate, illa non respondebat ei verbum, sed ostendebat se iracundam contra ipsum. Et respondens eius socia ait ei: Scio quod ista aegritudo quae accidit ei, pessima est; suscipit tamen curationem, sed non est tibi possibilis. Et ait ei maritus: Rogo, indica mihi medicinam, forsitan eam potero invenire; ipsa enim vere novit, quoniam si quaereret animam meam, non ei vetarem. Et ait socia: Scito, quod aegritudo haec curari non potest nisi cum corde symei, ut illud comedat; et si illud nunc haberet, mox esset sana. Et audiens maritus hoc verbum cogitavit dicens: Hoc est mihi impossibile, ut potero habere cor symei, ut seducerem socium meum fidelem et proderem ipsum; quod absit mihi hoc subire peccatum. Nec possum hoc evitare ne forte moriatur uxor mea: nam bona mulier auro et argento non valet comparari nec etiam margaritis; ipsa est enim subsidium pro viro in hoc seculo et etiam in futuro. Decet ergo me ipsam de morte liberare. Et exurgens ivit ad symeum cogitans in corde suo, dicens: Quomodo faciam hoc malum, ut interficiam meum socium fidelem et delectabilem propter meam uxorem? Et ibat ambulans et cogitans in corde suo donec pervenit ad symeum; et videns ipsam symeus gavisus est, et exiens obviam sibi salutavit eam et dixit: Unde venis? et quare tantum tardasti venire ad me? et quid fuit illud quod te retinuit ad me venire? Cui respondit testudo: Non retinuit me aliquid, nisi quia verecundia op-

---

lin. 20. *aro* pro *auro* E.

primebat me, quia non regraciatus sum tibi de tanto bono quod mihi tribuisti; licet sis nobilis et prodigus, debes tamen fructum tuorum operum recolligere et metere semen tuae bonitati, quod quidem difficile est mihi et molestum, quia nunquam te honoravi nec tibi aliquid boni feci. Et ait ei symeus: Nequaquam debes verecundari a me, neque mihi talia dicas, quia vera non sunt; non enim ego quaero a te nisi tuam societatem et mei cordis solatium | erga te, et sufficit mihi quod Iv
in te obliviscar tristiciae meae et tribulationis, quae mihi supervenerunt a die qua reliqui regnum meum a domo mearum deliciarum expulsum et filiis et consanguineis meis. Et ait ei testudo: Decet per omnia, quod amicus amico et socius socio de benis concessis recompensam faciat, ut cognoscantur ad invicem, et ostendat ei dominium et bona et filios et consanguineos suos, et comedat de pane suo. Tu nunquam intrasti domum meam nec aliquid boni a me percepisti, quod quidem mihi verecundum est. Et ait symeus: Non debet quis quaerere de amico suo nisi quod manifestet cor suum et sibi totam revelet dilectionem et eum diligat ut seipsum: omnia autem praeter haec vana sunt. Equi enim, boves et asini coniuncti sunt ad invicem, quando comedunt eorum escas; fur vero adhaeret illis in nocte non ex sui dilectione quam habeat erga illos, sed ut furetur illos. Et ait testudo: Vere et iuste dicis, quia non debet quis de amico suo quaerere nisi amiciciam suam et conservare sibi fidem et non ad meritum quod ab eo recipiat. Dicitur autem, quod quicunque quaerit aliquid ab amico suo, non multum frequenter ipsum aggravare suis petitionibus; quia vitulus quando multum nititur sequi suam matrem, percutit eum mater, ut corruat in terram.

---

lin. 7. *ergo* E. — 22. *adhaeret illis* sic E. « puis le voleur entre bien la nuit dans la maison de son prochain etc. » Derenb. 132.

Ego autem debeo te quaerere et remunerare tibi secundum opera tua pro posse meo. Et non locutus sum tibi haec omnia quae dixi, nisi quia novi voluntatem tuam et morum tuorum complementum. Et propter hoc volo, ut venias ad domum meam, quoniam est in loco multarum arborum et bonorum fructuum, et prope est. Nunc autem, frater mi, volo ut ascendas super dorsum meum, et portabo te ad illum locum. Et audiens symeus memorationem arborum et fructuum, superavit eum suus appetitus, et ait illi: Volo venire tecum. Et ascendens super dorsum ipsius, portabat ipsum testudo per aquam. Et cum essent in medio aquae, recordatus est sui peccati, quod proponebat agere contra symeum; et stabat cogitans et dicens in corde suo: Hoc quod facere intendo, maximum est peccatum, et ero sibi proditor, cum in manu mea exposuerit animam suam et habuerit me fidelem super ipsum, et ipse est meus frater et socius; et maxime propter mulierem, quoniam non est fides in mulieribus propter earum fragilem dilectionem et foederis inconstantiam. Et dicitur quod aurum igne examinatur, homines vero in suis negociationibus, bestiae vero in gra-
K²v vi|bus ponderibus, mulieres vero in nullo potest homo probare nec unquam eas cognoscere. Et cogitans in his omnibus stabat et natabat. Cunque videret symeus, quod sic staret et non procederet, aestimavit illum forsitan aliquod malum cogitasse adversus se, dicens: Quis scit, utrum perversum sit cor socii mei in malum super me et intendat me offendere, aut non? Nam nihil est in mundo tam cito convertibile sicut cor. Et dicitur, quod quicquid est in corde socii, inimici, fratris, patris, matris et mulieris, suis verbis et operibus manifestatur, quia omnia haec testantur quae in cordis latent. Et ait socio suo: Amice, cur non natas? Estne aliquid quod meditatus timuisti? At ille: Doleo inquam multum de eo quod non potero te honorare sicut deberem, quoniam introduxerim te in domum

meam, propter infirmitatem uxoris meae et eius defectum. Et ait symeus ad eam: Scito quod dolor et tristicia nihil tuae auferunt adversitatis nec tibi prosunt: desine ergo ab huiusmodi et quaere medicinam uxori tuae, quoniam melius tibi erit quam in hac pertristatione persistere. Et ait ei testudo: Iam pro ea quaesivi medicinam, et dicitur mihi non posse curari nisi sumendo cor symei. Et cogitans symeus in corde suo dixit: Maledictus sit appetitus iste; quantas tribulationes infert hominibus! Plus et multum plus sit maledictus apothecarius ille qui eam sic docuit. Iam et sic duxit me mea magna concupiscentia incidere in laqueum, a quo nullum habeo refugium nec evasionem nisi per argumenta et sollicitudinem. Iustus quippe est sermo eius qui dixit: Quicunque fuerit contentus de eo quod datum est ei et non quaerat ultra, securus permanebit et illaesus; viri autem concupiscentiae et quibus non sufficit quod datum est eis, consumunt dies suos in malum, in tristicia et in timore persistunt. Nunc ergo mihi oportunus est intellectus, egeo consilio quo valeam evadere a laqueo quem incidi. Et dixit symeus testudini: Hoc quod quaeris a me, quare non dixisti mihi dum eramus in littore? Ivissem utique ad domum meam et accepissem cor et portassem illud mecum ac ipsum uxori tuae tradidissem: tribus enim, ut dicunt sapientes, non debet petitio denegari, heremitae scilicet propter meritum quod a Deo expectatur, et regi propter potentiam, et mulieribus quia sunt vita hominis et eius subsidium. Dixit ei testudo: Et ubi est cor tuum? Cui respondit symeus: In domo mea reliqui illud. Cui dixit testudo: Quare hoc fecisti? Et ait symeus: Quoniam est nostrae consuetudinis, ut quando a domo recedimus ad occupandum aliquem sociorum nostrorum, ipsum cor in domo relinquimus, quoniam est odiosum et vindicativum, nec nobiscum ferimus, ut non valeamus odire amicos nostros; et sic amovemus corda nostra et nostra vi-

scera mundificamus ab omni odio a sociis nostris. Nunc autem si vis, redeamus et capiamus illud, et tradam tibi. Et cum audiret testudo hoc verbum, gavisa est valde et ait ad eum: Maximum bonum mihi facis. Et rediit cum eo fostinanter donec ad littus maris pervenirent. Et festinans symeus saltavit de dorso testudinis ad arborem, et relicta testudine in terra, stabat symeus in arbore. Et cum multum tardasset, vocavit ipsum testudo dicens: Amice, descende et affer cor tuum et eamus. Cui respondit symeus: Video te me reputasse sicut asinum, de quo vulpes dixit non habuisse aures et cor. Dixit te- † studo: Quomodo fuit? Cui dixit symeus: Dicitur fuisse apud quendam locum leo, cui natum erat apostema, de quo extenuatus est et in maximum pervenit defectum, ita ut venari non posset aliquid pro sua vita. Erat autem cum eo vulpes cuius victus erat residuum leonis et quod sibi erat superfluum postquam comedit; et facta est haec aegritudo leonis vulpi valde molesta, quia amiserat escam et portionem suam. Quadam vero die dixit vulpes leoni: Domine animalium, quare video te macilentum et perditum? Cui respondit leo: Hoc quod vides in me, non est nisi ex apostemate quod accidit mihi, cui non invenio medicinam nisi cum corde et auriculis asini, ut loto meo corpore bene in aqua fluente, comederem illas et tunc reficerer. Dixit ei vulpes: Hoc mihi facile est, quoniam scio prope nos fontem, ad quem fullo venit omni die ad candidandum pannos, secum ducens asinum; quem ducam ad te, ut de eo captes quod vis. Dixit ei leo: Si mihi hoc feceris, erit apud me maxima gratia. Et festinans vulpes accessit ad locum ubi erat asinus dicens ei: Quomodo video te defectuosum et macrum? Cui respondit asinus: Hoc est ex malicia mei patroni, qui me affligit et tenuat fame. Et ait ad eum vulpes: Quare igitur vis esse secum? Et respondit asinus: Quo valeo ire? Ubicunque enim iero, simile mihi continget. Et dixit vulpes:

Veni mecum ad quoddam pascuum bonum, in quo sunt multae asinae, nec est ibi mugitus leonum nec strepitus ferarum. Et audiens haec asinus, placuit sibi, et dixit: Non solum teco vado propter asinas, sed ex nimia dilectione quam habeo erga te. Et | exurgens ivit cum eo. Venientibus illis ad leonem, ga- ΓΥ
visus est leo; cum autem invadere vellet asinum leo, ex debilitate corporis sui non potuit ipsum laniare, et dimisit asinum illaesum ab eo discedere. Cum hoc vidisset vulpes, ait leoni: Domine ferarum, quid est hoc quod fecisti? Iuro tibi, si illum dimisisti tua voluntate, magnum laborem et afflictionem famis mihi intulisti; si vero ex tua impotentia dimisisti, vae nobis! quia perditi sumus nec in nobis amplius erit potentia acquirendi vitulum. Et nolens leo, quod perpenderet vulpes suum defectum, cogitavit dicens: Si dixero ei, quia volui ipsum dimittere, reputabit me fatuum. Et ait ad eum: Si poteris ipsum iterum ad me ducere, indicabo tibi quare illud feci. Dixit vulpes: Iam expertus est asinus deceptionem meam: vadam ad ipsum secundario et ei parabo argumenta quae potero. Et exurgens ivit ad ipsum. Et cum videret eum asinus a longe dixit ei: Vae tibi! quid amplius quaeris in me agere? Et ait ad eum vulpes: Non intendo in te agere nisi omne bonum: veruntamen veni tecum ad asinas quas tibi dixeram, et vidisti quid tibi faciebant ex nimia earum dilectione erga te et quia tua conversatione delectabantur; tu autem expavisti aestimans tibi in malum facere; veruntamen si parum sustinuisses, vidisses gloriam quam nunquam vidisti. Et cum asinus a diebus suis non vidisset leonem nec sciret quid esset, rediit secundario cum vulpe, qui affectabat esse cum asinabus quas sibi significaverat; et cum accederet ad leonem, rapuit ipsum leo et interfecit illum. Et dixit vulpi: Conserva ipsum donec vadam et abluam corpus meum iuxta informationem medici mei. Et cum iret leo ad lavandum se, comedit vulpes aures et cor

asini; et cum rediret leo, dixit vulpi: Ubi sunt eius auriculae et cor? Cui respondit vulpes: Scire debes, quoniam si habuisset auriculas et cor, quibus me audisset et intellexisset, non K5v iterum ad te venisset, postquam de manu tua evasisset. | Porro induxi tibi hanc parabolam, ut scias quod non ego sicut ille asinus facere volo (dixit symeus ad testudinem). Tu quoque me decipere intendebas seductionibus et proditionibus, et evasi a te meo consilio et intellectu. Dicitur autem quod quicquid stultus dissipat, sapiens reparat. Et ait ad eum testudo: Iustus es in sermone tuo; et scio quidem, quoniam vir sapiens abbreviat verba et perficit opera, per quae peccata recognoscit, et emendat stulticiam suam per suum intellectum: sicut homo luctans et corruens in eadem informatur et elevatur. Sendebar philosophus inquit, quod quicunque quaerit aliquid praeciosi et invenit illud, sollicite studeat diligentiamque frequenter apponat, ne per leves et viles occasiones rem utilem inventam amittat; non enim semper alicui conceditur post damnum acceptum meliora aquirere. Et super hoc ait rex Disles philosopho Sendebar: Per fabulam tuam intellexi, quod decet viros sapientes considerare et animadvertere, ut rem sibi acquisitam conservare sciant et ad comodum seu profectum exponere; cum non solum reputatur sapiens, qui multa scit congregare, seu per scientiam laboremve multa adipisci, sed qui collecta acquisitaque reservare scit ea ac in rebus suae personae utilibus exponere. Quicunque enim hoc facit, nunquam diebus quibus vixerit poenitebit; summeque cavendum est, ne forsitan eius

---

lin. 13. *in eadem* scilic. *terra*. Cfr. J. in D. 142. — 14-25. *quod quicunque querit.... ea ac* (sic) *in rebus suae personae utilibus exponere.* In J. haec tantummodo sunt: « Les hommes intelligents doivent donc réfléchir à ce qu'ils font, conserver la chose dont ils ont besoin, lorsq'ils l'ont rencontrée. » Derenb. 142-3.

ficabo mihi tunc grandia et excellentia aedificia prae omnibus meis vicinis et consanguineis, ita quod omnes de meis divitiis loquentur: nonne erit mihi illud iocundum? cum omnes homines mihi reverentiam in omnibus locis exhibeant. Accipiam postea uxorem bonam de nobilibus terrae; cunque eam cognovero, concipiet et pariet mihi filium nobilem et delectabilem cum bona fortuna et Dei beneplacito, qui crescet in scientia et virtute, et relinquam mihi per ipsum bonam memoriam post mei obitum; et castigabo ipsum dietim, si meae recalcitraverit doctrinae ac mihi in omnibus erit inobediens; et si non, percutiam eum isto baculo. Et erecto baculo ad percutiendum, percussit vas mellis et fregit ipsum, et defluxit mel super caput eius. Hanc protuli parabolam, ut de his quae nescis non loquaris. Dicitur enim: Non exulteris de die crastino, quia nescis quid acciderit hodie. Et audiens haec heremita siluit, et correctus est. Adveniente autem tempore partus antedictae mulieris, peperit filium pulcrum et delectabilem, super quo ambo gavisi sunt. Et consummatis diebus purgationis mulier|is, dixit suo marito: Sede hic cum puero, ut vadam ad K'r balneum et mundabo me. Et patre remanente cum puero, ecce venit nuncius regis et vocavit eum ad regem. Habebat autem in domo canem, qui cum vidisset serpentem de foramine exeuntem et ad puerum accedentem, ut ipsum offenderet, rapuit ipsum, et eum in frusta detruncavit; et remansit os canis sanguine pollutum. Et factum est cum rediret heremita de domo regis, aperto ostio, exivit ad eum canis; et videns heremita os canis esse sanguine pollutum, aestimavit puerum offendisse, et percutiens ipsum fortiter interfecit illum, nec meditatus est in suo facto. Postea vero intravit domum, et invento puero vivo et serpente mortuo ante ipsum, scivit quoniam

lin. 7. *lbenepacito* E.

canis serpentem interfecerat, et poenituit eum valde, et doluit multum dicens: Utinam natus non esset puer iste, et non interfecissem canem meum, nec pro tanto bono tantum retribuissem malum ei! Talia enim sunt opera illius, qui ingratus est de receptis beneficiis. Et rediens mulier ad domum suam vidit canem et serpentem interfectos, et interrogavit maritum super hoc. Cui exposuit negocium; et ait ad eum mulier: Talis est fructus cuiuslibet agentis opera sua cum festinantia nec praevidens res antequam pertractet eas: quicunque enim similime facit, poenitebit et contristabit, et non non proficiet ei quicquam, neque cedet de suo corde tristicia. Post hoc dixit Sendebar regi: Viri intelligentiae et prudentiae, praevidentes diligenter in suis processibus, perveniunt ad id ad quod viri concupiscibiles et furiosi pervenire non possunt. Et propter hoc decet virum prudentem considerare huiusmodi et se ab illis praeservare, ut sua opera fiant cum diligentia et probitate, ut per haec ad suum intentum perveniat.

EXPLICIT CAPITVLVM SEPTIMVM.

CAPITVLVM VIII. DE MVRILEGO ET MVRE ET EST DE INIMICO QVI REQVIRIT PACEM CVM SVO INIMICO TEMPORE NECESSITATIS.

Inquit rex philosopho Sendebar: Intellexi verba tua, quae mihi retulisti pro illo, qui sua opera improvide pertractat, et quid ultimo ei accidit inde. Nunc autem indica mihi pro viro imbecilli, quando incidit in manum inimicorum suorum, quae decet ipsum argumenta suscipere, ut de manu illorum evadet, aut adhaereat alicui ipsorum et recipiat ipsum in socium propter illud quod ipse indiget pro sui evasione et liberatione a malo,

---

lin. 10. *similimō*.

et cum eo alios suos universos inimicos superet et ab illis non capietur de consilio illius inimici, quare amicus eius affectus est, et quomodo ei esse debeant suae ingeminationes. Inquit philosophus: Scias, quod omni tempore inimicus fit amicus, non autem amicus inimicus. Quoniam, quando quis videt suum inimicum esse sibi refugium in adversitatibus, et quia inimicus iuvabit ipsum, et redditur eorum dilectio in inimiciciam; sed quando quis videt ex amico aliquid quod nocet ei, redditur eorum vehemens dilectio in inimiciciam. Et fortasse quidem non licet probum hominem confidere in suo inimico nec ipsum habere fidelem pro sua persona, sed debet eius facta respicere et facere quod utile est. Quicunque vero respexerit quod ei proficit, et noverit quomodo quaerat pacem sui inimici tempore suo, et quomodo inimicari debeat ei qui amicus erat, ad magna perveniet et suum habebit optatum: quemadmodum fecerunt mus et murilegus, qui ex societate a mortis periculo evaserunt. Dixit rex: Quomodo fuit? Inquit philosophus: Dicitur quod erat quaedam magna arbor circa littus maris in quadam maxima planicie, erat autem in radice istius caverna cuiusdam murilegi, cuius nomen erat Penden. Et cum saepe venirent ibi venatores ad venandum, quadam vero die venientibus illis et expositis ibi rethibus, incidit in illa iste murilegus; quod videns quidam mus nomine Rem, exiens more solito ad quaerendam sibi escam, vidit murilegum captum rethibus et gavisus est, nesciens suum finem et quid sibi accidere posset. Et respiciens post se vidit canem insidiantem sibi, et elevans oculos in altum vidit in

---

lin. 7. *et redditur eorum dilectio in inimiciciam* sic E; sed legend. est: *et r. e. inimicicia in dilectionem.* « son inimitié se transforme en amitié. » Derenb. 152. — 8. *quid* pro *quis* E. — 20. *Penden.* Arab. פרידון, Hebr. כבירו *Kaviroun* D. 153. — 24. *Rem,* רומי *Roumi* D. 153.

ramo arboris avem volentem ipsum rapere. Tunc aestimavit mus, quoniam si retrocederet et caperetur a cane, et si ultra iret raperetur ab ave; et videns quoniam curcumdederunt ipsum undique pericula, cogitavit in se dicens: Multae tribulationes congregatae sunt adversum me, nec est qui me ab eis eruat nisi argumenta et meus intellectus. Nunc autem nequaquam debet cor meum stupescere ab his nec turbari: non enim debet a viro sapiente eius intellectus et prudentia recedere; intellectus enim sapientum ipse est qui eos salvos reddit in hora tribulationis, nec debent stupescere in his quae facere debent
K4v Et consideravit mus dicens: Non est mihi melius consilium quam adhaerere huic murilego et eius pacem requirere; nam video sibi similes venisse tribulationes, quae mihi advenerunt, a quibus nullus valet ipsum liberare. Et forsitan audiens murilegus verba mea bona fidelia et recta, quae sibi ostendam, credet in me et pacem meam requiret pro sui bono et liberatione, et cum hoc forte similiter et ego ab hoc periculo evadum. Et accedens ad eum dixit ei: Quomodo habes? Cui respondit: Tu vides me esse in hac tribulatione. Et ait mus ad eum: Non ego mentior et dolose tibi loquor, sed pure et vere, quia diu desideravi hanc videre diem, ut in malum incideres: veruntamen mihi etiam supervenit tribulatio, quae abstulit hanc laeticiam quam habebam adversus te. Et nemo potens est te iuvare in hac tribulatione nisi ego: nunc autem audi quae tibi dico, quia non est mendacium. Canis et avis inimicantur mihi et tibi, ego autem sum parvus et vilis: si revertar, canis capit me; et si recedam, rapiet me avis; et si accedam ad te, interficies me. Et si non interfeceris me, liberabo te ab hoc periculo rodens rethia, quibus tu iaces captus. Nunc autem confide in meis verbis; quicunque enim non con-

---

27. *et sic accedam ad te* E.

fidit in aliis, non alii confidunt in eo, nec est sapiens. Recipe ergo a me societatem et da mihi fidem tuam, ut possim in te confidere, et tu in me, ut non affligas me; et sicut quaero vitam tuam ut vivam, sic et tu debes quaerere vitam meam ut vivas. Et quemadmodum nemo liberatur a mari nisi per naves, nec naves nisi per homines eas regentes, sic nostra societate liberari poterimus de hac tribulatione. Et audiens murilegus verba muris novit quoniam fidelis esset sibi, et gavisus est; et confidens in ipso ait muri: Iustus es et vere locutus es. Nunc autem respice et fac illud per quod erit pax inter me et te, quoniam ego observabo tibi hanc misericordiam quam feceris mihi. Dixit mus: Da mihi fidem tuam et accedam ad te et stabo tecum, quia canis et avis quando videbunt hoc, amovebunt spem eorum, et tunc ego videns recessisse nec timebo eos, detruncabo rodendoque rethia et funes, cum in pace securus fuero, et solvam te. Et murilegus dedit muri fidem suam, et accessit mus ad eum; et videntes hoc canis et avis, quoniam mus adhaesisset murilego, recesserunt. Et accedens mus rodit funes suaviter, donec evasit murilegus; ٢٣
et dum roderet negligenter, ait ad eum murilegus: Amice cur tam tepide agis in mei liberationem? Scire debes, quoniam sicut tuam festinavi liberationem, sic debes et tu meam festinare; quia si forsitan hoc facis, quod recordaris nunc odii quod inter nos est, non decet viris qualis tu es hoc facere, nec amplius in tuo corde residere debet hoc odium adversum me. Iusti enim viri et misericordes non reservant sibi invicem odium, quamvis eis offendatur, unico tamen beneficio remittunt offensam et adhibent eis societatem et dilectionem; quoniam qui ingratus est de accepto beneficio, meretur malum; et si malum facere proponerit, erit eius finis ad malum et tribulationem. Et ait mus: Duo sunt socii; primus quidem est qui fidelis est in suo amore; secundo vero cuius amor est cum

dolo et fraude, ore suo loquitur pacem proximo suo, corde vero insidiatur ei. Et erit necesse penitus alicui adhaerere illi, ut quilibet eorum nitatur ad illud pro bono sibi; fidelis vero socius debet exponere animam suam tribulationibus sui proximi in omnibus quae facere tenetur ei. Decet tamen virum sapientem praeservare animam suam; quicunque enim quaerens pacem sui inimici et confidens in ipso, nec tamen cavens sibi, erit quemadmodum si quis proprium sequens appetitum ossa comedat, quae minime calor stomachi decoquere et digerire poterit, quapropter sibi mala causant. Nec ullus debet respicere hominem non proficientem sibi; decet enim nunc me respicere bonum quod mihi fecisti; et sicut iam perfecisti meum beneplacitum, ita debeo adimplere tuum beneplacitum iuxta meum commodum; et praeservabo me a te, nec mihi malum adveniet quod me coegit quaerere pacem tuam, et erit tunc mihi tua societas causa ruinae meae. Omnia enim fieri debent suo loco et tempore; nam quod non fit suo tempore et loco, non habet radicem nec producit fructum. Nunc autem rodam funes tuos caute; relinquam tamen de illis unam qua tenearis, ut me offendere non possis; detruncabo tamen tibi illam, quando non poteris mihi nocere, cum tu a laqueo evaseris. Et factum est, cum venisset venator

---

lin. 2 sqq. *Et erit necesse penitus* etc. sic E. « L'homme doit en tout cas s'associer à son camarade, mais chacun d'eux se préoccupera de son propre bien. Cependant le camarade qui est de bonne foi exposera sa vie pour son prochain dans toutes les circonstances; il cherchera à faire ce qui peut lui plaire et évitera tout ce qui peut lui être désagréable. Mais l'amitié de celui qui trahit son ami est méprisée par tout le monde, et c'est pourquoi tout homme intelligent doit se tenir sur ses gardes. » Derenb. 158. — 10 sqq. *Nec ullus debet respicere* etc. sic E. « Personne ne se préoccupe ni d'un homme qui ne peut plus lui être utile, ni d'une bonne action qui est passée, mais on doit se soucier d'un bien à venir. Toi, tu as fait ma volonté, etc. » Derenb. 159.

ad illum locum, videns illum murilegus a longe timuit valde; et ait ad eum mus: Nunc vero venit hora ut debeo rodere rethe et tuum laqueum. Et factum est antequam accederet venator ad rethia, detruncavit mus ultimum funem, et liberatus est murilegus; et ascendit in arborem, et mus in cavernam suam ingressus est; et accipiens venator rethia sua abiit confusus in viam suam. Postea autem exiens mus de caverna sua vidit murilegum, qui ait ei: Amice, nunquid accedis ad me? Ex quo totum bonuum mihi contulisti, decet ut comedas fructus operationum tuarum: accede ergo ad me et ne timeas; tu enim eruisti animam meam a morte. Debes itaque a me et a gente mea tuas percipere operationes, quas in me operatus es, et omnia quae habeo, tua sunt. Et iuravit ei murilegus, ut credere deberet in suis verbis et in ipso confidere. Et respondens mus ait ad eum: Quicunque nescit cum suo inimico conversari sicut debet cum amico, praecipue quando talis prius fuit inimicus, cuius ex necessitate tamen indiget, ita quod suis caris debet humiliare suam animam sub pedibus eorum, sicut qui stat versus elephantem dormiens. Appellaverunt autem sapientes nomen amici et post suam considerare naturam, ille vivit amicus propter bonum quod speratur ab ipso, et inimici inimicus propter malum quod dubitatur de ipso:

---

lin. 15-19. *Quicunque nescit .... sicut qui stat versus elephantem dormiens.* sic E. « Celui qui ne sait pas se conduire comme il le devrait envers un camarade, au moment où il peut devenir son ennemi, ni envers un camarade lorsq'il agit envers lui en camarade, confond le camarade avec l'ennemi, et finit par être écrasé comme celui qui s'endort en se trouvant en face d'un éléphant. » Derenb. 161. — 19 sqq. *Appellaverunt autem sapientes.... non sit mea dubitatio illa.* sic E. « Un camarade mérite ce nom à cause du profit qu'on en tire, et on appelle ennemi celui dont on craint la méchanceté. Il n'y pas au monde un ennemi dont l'inimitié ne puisse doubler. » Derenb. 161.

non est autem in mundo inimicus, in cuius inimicicia non sit mea dubitatio illa. Utitur autem homo consilio proprio bono; et decet unumquemque cavere a suo inimico; et decet virum sapientem quandoque credere suo inimico propter bonum quod sperat ab eo, et relinquere amicum et eius societatem propter malum quod timet ab inde advenire. Sic enim et munera faciunt. Videmus enim filium sequentem matrem, dum lactat eum; postquam vero lactare desinit, relinquere ipsum. Sic et vir prudens debet sibi quaerere utilitatem ab amicis et adversariis; nam quandoque redundat sibi bonum in inimicicia quae est inter ipsum et suum adversarium, aut ex amici amicicia. Non debet vir prudens relinquere amiciciam veteris amici quando eum non iuvat nec ex ea percipit utilitatem; sed debet apud se amicus reputari et confidere debet in socio suo et timere inimicum. Quicunque enim fuit inimicus et postea factus amicus propter aliquod bonum quod sperat, cessante illo bono, et eius cessat amicicia et rediit in pristinum statum inimicitiae; sicut aqua calefacta per ignem, quae remota ab igne redditur frigida ut fuit. Tu autem es mihi maior inimicus omni creatura de mundo; sed propter bonum et lucrum, quod quilibet nostrum recipit ex altero accidit nobis nunc, ut | K6v facti essemus socii; nunc autem expiravit timor de quo timebamus et rediit odium quod fuit inter nos. Et bene scio quod tuum odium erga me est sicut de diebus antiquis; et cum sim cibus, tu vero comestor, et ego debilis, tu vero fortis, quomodo poterit inter nos esse societas, ut velim a te devorari? Et propter hoc non credam te in aeternum. Quicunque credit inimico suo, ultimo incidet in manum eius. Dixerunt antem sapientes: Unusquis-

---

lin. 6. *Sic enin et munera* (sic) *faciunt.* E. « Voici les animaux qui peuvent servir de preuves. » Derenb. 162. — 8. *ipsum* E; *ipsam*? — 9. *debei* E. — 10. *inimicia* E. — 14. *er confidere* E.

que vir prudens tunc debet adhaerere suo inimico, quando alter indiget altero, et humiliare debet se ante ipsum, et tradere animam suam in manum ipsius; et fugere ipsum quando decet, nec confidat in ipso, sed aestimet ipsum sicut fuerat in principio. Universa enim pericula quae occurrunt hominibus, non sunt nisi ex sua confidentia quam habent ad invicem: omnes quidem in viro intelligenti confidunt; ipse autem non in omni homine confidit, sed pro se quaerit argumenta. Nunc vero multum remota est amicicia quae fuit inter me et te et venatorem. Et licet ego distem a tua societate, diligo tamen te propter bonum quod mihi fecisti, magis quam prius; a te quoque decet idem erga me velle. Et ingrediente mure ad foramen suum, abiit murilegus in viam suam. Postea vero dicit philosophus regi: Considerandum est, quoniam quamvis mus sit debilis, quaesivit tamen viam bonam sibi pro societate eius inimici et confidit in eo: timuit autem ipsum, quando inimicos expulit, qui erant circa ipsum, et sic ipse cum suo inimico a tribulationibus evasit.

CAPITVLVM IX. DE REGE ET AVE ET EST DE SOCIIS QVI INIMICANTVR AD INVICEM ET QVOMODO DEBEANT SE CAVERE AD INVICEM

Inquit rex Disles Sendebar suo philosopho: Intellexi parabolam de viro adhaerenti inimico suo, ut iuventur ad invicem, donec evadent a periculo quod timent. Nunc autem affer mihi de viris inimicantibus ad invicem, qualiter se ab invicem oportet praeservare. Et ait philosophus: Viri prudentes et discreti non debent confidere in suis inimicis, etiam si pandant sibi dilectionem et fraternitatem; quemadmodum egit avis erga

lin. 2. *alterum indiget* E. — 19. *pstilosopho* E.

regem cuius filium orbaverat. Dixit rex: Quomodo fuit? Inquit philosophus: | Dicitur fuisse quidam rex in India, qui habebat L'r avem unam Pinzam nomine, quae docta erat loqui et intelligere sermones hominis; cui unus erat pullus. Et mandavit rex cuidam puellae domus, ut conservaret et nutriret eam diligenter. Postea vero peperit uxor regis filium, et adhaerens pullus ipsi puero, ludebat cum eo, et conversabantur tota die stantes et comedentes et sollicitantes simul. Pinza vero ibat singulis diebus ad quendam montem, ferens duos fructus ex dactilis, quorum dabat alterum pullo suo, alterum vero puero regis. Erat autem fructus iste addens ad virtutem et vigorem ipsorum, ut cito magnificarentur. Cunque vidisset rex vigorem pueri, abhibuit maiorem dilectionem erga Pinzam et addidit gratiam in oculis suis. Quadam vero die cum ivisset Pinza ad ferendum fructus solitos, ascendit pullus in sinum pueri, ut cum eo luderet more solito; puer vero affectus ira et taedio contra illum, praecipitavit eum in terram; et mortuus est pullus. Cunque redisset Pinza de monte, videns suum pullum interfectum et prostratum in terram, dòluit multum et contristatus est, et ait: Maledicti sint omnes reges, quia nihil est in eis fidei et misericordiae; et vae illi, quem Deus eorum societate vulneravit! Non enim reputant socium et amicum, nullum diligunt, nisi a quo sperant aliquid utilitatis recipere, et cum illud ab eo habuerint, non habent amplius erga illum societatem et amorem, et omnia opera sua dolosa sunt et fraudulenta. Et cogitavit in se Pinza dicens: Non quiescam, donec vindicabo me hodie ab isto crudeli adversatore, cui non est amor et fidelitas, qui suos perdit familiares et fratres et eos qui comedunt in sua mensa. Et exurgens irruit super puerum et eius effodit oculos suis pedibus, et volans reposuit se in

lin. 3. *Pizam* E.; *Pinza*, פנזה Pinza D. 167. — 20. *sunt* E.

loco excelso. Et annunciato hoc regi, doluit et factus est tristis valde, et quaesivit argumenta, ut dolis Pinzam caperet et eam perderet. At equitans rex ad quaerendum illum, vidit ipsum a longe; et accessit ad ipsum vocans eum suo nomine, dicens: Remisi tibi offensam tuam, et apud me amicus es: converte ergo ad me, ne timeas. Et nolens avis redire ad ipsum ait: Scio, domine rex, quod per|ditor condamnari debet L'v secundum sui impietatem; et mensuram qua quis mensus fuerit, eadem remetietur ei, quamvis tardet illud negocium; et si tardet in hoc seculo, non tamen tardabit in futuro, sed ipse Deus visitat peccatum suum super filiis et filiorum. Super quod autem mihi fecit filius tuus, cito accepi meam vindictam, ipsi et in vita sua opera talionis retribui. Dixit ad eum rex: Vere peccavimus contra filium tuum et offendimus te; veruntamen tu dedisti nobis ultionem, non reputamus te in hoc contra nos peccasse. Nunc autem converte ad nos secure. Et ait Pinza: Non redibo ad te, quoniam viri sapientes prohibuerunt hominem se rei periculosae exponere. Dicunt enim: Nequaquam inclinet cor hominis ad verba blandiciarum sui adversarii et hominem qui ipsum honoret, nec suum cor decipiatur circa hoc; non enim reperitur in odio bona fides, nisi ut praeservetur ab ipso. Dicitur autem, quod vir intelligens reputare debet fratres et scios eius suos proximos, viros vero fideles amicos, filios au-

---

lin. 3. *eam . . . illum* sic E. — 7. *debe* E. — 12. *cita accepit* E. — 23-27. « Garde-toi de te laisser séduire par les paroles de ton ennemi, par la douceur de sa bouche qui semble t'honorer; ne te fie point à lui, car sa bouche est plus douce que la crême et la guerre est dans son coeur. Jamais la haine n'ispirera la confiance et le mieux qu'on ait à faire, c'est de setenir en garde contre elle. » D. 170. — 25. *decipiaaur* E. — 27 sqq. « On a bien dit: L'homme intelligent doit considérer ses père et mère comme des compagnons, ses frères comme des amis, les femmes

tem potentiam et famam suam, mulierem litem, et filiam suam quasi discordiam, eius vero consanguineos aves famelicas, sed personam suam inter eos solam separatam. Modo vero ego separatus. A te hanc recepi tribulationem; et prius honestasti me tanto honore; quod nullus referre habet nisi ego. Recede ergo in viam tuum cum pace, quia ego recedo in viam meam. Et ait ad eum rex: Si non accepisses ultionem ex nobis, esset negocium secundum quod proposuisti; veruntamen nos inchoavimus te offendere, tu quoque iam accepisti ultionem super hoc: quare ergo recusas ad me venire? Revertere ad me, quia tuam delevi offensam. Ait ad eum Pinza: Scire debes, quod inimicitiae cordium sunt potissimae causae et dolores intolerabiles, nec iustificant linguae de his quae sunt in cordibus, cor autem testatur quod in eo est magis quam lingua; vere modo dicit cor meum mihi, cor tuum adversus <me> malum machinari, quia cor meum odit te; quomodo igitur amabis me, quoniam cum corde odiam te? Scire, inquam, debes, quod animus meus contradicit linguae tuae. Ait rex: Nescis, inimiciciae contingunt
L9r quandoque inter homines; | sed quicunque est intelligens credit inimico suo, quando ei fit fidelis. Et ait ad eum Pinza: Veritas est sicut dixisti; veruntamen viri intelligentiae iuvant se

---

comme un amusement, les fils comme un moyen de conserver sa mémoire, comme un monument pour continuer son nom, ses filles comme un sujet d'épreuves et de querelle et ses parents comme de l'ordure; tandis qu'il doit se regarder lui-même au milieu d'eux comme isolé et solitaire. » D. 170-1. — lin. 3 sqq. « C'est ainsi que je suis aujourd'hui solitaire et isolé: mes tribulations me sont venues de toi, tu m'as chargé d'angoisses et de peines que je porte seul. » D. 171. — 4. *honestati* E. — 6. *com* E. — 7. *utionem* E. — 10. *a me* E. — 12. *dolorrs* E. — 16. *adit* E. — 17. *cum eor adiam te* E. « Comment pourrais-tu jamais m'aimer pendant que je te hais, et lorsque tu sais que mon coeur n'est pas d'accord avec ta langue que ton coeur avec la mienne? » D. 172.

consiliis et argumentis et cavent se ab illis; sciunt namque, quod inimici non possunt sibi obesse potentia et viribus, sed ingeniis et argumentis, quibus capiunt homines; quemadmodum pusillus homo capit elephantem suis ingeniis, qui maior est omnibus animalibus. Et notum est apud omnes homines, quod quantumcunque homines capiant de ovibus et de illis mactent, non pro tanto displicet illud aliis remanentibus, sed credunt illis et obliviscuntur quae fecerunt in aliis. Sic quoque canes, qui sunt in adiutorium hominum, quando aliquis eorum fuerit interfectus ab hominibus, non pro tanto reliqui recedunt ab eis. Ego autem nolo esse sicut isti sunt, qui negligunt ab huiusmodi praeservare, sed cavebo me a te toto meo posse. Ait rex: Vir nobilis non relinquet socium suum nec recedet ab eo. Non enim omnes homines sunt unius et eiusdem naturae: quidam enim sunt, a quibus homo debet se cavere, quamvis dederunt sibi fidem suam; sunt et alii, quorum verba credere debet, quia verba opera indicant. Ait ad eum Pinza: Inimiciciae valde et tribulationes sunt; expedit autem unumquemque timere inimiciciam quae est in cordibus regum: volunt enim penitus vindicari et videtur eis quod vindicta in huiusmodi est eis honor et fama. Non decet virum intelligentiae, ut decipiatur cor blandis sermonibus sui adversarii: inimicicia enim in corde abscondita est, sicut ignis coopertus cineribus, quando non habet ligna. Simili modo adversarius quaerit occasionem verborum ad modum ignis ligna petentis; et quando adversarius causam invenit, accenditur sicut ignis, quod extinguere non possunt nec divitiae nec lingua humilis nec honestas nec animae humiliatio. Sunt tamen aliqui viri, quibus inimicantur adversarii et possunt suis ingeniis illis resistere. Veruntamen ego sum debilis consilii et scientiae diminutae, nec est meae prudentiae posse reprimere quod latet in tuo animo adversum me semper; et propter hoc nunquam credam in te.

Et mihi non videtur melius consilium quam recedere et me a te in aeternum elongare. Ait ad eam rex: Scis quod nullus potens est suo proximo facere malum aut bonum, nisi quod L³v Delus vult; quia si Deus praedestinavit te per manus meas mori, non evades: si vero non est a Deo praedestinatum, tunc illaesa a me manebis, sed si pervenires ad manus meas et vellem perdere te, utique non possem. Et sicut homo nihil potest creare, sic nihil potest agere, nisi a Deo sit praeordinatum. Nec tibi reputatur peccatum quod interfecisti filium meum, sed filio me, qui pullum tuum interfecit. Ait ad eum Pinza: Divina praedestinatio ita est sicut dixisti; non tamen prohibet hoc probum et discretum virum, se ab inimico praeservare, deinde Deum facere suum placitum. Scis enim quod si praedestinatum esset aliquem in aqua mori, nullus est qui posset eum eruere; sed si accedentes ad eum astrologi manifestarent ei illud, praeservaret se toto suo posse, nec diceret se in aquam proiicere, ut adimpleretur divinum placitum; esset namque fatuus qui hoc aestimaret. Dixerunt enim sapientes, quod quicunque perdit se ipsum, non habet partem in praesenti seculo nec in futuro. Nam propter hoc posuit divina sapientia animam in corpore hominis, ut eam sciat conservare, ne perdat depositum quod ei traditum est, donec veniat ille, cuius est eam assumere. Et ob hoc dico, quoniam licet sit praedestinatum me perire per manum tuam, nunquam tamen accedam ad te meo velle et sensu. Scio enim loqui te tuo ore verba, quae non sunt animae tuae; et scio etiam quod tu vis perdere me et a me animam separare; sed anima expavet mortem et abhorret ipsam; odium autem nunquam recedit. Vos autem non quaeritis aves nisi propter tria; aut ad comedendum eas, aut ad ludendum, aut ad perdendum eas. Tu vero non quaeris me

---

lin. 6. *velem* E. — 13. *dinde* E. — 23. *licex* E. — 28. *munquam* E.

ad comedendum nec ad ludendum in me, sed ad interficiendum me pro filio tuo. Quilibet enim renuit mortem et eligit vitam. Vir autem intelligens potest relinquere mundum et prae timore mortis cultui divino se tradere; aut ergo facit illud ad salvandum animam suam quod non moriatur; aut quod multae tribulationes eum non accipient, quae omnes sunt mors. Dicitur autem, quod sapientia est tristicia, et tribulatio est tristicia, accessus inimicorum tristicia, et accessus amicorum tristicia, aegritudo tristicia, senectus tristicia, sed caput tristiciae omnium est mors. Cor autem noscit amaritudinem animae suae; non enim tu aestimas tribulationem, quae mihi adveniret, si ad te venirem; et ego scio quid habes in anima tua erga me ex hoc quod habeo in anima mea erga te: quapropter non est mihi utilis societas tua. Quia si essemus socii et fideles ad invicem, quando essem tuorum operum recordatus et tu meorum, utique tunc corda nostra essent omnino permutata. Et ait ad eam rex: Non est bonum homini <non> habere potentiam removendi quod in eius est anima, ut tollat odium et involvat se ad amorem; propter hoc homini datus est intellectus, ut de suo corde malum auferat quando voluerit. Et ait ad eum Pinza: Inimicicia similis est apostemati pedis, quia quantumcunque plus quis se sustentaverit super eo ad ambulandum, tanto plus addit ad sui dolorem; vel oculo aegrotanti, quo occupato a vento aut ab alia re nociva, plus additur in sui dolorem et languorem. Sic se habet homo qui odio habetur a

---

lin 2. *rennuit* E. — 3-6. « L'homme sage se retire de ce monde pour se consacrer au service de Dieu par la crainte extrême de la mort, ou bien il le fait pour délivrer son âme une fois de la mort et ne pas mourir plusieurs fois; en d'autres termes: pour ne pas être exposé à une multitude de peines qui sont autant de morts. » D. 177. — 9. *caput tristiciarnm?* — 17. (*non*) *habere potentiam* suppl. D. 178.

suo inimico: quantumcunque plus accedit ad eum, ulcus sui cordis tanto magis aperitur, et augmentatur eius dolor et innovatur languor. Et quicunque ignorat res, quomodo intret in eas et exeat ab illis, et per viam malam se immittit, ipse est qui necat seipsum. Et quicunque non est potens multum cibi aut potus sustinere et suam naturam nititur fatigare ultra posse, ille vult perdere animam suam. Similiter quicunque in os suum intromiserit maiorem bolum quam deglutire poterit, ipse suffocabit seipsum. Et quicunque decipit cor suum in verbis sui adversarii nec sibi cavet ab ipso, ipsemet plus quam alii inimicatur sibi. Nec decet quemquam respicere, quod Deus statuit de homine, sed sibi praecavere debet et confirmare se in suis processibus; et si contingat res aliter quam ipse aestimavit, innocens esse peccati. Nec decet virum prudentem in loco periculoso persistere, cum possit inde recedere. Ego autem multa loca habeo, ad quae si ivero, nihil boni mihi deficiet. Mores quippe sunt quandoque, quos si quis observet, ad suum votum perveniet et erunt ei subsidium, quoniam salvus permanebit, et eum in terra suae peregrinationis alloquentur, et ei administrabunt suum victum, et acquiret sibi socios et amicos: primus, quod sit innocens manibus et nihil mali hominibus inferens; secundus, quod sit vir qui scit discernere bonum a malo; tercius, quod elonget se ab omni peccato et infamia; quartus, quod sit vir nobilis in operibus; et quintus
L³r est, quod sint eius opera ad honorem | Dei. Quando vero in

---

lin. 1. *vultus* E, *ulcus* coniecit D. 178. — 17 sqq. « Il y a cinq vertus qui assurent à celui qui les pratique la possession de ce qu'il désire et la réalisation de sa volonté; elles lui sont utiles lorsq'il est seul et isolé, le consolent lorsqu'il se trouve dans un pays étranger, lui procurent sa subsistance et lui gagnent des compagnons et des amis. Ces vertus consistent, etc. » D. 179-80.

viro intelligenti perfecti fuerint mores isti, et ei aliqua supervenerit tribulatio, ab illa potest liberari, ut peregre poterit ad quemcunque locorum secure, et non dolebit de filiis et de filiabus eius aut de eius uxore et progenie aut de aliqua re mundi, quia Deus negocia sua adimplebit.

CAPITVLVM X. DE SEDRA REGE ET EST DE EO QVI PROROGAT IRAM SVAM VT VICIA SVA SVPERET.

Inquit rex Disles Sendebar philosopho: Adverti quippe verba tua et intellexi ea quae mihi dixisti, quoniam quicunque irascitur adversus suum dominum aut eius dominus adversus ipsum, praeservare se debet ut non confidat alter eorum in altero. Nunc autem adduc mihi parabolam, quid oporteat regem agere tempore adversitatis et tribulationis pro suae personae et regni conservatione. Inquit philosophus: Nihil est in mundo, quo rex possit conservare suum regnum ac suam animam glorificare, nisi cum suorum viciorum mortificatione et eius irae prorogatione in suis gestis universis. Conservat autem hanc

---

lin. 2. *ut peregre (abire?) p.* — 5. Haec etiam in fine cap. addit J. (D. 180-1): « Mais le mauvais riche est celui qui ne fait profiter personne de lui; la plus mauvaise femme c'est celle qui n'obéit point à son mari dans toutes ses affaires. Le plus méchant de tous les fils c'est celui qui est indocile et rebelle. Le pire de tous le compagnous est celui qui trompe. Le plus méchant d'entre les rois c'est celui qui veut répandre le sang innocent. Le plus mauvais de tous les pays est celui où il n'y a ni tranquillité ni repos. Quant à mois, je n'ai en toi aucune confiance et jamais je ne m'approcherai de toi. Après cela, Pinza salua le roi et s'envola. — Voilà la parabole qui représente les gens animés par la haine et qui enseigne comment les hommes doivent se tenir en garde les uns contre les autres. » Cfr. Sim. Seth. ed. Ath. p. 94.

virtutem nobilitas et per eam confirmatur, et quod consuletur rex cum suis viris intelligentibus expertis in operibus. Sed melior omnium virtutum est, quod proroget iram suam, quando irascitur contra aliquem et nolit eum statim offendere. Et maxime oportunum est regibus, quod consiliantur cum viris intelligentiae et legalitatis et in sui factis se gerent prudenter. Vir vero sapiens quando agit consilium cum suis sapientibus, erit suum propositum ad lucem; et quando fuerit rex sapiens et eius consiliarius fidelis et intelligeus super omni re secreta et praestet toto suo animo regi fidele consilium, prosperatur ille rex in universis eius factis; et pacem habebit cunctis diebus vitae suae et ad suum deveniet optatum, quando consilium exaudit suorum principum, et ea quae dicunt observat, et remittit iram suam quando eum fatigant verbis et omnia recipit facie placabili: quemadmodum fecit Sedras rex Indiae cum suo principe pro Helebat uxore regi. Dixit rex: Quomodo fuit? Inquit philosophus: Dicitur quod fuit quidam magnificus rex regum Indiae nomine Sedras, cui erat princeps quidam nomine Beled. Erat autem vir prudens et intelligens, devotus voluntati regi et suis mandatis obediens; habebat autem dulcedinem verborum et humilitatem linguae. Quadam vero nocte,
L[3]v cum rex ia|ceret in lecto, vidit in sommo octo somnia, et exitatus, iterum somniavit eadem somnia. Videbantur ei duo pisces rubei erecti super suis caudis, qui stabant ante ipsum, et duae aves aquaticae volantes post se et corruerunt in manus eius; quidam vero serpens transivit per suum pedem sinistrum; ipse

---

lin. 5. *consiliantur* sic E. — 6. *gerent* sic E. — 15. *quemadmodum* etc. « Ainsi faisait *Ardoum* (ארדום), le roi de l'Inde, avec *Bilâr* (בלאר) son ministre, à l'égard de *Hallabat* (הלבת), la femme du roi. » D. 184.

vero erat sanguine totus involutus; et vidit suum corpus aqua ablui; et quod staret super montem album aspiciens; assistebat suo capiti columna ignis; item videbat quandam avem albam fodientem suum caput. Diluculo vero turbatus est spiritus regis, et mandavit vocari ante se viros cuiusdam civitatis doctos in interpretatione somniorum. Erant autem viri illi eorum, quorum antea interfecit duodecim milia virorum bello. Qui cum venissent ante eum, narravit eis somnium suum, petens ut illud ei deberent interpretari. Cui prudentes dixerunt: Magnum mirabile est hoc, quoniam vidisti visionem quam nemo vidit unquam, sed placeat tibi, ut omnes congregati provideamus super interpretatione somni, et redeuntes renunciabimus tibi post septem dies. Quod cum placeret regi, constituit eis terminum. Et hi viri convenerunt in consilium inter se dicentes: Scimus bene quid in nobis egit ille tyrannus, quia dissipavit ex nobis duodecim milia virorum: advenit nunc nobis tempus quo vindicari poterimus de eo, et habemus causam, quia de ipso poterimus nostrum desiderium adimplere. Nunc autem euntes ad eum aggravabimus sibi rem et ostendamus ei ipsam valde timorosam et difficilem in oculis eius, significans ei rem esse pessimam et dubiosam, donec prae nimio timore adimplebit omnia quae sibi consulemus; et quando illud viderimus ab eo, dicamus ei: Tradere te oportet nobis amicos et familiares tuos, ut eos iugulemus; non enim cessabit a te sanguis quem vidisti, nisi per sanguinem tuorum familiarium. Et quando quaesierit a nobis, qui sunt illi quos quaerimus, dicemus ei: Volumus Helebat reginam quae dilectior est apud te ceteris mulieribus tuis, et volumus filium tuum primogenitum, qui post te successurus est in regno; volumus filium fratris tui, secretarium et dilectum tuum et tuum consiliarium; volumus
L4r et tuum | ensem, cui similis in mundo non reperitur; volumus et album elephantem quem equitas ad bellum; et volumus ut

addas ad hos Kynaron secretum amicum tuum. Cum his poterimus vindicari ex eo. Et quando nobis haec omnia concesserit, dicemus ei: Scias, domine rex, haec omnia erunt redemptio animae tuae, cum quibus et te a morte redimemus; postea vero congregati omnes orabimus ad Deum pro te, ungemus latum tuum sinistrum sanguine, et aspergemus te aqua, donec ab omnibus tuis mundificaberis peccatis, quae rethe sunt pedum tuorum et quasi te exterminassent, nisi Dei misericordia tibi hoc revelatum fuerit ut non perires. Postea vero uncta a nobis facie tua oleo precioso, accedes ad palatium, separata a te divina sententia. Nunc autem si hoc consenseris et tibi dare placuerit nobis praedictos familiares tuos, ut per eos animam tuam redimemus, evades ab hoc periculo et vivas; si vero tuus animus haec nobis dare noluerit, te grave invadet periculum, quia aut morieris aut ex tuo regno exulaberis. Nos autem, quando nobis haec concesserit, perdere eum poterimus ex hac vita. Et confirmati sunt super hoc consilio, et venerunt ad regem, et aiunt ei: Iam libros nostros inspeximus et deliberavimus consilium super negocio regis, quid sit faciendum domino regi in argumentum gloriae et vitae. Nunc placet regi omnes a facie sua recedere, et annunciabimus regi quod fieri providebimus. Et omnibus recedentibus, annunciaverunt regi consilium eorum. Et audiens hoc rex turbatus est dicens: Melius est me mori quam vivere, si omnes istos interfecerim, qui gaudium sunt animae meae et vita carnis meae. Et si hoc fecero omnino mortuus sum, nec unquam regnabo; et propter hoc illud non faciam, quia mors et separatio amicorum idem est apud me. Cui dicunt: Si tibi non displicet, ostendemus tibi quod verbum tuum non est conveniens, ex quo alios re-

---

lin. 1. *Kynaron*, כינארון *Kindron* D. 188. — 27. *est speratio amicorum* E.

putas tibi magis dilectos quam personam tuam. Sed nequaquam hoc, domine rex: conserva potius te et regnum tuum, et fac quod tibi diximus et erit tibi bonus finis, et sufficiat tibi persona tua et eam noli cambire per alienam. Nam si universi amici tui et socii transeunt, alios poteris invenire; et si tuae mulieres pereant, alias recuperabis. Et considera quoniam vita tua est in tuo regno, nec ad regnum pervenisti nisi forte per bellum et multis laboribus et sudore corporis et iracundia multis annis. Non | igitur velis totum in uno momento 14 perdere; sed omnia tibi sint frivola respectu tuae personae. Trade igitur nobis quae diximus, ut tuae animae sint redemptio; et conserva animam tuam et tuum regnum, et ne dissipes terram tuam et habitaculum et omnia tua bona. Cunque videret rex quomodo fatigarent ipsum in hoc negocio, eius dolor magnificatus est; et exurgens ivit ad palacium suum in quo solebat delectari, et prostratus ibi super faciem suam in terra, plorabat et erat ibi involvens super faciem et lumbos suos, ad modum piscis quando de aqua eductus est, qui ignorat quomodo ad illum locum venit. Et cogitavit rex in corde suo: Quomodo faciam hoc maximum malum? Nec scio discernere quod istorum sit facilius apud me, aut meam tradere personam ad mortem, aut tradere meos notos et amicos. Et ait: Quantum tamen adhuc ero in pace et quiete? Non tamen permanebit regnum in perpetuum; et propter hoc decet me diligenter in hoc facto praemeditari. In quo enim erit solacium meum, quando interficio Helebat uxorem meam? in quo exultabitur oculus meus, quando filium meum non videbo, et filium fratris mei? et quomodo permanebit et durabit regnum

---

lin. 6. *Et considera* etc. « Sache, que la vie de ton âme est comme ton empire, que tu n'as pu conquérir qu'après des guerres longues, etc. » D. 190.

meum, quando meum perdam equum delectabilem et album elephantem? aut quomodo non verecundabor vocari rex, quando amittam haec omnia? vel quomodo vivam post eos, et in quo laetabor, et in quo confortabor? Et post haec divulgatum est hoc nogocium per civitatem, et omnes turbati sunt; et stabat rex dolens et contristatus suo corde solus. Cunque vidisset Beled princeps exercitus quod accidit regi ex tristiciis et doloribus, aestimavit in corde suo dicens: Non decet me supervenire regi et ab eo quaerere pro tribulatione quae advenit ei. Et accedens ad reginam Helebat ait ad eam: Scito, domina mi, quomodo a die quo ego perstiti regi servitio, nunquam accidit ei res magna vel parva, quam mihi non revelaret, et consilium meum super illa non haberet; eram enim eius secretarius et consiliarius in omnibus. Nunc autem video, quia celavit mihi suum secretum, et prius quidem quando accidebat ei aliquid gaudii et tribulationis, consulabatur mecum et quaerebat a me super illa re; scit enim amoris affectum, quem habeo erga ipsum. Sed videtur mihi, quoniam consultus est a quibusdam sceleratis viris, ex quibus iam alio tempore exterminavit decem milia virorum; quibus cum hoc secretum revelasset et sompnium annunciasset, dederunt ei consilium, ut ipsum seducerent suis mendaciis, donec ipsum perderent et nos omnes. Nunc autem surge et vade ad regem et quaere ab eo quid sit suum negocium; ego enim dubito accedere ad eum. Vade igitur tu prius, et bene adverte quid tibi dicet. Dixit regina: Non possum nunc supervenire, dum tristis est, et quia inter me et ipsum accidit causa quaedam. Dixit Beled: Hodie tamen te oportet excedere modum, quia nullus ad ipsum audet accedere, dum tristatur, nisi tu. Audivi enim ipsum pluries

---

lin. 6. *contistatus* E. — 20. *decem milia* sic., sed cfr. supr. p. 206, lin. 7.

dicentem: Quandocunque tristarer et superveniret mihi Helebat, mox utique in me omnis tristicia et passio cessarent. Accede igitur ad eum et loquere sibi delectabilibus sermonibus, et forsitan laetificabis cor suum. Et audiens regina haec verba, surrexit et venit ad regem et situavit se ad caput eius et ait: Quid habes, domine rex, et quid dixerunt tibi hi viri scelerati, donec te turbaverunt suis mendaciis? Et si vis contristari, indica mihi causam et contristabor tecum; sin autem, surge et exultemur, quia si exultetur rex, et ego quidem in eius exultatione exultabor, et si tristabitur, debeo et ego secum contristari. Ait ad eam rex: Nequaquam meum dolorem aggraves interrogans de tribulatione in qua sum. Et ait Helebat: Nunquid sic reputor in oculis tuis? Ecce, nemo in tanta tristicia et amaritudine stare debet, quod non accipiat consolationem et gaudii refectionem a suo fideli amico. Sum enim, ut spero, tua dilectissima amica, accipe a me solamen, ne in graviores incidas tribulationes. Quicunque enim magnum committit peccatum, suo potest consilio et intellectu, si fuerit sapiens, suum delere peccatum et sanare illud, donec veniat ad primum solacium et columitatem in qua erat. Sic quoque tu, domine rex, non debes contristari tuorum corda amicorum, et adversariorum tuorum corda laetificare; quicunque enim hoc facit, prudens non reputatur. Et ait ad eam rex: Iam tui misertus sum, nec est bonum mihi et tibi si annunciavero tibi causam mei doloris, quomodo ego moriturus sum, tu et filius tuus et amici et socii tui. Vocavi enim ad me sapientes talis civitatis, ut

---

lin. 12 sqq. « Hallabat reprit: Suis-je si peu considérée par toi? Le meilleur de tous les hommes, lorsqu'un malheur vient le frapper, ne demande-t il pas conseil à ses sages, à ses familiers, à ses amis et à ses hommes des confiance afin d'échapper ainsi à la mauvaise fortune qui le menace? Celui qui a commis les plus grand péché, peut, etc. » D. 195.

mihi meum sompnium exponerent; qui iusserunt me, te ac filium tuum et meum et socios meos foederatos occidere. Quomodo ergo gaudere potero, quando te non videbo, aut quomodo vivam, si omnes perdam quos ipsi iubent interficere? Etenim quis est in mundo et audiens haec, qui non contristetur et L4r stupescat? | Et audiens regina verbum suum voluit se abscondere dolorem de hac re, et ait ad eum: Nequaquam contristeris te, domine rex, super haec: sit enim anima mea redemptio animae tuae, conservet Deus tuam vitam et pacem. Iam enim dedit tibi Deus plures mulieres et meliores me, et quare igitur contristatur rex? Veruntamen unum peto a rege ex dilectione quam habeo erga ipsum, ut non credat post mortem meam his vilis sceleratis et falsis, nec cum ipsis agat consilium suum, nec occidat quemquam, donec prius respiciat decies suum factum, ne forte ipsum hoc fecisse poeniteat; non enim poterit aliquem vivificare postquam mortuus fuerit. Dicitur enim in quadam parabolarum: Quando inveneris pulchras margaritas et eas non noveris, noli proiicere, donec ostenderis alicui qui noscit eas. Nunc, domine rex, memento quoniam hi viri quos vocasti, non diligunt te; interfecisti enim de illis duodecim milia virorum, nec eos putes huius rei esse oblitos. Ideo non decet illis manifestare tuum somnium et secretum, nec debes credere consilio malignorum et sceleratorum talium; nam ipsi inimicantur tibi, donec interficias tuos viros sapientes, qui tibi sunt coadiutores in gubernatione tui imperii, et uxorem tuam quae cara est in oculis tuis, et filium tuum qui est tua vita, et equum tuum qui est solus et equitatura tua, et gladium cum quo pugnas contra inimicos tuos et cum eo sustines regnum tuum. Et quando omnes istos interfeceris, perdes delectactionem oculorum tuorum et gloriam tui imperii, et

---

lin. 6. *se absc.* sic. — 6. *te* sic — 7. *dolore* E. — 13. *celeratis* E.

superabunt te, et capient de te ultionem, et de tuo imperio te expellent, ut ipsi ad primam gloriam restituantur. Porro ecce Kynaron sapiens qui adhuc vivit: consulo tibi, vade ad eum et pande sibi tuum secretum et secum tuum age consilium; ipse enim novit omnia huiusmodi praeterita et futura, et sapientior est his omnibus, et est iustus et sanctus, nec ipsum habemus in suo consilio suspectum. Interroga igitur eum de omnibus his quae vidisti in somno et si tibi dixerit quod isti dixerunt, facies postea sicut tibi imponunt; sin autem, scias te esse magnum regem in tuo regno, fac in ipsis tuam voluntatem. Cunque rex haec audisset ab ea, placuit ei cum gaudio, et equitans statim ad Kynaron sapientem, tristis et dolens in corde suo. | Et ait ad eum Kynaron: Quid est quod dominum Lv regem ad me adduxit hodie? Domine rex, quare tristaris, nec video in tuo capite dyadema imperii? Dixit rex: Dum dormirem in lecto meo nocte quadam, audivi in somno voces octo, et excitatus, et iterum ad somnum rediens, vidi octo somnia quibus a me narratis sapientibus talis civitatis fratribus tuis, mihi in malum pronunciaverunt super ipsis; propter quod timeo, ne forte mihi malum aliquod superveniat, ut peream in bello aut expellam de meo regno. Et ait ad eum Kynaron: Nequaquam, domine rex, huiusmodi tribulationes timeas; omnia enim in bonum convertentur et tuae gloriae argumentum, et cito tibi perficientur haec in prosperitatem. Significatio enim somniorum quae vidisti, haec est: Duo pisces rubei assistentes tibi suis caudis significant tibi repraesentari ex tali regno duos parapsides plenas margaritis. Duae vero aves aquaticae quas vidisti, volantes post te et inter manus tuas corruentes, signant ad te mitti nuncium praesentantem tibi a rege Graeciae duos equos similes in mundo non habentes. Quod autem vidisti

lin. 1. *vltionem* E. — 12. *et equitans* sic. — 15. *dyadema* sic.

serpentem trauseuntem per tuum sinistrum pedem, significat tibi praesentari a rege Tharsiae ensem non habentem simile mundo. Quod autem videbatur tuum corpus sanguine involutum, praesentabuntur tibi a rege Sabba vestes sericae colore coccinio pro imperio. Et quod videbas corpus tuum ablui in aqua, signat quod portabuntur tibi ex regno Thabor panni linei bissini. Quod autem videbatur stare te super montem album, veniet ad te ex Dathan nuncius dans tibi album elephantem, quem equi attingere non possunt. Columna vero ignis assistens tuo capiti, designat tibi praesentari de rege Cedar coronam auream. Albam vero avem quam vidisti caput tuum fodientem suo rostro, nolo tibi nunc exponere; sed ne dubites de eo, quoniam malum non est; veruntamen parum ad iram commoveberis contra tuos amicos. Haec quidem encaenia offerentur tibi ex nunc usque ad septem dies. Cunque rex audisset haec, saltavit ad pedes sapientis Kynaron; et rediit ad domum suam, et ait: Vere non est in mundo adeo sapiens sicut sanctus Kynaron: L°r ego autem expectans considerabo verbum quod mihi dixit. | Septima vero die indutus rex vestibus imperialibus sedebat in palacio super solio imperiali, assistentibus sibi undique suis principibus et nobilibus; et coeperunt singuli nuncii venire cum praedictis encaeniis unus post alium, a primo usque ad ultimum. Cunque vidisset rex margaritas et lapides preciosas et iocalia auri, magnificata est eius laeticia, et cogitavit in corde suo dicens: Peccavi nimis pandens mea secreta viris litteratis malignis. Et ait: Vere non conspexi mea facta annuncians eis somnium meum, et nisi miseratio quae protegit me, et consilium habebam reginae, utique a mundo periissemus. Et ideo decet unumquemque quaerere consilium a suis sociis

---

lin. 6. *Thabor*, תובל *Toubal* D. 200. — 8. *Dathan*, דרן *Haran* D. 200. — 10. *Cedar*, קדר *Kêdar* D. 200.

et amicis, et credere in ipsis, quia consilium quod praestitit mihi Helebat, ortum est ad bonum, et sustinuit mihi Deus regnum meum per consilium sociorum meorum et amicorum; et ibi revelata est mihi per hoc iusticia Kynaron sancti et suorum verborum veritas. Post hoc vero rex vocans suum filium et Beled suum principem et notarium, et ait ad eos: Non decet nos in nostris vestiariis haec encaenia introducere, sed volo inter vos ea dividere, qui personas vestras pro me morti exposuissetis, et Helebat quae mihi bonum praestitit consilium, per quod meum persistit imperium, et quae meum luctum convertit in gaudium. Et respondens Beled ait ad regem: Non est mirandum, quia exposuimus nos ad mortem pro domino rege; quis enim servus non tradat se morti pro domino suo? Quicunque pro domino suo non consentit mori ac pro amicis et sociis, non est vir discretionis. Et propter hoc ne ammiretur dominus rex, quod habeat servos se exponentes loco domini sui; nos enim non debemus de his encaeniis aliquid recipere, sed filius tuus, cui soli dabis. Animose dixit rex ad eum: Iam dedit nobis Deus bona gaudia; propter hoc sublata verecundia accipe partem tuam et gaude de ea. Et ait Beled ad eum: Sit illud quod regi placet. Veruntamen si regi videatur, accipiat sibi primo quod regi placet. Accepitque rex elephantem sibi, et dedit filio suo unum equorum, alterum vero dedit notario suo consanguineo [suo]; et misit ad Kynaron alba vestimenta quae digna erant regibus; | coronam vero et vestes rubeas dixit non 14v
esse dignas nisi mulieribus. Et ait ad Beled suum principem: Nunc accipe coronam et vestes rubeas, et veni post me ad domum dominarum. Et vocans, Helebat et concubina eius stabat ante eum. Et signabat rex ipsi Beled, quod doceret Helebat quod eorum caperet. * Cui Beled designavit suo oculo,

---

lin. 4. *relata* E. — 23. *et de filio* E. — 25. *dihna* E. — 30. Lac. vi-

ut caperet vestes. Rex vero elevato capite concidit oculos eius in oculum Beled, quando significavit reginae, quod caperet vestes. Et percipiens Helebat, quoniam respexisset rex, quando significavit sibi Beled suo oculo, relictis omnibus vestis, accepit coronam, et stabat in una parte domus, ne forte rex aestimaret aliquid mali adversus ipsam. Et factum est post hoc, quandocunque Beled superveniebat regi, commovebat oculos et palpebras, ac si hoc semper ex consuetudine faceret, ne suspicaretur rex ipsum cum Helebat. Erat autem mos regis cum Helebat iacere una nocte, et altera cum concubina. Quadam vero nocte, qua mansurus erat cum Helebat, paraverat ei regina ferculum de grano risi; et recipiens regina parapsidem auream, in qua erat ferculum, accessit ad regem cum corona in capite; et videns illud concubina eius, mota est invidia contra Helebat, et exurgens induit sibi illas vestes candidas. Et cum intrasset cameram ubi erant, illuminata est iubare illius; erant enim illae vestes sicut sol in ortu eius. Et videns illam rex, motus est dilectione erga ipsam; et ait ad Helebat: Vere stulta fuisti eligens tibi coronam et relinquens vestes, quibus similes non habemus in nostris vestiariis. Cunque audisset hoc regina, quia laudaret concubinam et contemneret suum consilium, commota est in iram contra regem, et accipiens parapsidem cum ferculo effudit in capite regis plenam, et maculata est eius facies et barba et vestimenta regis regia. Hoc autem factum est, ut adimpleretur quod viderat in somno de ave alba, quae suo rostro perfodebat caput

---

detur hic locus. Cfr. J. (D. 203-4): « Le roi dit ensuite a Bilâr: Présente à Hallabat la couronne et les étoffes, pour qu'elle fasse son choix. *Après avoir regardé les deux objets, elle fit du coin des ses yeux signe à Bilâr pour que celui-ci lui indiquât ce qu'elle devait choisir.* Il lui indiqua par un clignement qu'elle devait préférer les étoffes. » — li ; 3. *qn̄ respexisset rex qū* sic E.

eius, sicut Kynaron exposuit. Et vocans rex Beled ait ad eum: Nonne vides quid fecit mihi haec mulier, quomodo vilis sum in oculis eius? Nec ultra coram me appareas donec interfeceris. Egrediens Beled cum Helebat a facie regis dixit in corde suo: Non interficiam ipsam | donec cessabit ira sua, quoniam Ir mulier sapiens et prudens est, et multa honorabilis inter omnes dominas regni, nec habet similem in mulieribus; non potest esse una hora sine ipsa, et iam plures liberavit a morte manu sua, et nos speramus semper bonum per eam, et scio quia reprehendet me rex in posterum accelerans mortem suam. Et propter hoc nolo eam interficere, donec videbo quod mandavit mihi rex pro ea, ac per hoc glorificabor super omnes mundi sapientes, ac rex corrigitur per hoc, ut nunquam festinet aliquod simile huic fieri absque diligenti provisione. Si vero eam non recordabitur, nec ad eam aspirabit, tunc suum mandatum adimplebo. Duxitque Beled reginam ad domum suam et ordinavit duos domicellos in eius aministratione, praecipiens omnibus de sua familia honorare reginam et obedire sicut servus suo domino, donec videret quid rex mandaret super eam. Et accipiens Beled ensem involvit eum sanguine agni, et accessit ad regem quasi tristis et dolens; et ait ad regem: Implevi quippe verbum tuum et interfeci reginam. Post paululum recordatus rex reginae spesiositatis, suorumque morum et prudentiae, poenituit in corde suo: verecundabatur autem quaerere Beled, si eam interfecisset aut non; sperabat tamen hoc non attemptasse Beled; confidebat enim de eius prudentia et intellectu. Et ait Beled sua prudentia ad regem: Nequaquam tristetur rex nec doleat; fletus et contristatio non restituunt quod perditum est, sed animam affligunt et dolorem praestant corpori. Inimicis autem regis tristicia addit gaudium: propter hoc consulo tibi, domine rex, sine ab hoc, et ne tristeris pro re quae nunquam recuperari potest. Et si placet, dicam pa-

rabolam similem huic accidenti. Cui dixit rex: Volo, narra mihi † illam. Inquit Beled: Dicitur, quod fuerunt duae columbae, masculus et femina, et cum sibi grana tritici congregassent ex areis, donec nidus suus plenus esset, dixit masculus feminae: Volo, ut nihil nunc de hac quantitate tritici comedamus usque tempus hyemis, quando non inveniemus per campos et areas. Cui dixit femina: Intellexi verbum tuum; observabo illud. Erant autem grana quae ibi posuerant humida ex pluvia illa M'v madefaciente, et cum | calor aestivus advenisset, exicavit triticum ibidem, ut eius quantitas deficeret. Post multos vero dies rediens maritus ad nidum et videns quantitatem tritici diminutam, dixit uxori suae: Nonne tibi praecepi de hoc frumento non recipere usque ad tempus hyemis, quando non inveniemus per montes et campos? Cui respondit uxor: Nihil de eo gustavi; defecit tamen ab aestivo calore et ventorum exicatione. At ille cum non crederet suo verbo, percussit eam rostro in suo capite, donec eam interficeret. Et factum est cum venisset hyems, madefactum est frumentum ex humiditate pluviae et austri, <et> tumuit ita ut plenus esset nidus; et videns hoc columbus cognovit, quoniam dixerat sibi verum uxor sua et quia innocens ipsa fuerat, et coepit dolere et contristari super eo quod interfecerat illam, et sedebat tota die vacans tristiciis et extenuans se fame et siti, donec mortuus est. Et propter hoc decet unumquemque virum prudentem et sapientem, non esse celerem in suis processibus nec oblivisci futurorum. Tu etiam, domine rex, noli quaerere quod non invenies, sed quaere potius illud in quo tu es hodie, antequam totum amittas, ne forte accidat tibi sicut accidit symeae de lenticulis. Dixit: Quomodo † fuit? Dixit Beled: Fertur fuisse quidam; <qui> cum ferret quoddam vas plenum lenticulis de uno loco in alium, et esset in via inter arbores excelsas, dimisso vase in terra, coepit ibi dormire. Cum autem vidisset symea quaedam, quae erat in

arbore, vas lentium, descendit de arbore et cepit plenum suum pugillum de lenticulis illis. Et cum ascendit ad arborem, cecidit unum granuum de illis in terra, et nolens illud amittere descendit de arbore ad quaerendum illud. Qui cum teneret se suis manibus per ramos arboris, aperta est manus eius, et omnes lentes eius ceciderunt. Sic propter unam lenticulam dimisit et perdidit totum quod abstulit. Tu quoque, domine rex, habes ultra centum mulieres, et cum nulla gaudere et exultare vis, illam quaeris quae non potest inveniri. Et cum audisset rex illud, credidit ipsum interfecisse reginam; et dixit rex Beled: Propter unicam offensam in uno momento interfecisti reginam nec potuisti differre et respicere quid faceres. Ait Beled: Verbum regis et verbum eius quod non revocatur, idem est. 18r Cui dixit rex: Quis est ille? Ait Beled: Est ipse rex et cuius verbum non revocatur nec mandatum infringitur. Dixit rex: Magnus est meus dolor et tristicia, quia interfeci Helebat. Ait Beled: Duo sunt, quorum magna est tristicia in hoc mundo et parvum gaudium: qui dicit non esse post diem mortis nec meritum nec afflictionem; et qui nunquam egit misericordiam cum inope. Dixit rex: Si viderem Helebat, nunquam de aliquo in mundo tristarer. Ait Beled: Duo sunt, quae non debent tristari de aliquo: qui egit misericordiam et omni die addit ad illam; et qui nunquam peccavit. Dixit rex: Nunquam respiciam Helebat. Ait Beled: Duo sunt qui nihil respiciunt, caecus scilicet, et non habens intellectum; et quemadmodum caecus non vidit, sic et stultus non discernit suum bonum a malo. Scriptum est autem: Stultus in tenebris ambulat. Dixit rex:

---

lin. 18. *pium gaudium* E, *parvum g.* coniecit D. 12. « Bilâr dit: Deux n'ont forcément ni grand chagrin ni grande allégresse, parce que leur bonheur dans le monde dure peu et se change en tristesse dès qu'ils aperçoivent le mal: Le pécheur. etc. » D. 211-2. — 21. *que* sic E.

Si viderem Helebat, magna esset exultatio mea. Ait Beled: Duo sunt qui vident, scilicet habens oculos et sapiens. Dixit rex: Si viderem vultum Helebat, non saciarer videre eam. Ait Beled: Duo sunt qui non saciantur; scilicet ille cuius cogitatio non nisi ad congregandum divitias vacat; et qui appetit comedere quae non inveniuntur. Dixit rex: Non ego amplius debeo in omnibus sequi te. Ait Beled: Duo sunt illi quos nemo sequi debet: qui dicit non esse iudicium et rationem de operibus hominum; et cuius oculus non cessat respicere et auris audire quae sua non sunt, nec desinit concupiscere mulieres alienas nec cor eius a malo agendo; quoniam horum finis malus erit. Dixit rex: Factus sum per Helebat desolatus. Ait Beled: Tria sunt quae fiunt desolata, flumen scilicet in quo non est aqua, terra non habens regem, et mulier non habens virum. Dixit rex: Unde corrigis me hodie? Ait Beled: Tres corrigendi sunt: qui malum agit contra suum regem; et vir sciens mandata et ea non observat; et qui agit misericordiam et beneficia ea non cognoscenti. Dixit rex: Perdidisti iudicium Helebat nec ad lucem ius suum eduxisti. Ait Beled: Duo sunt, quorum perditur ius absque culpa, et in suis operibus defraudantur nec ad lucem exit eorum iudicium; qui induit vestimenta sericea et stat discalciatus pedibus; et qui
M²v puellam acci|pit uxorem et postea illa dimissa non acquirat eam longo tempore. Dixit rex: Diris tormentis dignus es super ea quod fecisti. Ait Beled: Tres sunt illi qui digni sunt afflictionibus: qui malum agit illi qui ipsum non offendit; et qui ad mensam alienam non vocatus accedit; et qui petit a suo proximo quod non habet, et negata sibi petitione adhuc infert taedium impetrando. Dixit rex: Deberes silere, donec cessaret ira mea. Ait Beled: Tres silent, scilicet serpens in manu incantatoris, et qui piscatur pisces, et qui cogitat magna patrare. Dixit rex: Utinam viderem Helebat. Dixit Beled: Tres

sunt qui desiderant quod non inveniunt: impius cupiens in secreta iustorum connumerari; et homicida cupiens suum gradum esse in gradu heremitae divino cultu vacatione; et qui suis gravibus sceleribus Deum provocat et petit ab eo remissionem confidens in ipso. Dixit rex: Valde vilis factus sum in oculis tuis. Dixit Beled: Tres sunt qui vilipendunt suos dominos: servus cuius dominus adversus ipsum verba multiplicat absque culpa nulla causa vel modo; et servus qui suo domino ditior est; et servus qui a suo domino nutritur delecate. Dixit rex: Valde derisisti me. Dixit Beled: Quatuor sunt quos debet deridere homo, scilicet qui dicit se in multis bellis diris extitisse et multos in illis interfecisse ac multam praedam fuisse depraedatus, et nullum in suo corpore vulnerum apparet vestigium; et qui dicit se esse sapientem et scientem sapientiam excelsi et colentem Deum et heremitam, est tamen corpus suum pingue et robustum valde magis quam ipsius Epicuri; qui enim vacat in divino cultu debet esse extenuatus carne suis abstinentiis et carnis maceratione; et virgo, quae deridet mulierem habentem virum eo quod dedit se viro; quis enim novit utrum illa virgo fornicatrix sit? quapropter haberi debet derisione: et qui luget de praeteritis et impossibilibus, desiderans ea non fuisse quae fuerunt et esse quod impossibile est. Dixit rex: Non cum veritate egisti opera tua interficiens Helebat. Dixit Beled: Tres sunt qui opera sua cum veritate non agunt: qui enim dicit mendacia et eius verba creduntur; et qui solicitus est circa cibum et potum, negligens tamen in operum exercitio; et qui non refrenat iram suam ante quam irascatur. Dixit rex: Si vere iuste egisses, non interfecisses Helebat. Dixit Beled: Quattuor sunt qui iuste agunt et vere: servus qui parans sibi cibum optimum et illum appetens, proponit non sibi sed

lin. 13. *depredatus* sic E.

domino suo; et vir qui una muliere est contentus; et rex qui quaerit pro suis factis a suis viris consilium; et qui suam iram compescit violenter. Dixit rex: Ammodo timeo te. Ait Beled: Quattuor sunt qui timent quod non est timendum: quaedam parva avis, quae stans in arbore elevat unum pedem suorum, timens ne forte cadat coelum super ipsam, putans illud suo pede sustinere; et pica regens se uno pede timens praemere terram, ne forte corruat sub ea; et vermis quae nutritur in terra, quae parce comedit de ea, timens ne sibi deficiat ut non habeat cibum; et vespertilio quae non vult volare de die, putans nullam esse avem in mundo pulcriorem se, et timet ob hoc ne forte ab hominibus desiderata capiatur, ut in domibus ostendatur. Dixit rex: Non amplius decet nos tibi adhaerere. Dixit Beled: Decem sunt quae nunquam sibi invicem adhaerent, scilicet nox et dies, iustus et impius, tenebrae et lux, bonum et malum, vita et mors. Dixit rex: Iam orta est in corde meo inimicicia adversus te, quia interfecisti Helebat. Ait Beled: Octo sunt quae sibi inimicantur, lupus et canis, murilegus et mus, nisus et columba, corvus et buffo. Dixit rex: Dissipasti totam scientiam tuam ex quo interfecisti Helebat. Dixit Beled: Quattuor sunt opera [se] dissipantes et scientiam: qui dissipat suas peractas iusticias et bonas operationes peccato; et dominus qui suo servo reveletur; et pater qui non praestat praerogativam bono filio prae aliis suis filiis malis; et qui revelat secum secretum viro seductori et doloso. Dixit rex: Ego ipse mihi intuli hanc tribulationem. Ait Beled: Duo sunt qui sibi ipsis inferunt angustiam, scilicet qui suis calcaneis a terra elevatis ambulat super digitis pedum, non enim securus incedit timens nequando praecipitetur et corruens in foveam pereat; et homo impotens, laudans se non timere bellum neque mortem et vilipendit suum adversarium, sed quando fuerit in bello astrictus, non potens bellicas stimula-

tiones sustinere, fugit a dextris et sinistris, et redditur confusus in se ipso. Dixit rex: Vovi votum interficere. Dixit Beled: Quattuor sunt, pro quibus homo debet vovere et ea a se nunquam separare; pro equo bono qui est equitatura sui domini; et pro bove qui bene arat; et pro prudente muliere quae di- 11r ligit virum suum; et pro legali servo, qui sua opera toto corde et animo agit et semper timet suum dominum. Dixit rex: Nunquam vidi similem Helebat. Dixit Beled: Quattuor sunt quae non habent simile: mulier quae scilicet gustavit multos viros, non est contenta uno viro; et qui doctus est mendaciis, nunquam verum profert; et ille qui in sui negociis non quaerit consilium nisi a se ipso; et crudelis qui non potest permutare suos mores ut sit homo mansuetus. Dixit rex: Non considerasti iusticiam neque peccatum. Ait Beled: Quattuor sunt quae non considerant iusticiam neque peccatum: aeger qui multum est sua infirmitate aggravatus; et servus qui perteruit suo domino; et qui quaerit occasionem contra suum inimicum impium et malignum; et vilis qui non timet illum qui se meliore est. Dixit rex: Iam dolorem intulisti in anima tua. Dixit Beled: Tres referunt <dolorem> sibi ipsis: qui incipit quod bene abesse potest; et carens prole et consanguineis non cessat congregare pecuniam et divitias ut eas exerceat usuris; accipiens in uxorem

lin. 9. *que* (pr.) sic E, cfr. l. 14. — 17. *ininicum* E. — 19. *Dixit Beled:* etc. « Bilâr dit: Trois se font du mal: Le guerrier qui va à la mort sans prendre garde; le richard qui n'a ni fils, ni filles, ni frères, ni parents et qui prête néanmoins à intérêt usuraire, sans penser que ses debiteurs, dans leur haine, peuvent lui faire un mauvais coup; enfin le vieillard qui couche avec une jeune fille qui se livre à la débauche et désire sa mort afin de pouvoir épouser un jeune homme, au point qu'elle pourrait bien le tuer elle-même. » D. 220. — 20. *(dolorem)* suppl. — 21. *et (qui) carens p.*?

quae sub eo fornicari non desinet et optare eius mortem ut possit accipere iuvenem. Dixit rex: Non amplius debemus in te confidere. Ait Beled: Quattuor sunt in quibus non debet quis confidere, scilicet serpens, lupus, rex iniquus, et corpus quod Deus mori destinavit. Dixit rex: Ammodo nos oportet a te praeservari. Ait Beled: A quattuor debet se unusquisque praeservare, a latrone, a mendace, ab inimico, et a crudeli. Dixit rex: Sufficere tibi debet, quia probasti et temptasti me. Dixit Beled: In quattuor probatur res, vir fortis in bello, bos in aratro, servus in sua dilectione erga omnes homines, intellectus vero et discretio regis probatur in eius irae prorogatione, mercator vero in suis negociationibus, socii vero sociorum suorum remittunt offensas, fidelis amicus probatur in temporibus adversitatum amicorum suorum, vir autem religiosus suis elemosinis et orationibus comprobatur et eius perseverantia in hac vita in maceratione sui corporis et suae personae afflictione, vir vero nobilis natura probatur in sui manus largitate omnibus petentibus, pauper vero probatur recedendo a peccatis et quaerendo tantum suum victum iuste et temperate. Dixit rex: Quomodo potes loqui ante me videns iram meam? Ait Beled: Septem sunt quae nunquam de ira regis excluduntur: qui non compescit iram suam quando provocatur nec sua vicia reprimit, et sapiens bona opera non faciens, et stultus vane gloriosus, et iudex praemium recipiens in iudicio, et sapiens avarus sua scientia ad docendum alios, et faciens iusticiam ad meritum huius seculi. Dixit rex: Multum contra me

lin. 9. *In quattuor probatur res* sic E. « Les hommes sont éprouvés par dix choses: etc. » D. 220-1. — 12. *socii vero (quando?) sociorum s. r. o.* — 21. *que* sic E. — 22-23. *qui non compescit.... vicia reprimit.* sic E. « Celui qui ne sait pas se contenir et s'enflamme vite; celui qui ne sait pas perdonner ». D. 221.

exasperasti et male egisti mihi et tibi. Ait Beled: Octo sunt qui sibi et aliis malefaciunt: stultus qui nihil scit, reputans se sapientem et volens alios docere; et vir tacens intellectu, qui quaerit quod non invenitur; et crudelis impius; et qui utitur proprio consilio nec quaerit a sociis suis; et qui submittit se servitiis regum, non habens intellectum et prudentiam; et qui quaerit sapientiam cum qua possit litigare cum his qui sapientiores sunt ipso nec respicit ab eo qui doctus est; et qui adhaeret regi et vult eum defraudare; et ordinatus super officiis regum, volens regem decipere et defraudare; et qui malorum morum est nec recipit correctionem. Et factum est, post haec siluit Beled sciens regem esse contristatum pro regina, et quia ad ipsam afficiebatur; et cogitavit in corde suo dicens: Teneo iam operari regi opus per quod me diligat maxima dilectione et dimittat mihi offensam in his omnibus quibus exasperavi contra ipsum et afflixi, et temptavi ipsum, nec effudit super me iram suam. Et respondens ait ad eum: Domine rex, regat Deus imperium tuum et gloriam tuam exaltet, quia non est sicut <tu> in mundo, nec similem habuisti in omnibus qui te praecesserunt, nec erit tibi similis in his qui tibi successuri sunt, quia super me non effudisti iram tuam. Ego autem mea stulticia et defectu intelligentiae, et quia vilis sum et imprudens, praesumsi ante te loqui omnia quae locutus sum; veruntamen, rex, non cessarunt a te bonitas et gloria; ipsi enim sunt qui addiderunt ad tui intellectum; et quia prorogasti iram tuam in his omnibus quae audisti a me, nec aliquid inconveniens protulisti; etenim humilis fuisti, sermone placabilis, dilector

---

lin. 1. *Octo* sic E. — 3. *tacens intellectu* sic E. « l'homme instruit qui manque de bon sens, et cherche ce qu'on ne peu pas trouver. » D. 222. — 10. *regere decipere* E. — 17. *Et respondens* sic E. « Il reprit donc et dit: » D. 223. — 19. (*tu*) suppl. — 22. *prudens* E.

M5v pacis et veritatis et bonitatis: et quando super|venit tibi contrarium adversitate stellarum aut planetarum aut contrariabitur tibi malum aliquod et amittis omnia quae habes, non pro tanto conturbaris et alteraris, sed omnia vultu placabili recipis, nec obstupescis, sed consolatur anima tua, et disputas cum corde tuo et ad ostendendum quoniam recipis illud quod Deus dat tibi. Et quicunque non sic se habet ex hominibus, eum deponis et exterminas ut filios pravitatis et a te prolongas et destruis, ut cessent ob hoc a malo quod intendebant. Tu autem, domine rex, multitudine misericordiae tuae et tuorum <morum> bonitate iram refrenasti nec ipsam super me effudisti, et sustinuisti omnia quae a me audivisti, cum vilis sim et parvus in oculis tuis; et laudo inde Deum, domine rex, propter te, quia non mandasti me perdere. Nunc autem in manu tua sum; nam quae feci, omnia ex dilectione mea erga te toto corde et potentia feci. Et si peccavi forsitan in hoc, virtutem habes et imperium me perdere; propter peccatum meum et meis offensis peribo. Et audiens hoc rex intellexit, quia non interfecerat Helebat; laetatus est valde, et respondens ait ad Beled: Dico tibi, quod est illud quod sustinuit me non irasci contra te, quia sciebam dilectionem tuam et tuum bonum consilium erga me et servitium quod mihi fideliter serviebas, et sperabam ex tuo intellectu et prudentia te non interfecisse reginam; quia licet peccaverit contra me, non tamen fecit illud ad malum et proprium odium, sed ex invidia quam habuit ad concubinam. Et tu quidem mihi fecisti gratiam, quam nemo unquam fecit, et debeo te super hoc laudare. Nunc autem duc eam festinanter ante nos. Et exiens Beled a facie regis cum gaudio et exultatione, dixit Helebat quod se ornaret imperialibus, et veniret ante regem; et fecit ita. Et cum videret eam

---

lin. 5. *obtupescis* E. — 11. (*morum*) suppl.

rex, magnificatum est gaudium suum. Et ait ad eam: Fac enim quaecunque volueris; non enim revocabo verbum meum. Et ait Helebat: Conservet Deus regnum tuum, quia non debuisti poe|nitere mortis meae ex quo offendi contra te; tamen tua gratia et miseratio sustinuit me, et doluisti de morte mea. Et ait rex ad Beled: Tu iam fecisti mihi gratiam, propter M'r quam debeo te laudare tota vita mea, et vidi ex te quod nunquam rex aliquis ex servo suo vidit. Et non fecisti servitium melius isto, quia non interfecisti reginam, cum ego interfecerim eam. Tu vero ipsam a morte resuscitasti et mihi iam restituisti eam; et propterea deinceps nunquam mandabo tibi aliquid facere, et praepono te ex nunc super meo regno et populo, ut facias quod tibi videtur. Et respondens Beled: Ego sum servus tuus, domine rex, veruntamen unum peto a te, quod nunquam festines aliquid magnum facere, donec bene praemediteris super eo, et futura respicias et maxime in causa huius mulieris, cuius similis hodie in tuo regno <non> invenitur in gratia pulcritudine et intellectu. Et ait rex: Dixisti: oportet te mihi hodie de hac materia plus dicere. Iam enim induxisti me, quod nunquam aliquod magnum vel parum faciam, donec illud decies respiciam. Post haec datis reginae Helebat pulcris vestimentis, permansit rex suo regno cum pace et exultatione et dierum longitudine. Post hoc deliberavit rex consilium cum Beled, ut perderent totam progeniem illorum virorum, quos vocaverat rex pro expositione sui somnii, et qui voluerunt perdere regem et suam familiam; et exterminaverunt illos de mundo crudeli exterminatione. Et remansit in pace rex laudans Deum de misericordia, quam sibi contulit; et exaltavit Kynaron de sapientia et intelligentia sua, quia sua sapientia et consilio liberati sunt rex et sua uxor, filius aliique fideles socii in vita permanserunt.

---

lin. 17. (*non*) suppl.

CAPITVLVM XI. DE VENATORE ET LEAENA ET EST DE ILLO QVI DESINIT A MALEFACIENDO ALTERI PROPTER MALVM QVOD SIBI ACCIDIT.

M6v Ait rex Disles ad philosophum: Intellexi per hanc parabolam, quid oporteat reges et dominos auctoritatis potentiae facere tempore irae suae provocationis, et quomodo debeat iram suam compescere. Nunc indica mihi pro eo, qui cum accidit ei aliquod malum corrigitur per illud, et divertit animum suum a malis quae patrare solebat, ut ultra malum non attemptet facere. Ait philosophus: Nemo agit mala nec quaerit quae nociva sunt hominibus nisi stultus et malignus et qui non respicit futura praesentia nec praeterita et agit ea ignorans malum venturum sibi; quandoque vero castigatur stultus per adversitatem sibi contingentem, nec ultra offendere quenquam attemptat. Nam cum advenit sibi malum, dolet et tristatur, recognoscens sic alios doluisse ex suis maleficiis et damnis illis ab ipso illatis, quod amodum et ipse dolet de malo sibi ab aliis adveniente, et timens desinit a male faciendo proximis, ipsorum dolorem recompensans, et contemplatur inde quod bonum est pro suo fine. Parabolam quoque quam mihi postulasti super hoc, est parabola venatoris et leaenae. Dixit rex: Quomodo fuit? Ait philosophus: Dicitur, quod cum quaedam leaena peperisset duos catulos et eos in suo habitaculo dimisisset, donec quaereret aliquod venationis pro esca, transivit inde quidam venator, et cum vidisset illos, interfecit eos et excoriavit pelles eorum et abiit in viam suam. Cum rediret leaena ad suum habitaculum et suos catulus mortuos invenit et excoriatos, factum est hoc ei valde molestum, et contristabatur et

---

lin. 3. *debeat* sic E. — 10. *malis* E. — 15. *facundo* E.

flebat amare, iactans se super lumbos et faciem eius in terra prae sui cordis amaricatione. Et cum sentiret quidam lupus vicinus eius strepitum clamoris et lamentationem cordis ipsius, ivit ad eam quaerens ab ea, quare hoc faceret. Cui leaena suum casum exposuit. Ait ei lupus: Nequaquam debes ob hoc flere et contristari nec te in huiusmodi strepitu suspiratuum fatigare, sed vindicare debes te ipsam iusto iudicio et considerare quia non intulerit venator tibi hanc tribulationem, nisi propter tribulationem quam et tu simili modo et aliis intulisti. Habe igitur patientiam operis venatoris, ut alii tui operis patientiam habuerunt; nam scriptum est: Mensura qua quis mensus fuerit, eadem remecietur ei; et sic vobis contigit nunc. Dixit ad eum leaena: Expone mihi hoc quod intendis. Cui lupus dixit: Quot sunt anni vitae tuae? Et respondens leaena dixit: Circa centum annos habeo. Cui dixit lupus: De quo sustentata est vita tua ex tunc usque nunc? At illa: Vivebam de carnibus bestiarum et ferarum terrae. Cui dixit lupus: Scisne huiusmodi animalia quae devorabas, patres et matres habuisse? At illa, Scio, inquit. Et ait lupus: Scire debes quoniam sic illi tristati et amaricati sunt ex amissione suorum filiorum sicuti et tu de amissione tuorum. Et scire debes quod non invasit te haec tribulatio a venatione, nisi propter tui cordis pravitatem, et quia non curasti meditari tua opera nec ultima considerare, nec cogitasti illa super tuum verticem redundare. Et audiens leaena a lupo, scivit verum esse, et recognovit in se non advenisse hanc tribulationem, nisi propter adversi-

---

lin. 2. *Et cum sentiret* etc. « Près d'elle habitait un animal qui n'a pas de nom en hébreu. » D. 231 — 4. *Cui leaena suum casum exposuit.* « La lionne répondit: Un chasseur a passé devant mes lionceaux, les a tués et dépouillés de leur peant qu'il a emportée. » D. 231. — 6. *suspiratum* E. — 20. *amaritati* E. — 20-21. *secuti* E.

tates quas ipsa intulit aliis animalibus, et quia inique egit et iniuste, cepit inde Deus suam ultionem super hoc. Et abstinens se offendere animalia rediit ad usum fructuum et victualium terrae. Et videns lupus processus leaenae, quia non nutriebat se nisi de fructibus terrae, dixit ei: Aestimabam quippe penuriam fructuum et victualium terrae esse ex temporis peste et anni sterilitate venisse, donec vidi te illis fruentem. Tu quoque comedis carnes, et relicto illo cibo quem tibi Deus constituit, rediisti ad fruendum cibo alterius, ad rapiendum escam alienam; et ideo facta est penuria fructuum causa tui. Vae igitur animalibus de fructu terrae viventibus! Propter te visitavit ea Dominus inducens te super illis escam illorum rapientem. Cunque audiret haec leaena, subtraxit manum suam a victualibus et fructibus terrae, et restrinxit se solo feno terrae sustentari. Post haec vero dixit philosophus regi: Adduxi hanc parabolam, quia quandoque malignus desinit malignari hominibus propter adversitatem sibi ab aliis adventam, ut leaena fecit. Et propter hoc debent homines huius mundi hanc causam considerare; nam scriptum est: Quod tibi fieri non vis, aliis ne feceris; et cum hoc adimplebis iusticiam et iudicium et placitum hominum facies.

CAPITVLVM XII. DE HEREMITA ET DE PEREGRINO ET EST DE EO QVI RELINQVIT OPERA PROPRIA ET FACIT QVAE NON DEBET.

M'v Ait rex ad philosophum suum: Intellexi iam hoc: nunc vero volo, ut indices mihi parabolam de eo, qui relinquens propria gesta et solita, et facit ea quae non sunt rationis et usus, donec perdit primos mores. Inquit philosophus: Dicitur

lin. 8. *illi* E.

quod erat in quadam terra heremita. Quadam vero die cum apud eum esset quidam peregrinus hospitatus, apposuit heremita ei de bonis dactilis, de quibus ambo comederunt. Dixit peregrinus: Quam dulcis est hic fructus! Utinam in terra nostra essent de huiusmodi arboribus et fructibus! quamvis habeamus in ea alios bonos fructus, et quicunque haberet ficus et uvas et alios fructus, esset de illis contentus. Ait ad eum heremita: Non est vir prudens, qui quaerit quod non invenit et cuius animus cupit quod habere non potest; redundat enim sibi in dolorem et suspirium et dissipat cor suum. Tu quoque vir prudens et intelligens es; debet tibi sufficere quod datum est tibi, abhorrere quod nequis invenire. Et cum heremita lingua hebraica loqueretur, placuit peregrino loquela illius, et petiit ab heremita doceri ipsam illam linguam; et permanens cum heremita pluribus diebus nitebatur addiscere linguam istam, et asuefacere loqui in illo sermone. Et ait ad eum heremita: Dignum est tibi in eo quod relicta propria lingua tuae terrae vis loqui lingua aliena, accidere quod accidit corvo. Dixit peregrinus: Quomodo fuit? Inquit heremita: Di- † citur quod corvus habeat transitum superbum et erectum; qui cum videret columbam ambulantem mansuete, placuit ei modus suae ambulationis; et displicuit ei modus suus proprius, qui tamen pulcer erat; et nisus est addiscere modum columbae, et affligebat personam suam, ut ambularet ad modum columbae; et non potuit. Voluit iterum redire ad suum primum modum, et hoc non potuit; remansit confusus. Adduxi tibi hanc parabolam, quoniam dignum est te oblivisci propriae linguae, cum ipsam relinquis et quaeris scire aliam. Et dicitur quod stultus est quicunque quaerit scientiam, de qua non est dignus, et qua praedecessores sui usi non fuerunt.

---

lin. 15. *asufaecere* E.

M°r

CAPITVLVM XIII. DE LEONE ET VVLPE ET EST DE AMORE REGVM QVI RESTITVITVR POST INIMICICIAS.

Ait rex Disles Sendebar philosopho: Audivi tuam parabolam super hoc; sed da mihi nunc parabolam de eo quod accidit inter reges et eorum comitivas et consules, quando rex indignatur super aliquem quem habet culpabilem, et postmodum reconciliatur, et manifestatur eius innocentia, postquam illum multis comprobaverit afflictionibus et flagellis examinaverit. Inquit philosophus: Sciendum, quod si non placaverit rex virum, contra quem dedignatus fuit nec ei misertus est, nec eius delictum deleverit, erit illud in malum regi in suis processibus: debet tamen rex prospicere in huiusmodi et considerare illum contra quem dedignatus fuit, utrum eius servitium fuit cum legalitate, et ut nitebatur iuvare et diligere regem toto animo, et an confidebat rex in suo consilio: tenetur rex nunc placare ipsum et sibi non reputare peccatum et ipsum non exterminare. Rex enim nonnisi consiliariis et domesticis fidelibus prosperatur; domini vero et consiliarii non iuvant nisi cum fidelitate et dilectione, nec iuvat fidelitas et dilectio nisi cum rectitudine consilii et intellectus. Negocia vero et dominorum sunt plura et ardua; rectum vero consilium et iusticia rara sunt. Persistit autem regis imperium, quando cognoverit diligentes et qui bonum sibi obtinet, et sciverit quod apud unumquemque illorum fuit scientiae et intellectus et recti consilii, et quid eos operum pravitatis lateat. Et cum haec sibi nota fuerint,

---

lin. 19. *rectum vero consilium iusticie rare sunt* in meo apogr., sed cfr. D. 239. — 21. *obtinet* sic E. — 22-23. *et quid (apud?) eos.*

ordinet super eius negociis secundum discretionem cuiuscunque, sicut noverit esse legalem et recti consilii, nec velit in sui noticiam honorare malos mores. Et praeservet se, ne ab ipso annunciatur aliquod pro quo sit necesse se requisitione fatigari. Debet autem rex respicere illorum opera et suorum gesta indagare, nec ipsum lateat iusticia viri iusti et delictum delinquentis. Debet etiam iusto fructum reddere suae iusticiae; nec miseretur peccatoris ut ipsum non exterminet. Nam si hoc non fecerit, tunc vilis utique in oculis iusti reputabitur sua iusticia, ex quo nihil ex ea secutus est utilitatis, et confortabitur impius in suis operibus impietatis. Et super huiusmodi est parabola de leone et vulpe. Dixit rex: Quomodo fuit? Inquit philosophus: | Dicitur fuisse in provincia Indiae quoddam ani- 1v
mal habens intellectum et rectum consilium et iustum ac doctrinam; et cum permaneret cum aliis suis animalibus et feris campi, volebat facere opera quae ipsa faciebant; et socii eius cum eo litigabant dicentes: Quare non exequeris tuos mores et naturam, in quibus creatus fuisti? Nec tibi fas est esse sicut nos et nobiscum concurrere. Quibus respondit: Non continget mihi peccatum ex vestra societate, quamdiu abstinuero meam animam peccato inclinare; peccata enim non locis et societatibus causantur, sed a cordium propositis et corporum actionum. Nam nnus existens in bono loco non semper agit bona opera; ita existens in malo loco non semper male agit: nam si ideo bona opera laudabilia dicerentur eo quod sancto loco peracta sunt, et illa mala quae in malo et despecto loco sunt facta, tunc quicunque interficiens hominem in ecclesia innocens

---

lin. 1. *odient* pro *ordinet* E. « il mettra à la tête de toutes ses affaires ceux dont il aura éprouvé la fidélité et le bon sens, et ceux qui ont de mauvaises qualités ne lui feront pas de tort. » D. 240. — 4. *annunciatur* sic E. — 23. *actionibus*?

esset et absque peccato, et interficiens hominem in bello peccator esset. Ego quidem sic adhaesi vobis meo corpore, non autem animae et corporis inclinatione * bonorum operum merces. Et nolens verbis eorum consentire, pluribus diebus permansit in sua consuetudine. Et cum cuidam leoni, qui regnabat super animalibus eiusdem loci, fama huius vulpis pervenisset, placuit sibi valde quod audivit de vulpe ex eo quod esset tantae aequitatis et simplicitatis; et misit pro eo. Quo veniente coram ipso, locutus est cum eo rex; et eum examinans, omnia quae de ipso audiverat invenit esse vera; super quo gavisus est rex et dilexit illum. In processu vero dierum fecit ipsum vocari ad se; et cum veniret ad eum, dixit ei rex: Scio, amice, quoniam terra regni mei ampla est, propter quam indigeo multis rectoribus et baiulis. Sed audiens vero prudentiam et legalitatem tuam et ultimo examinans te super ipsis et verum inveniens rumorem, coepi te diligere: volo itaque te super meis magnis negociis et praeponere tuum gradum ceteris principatibus et rectoribus mei regni. Cui respondens vulpes ait: Nequaquam dicat hoc dominus rex; debent enim reges pro suorum officiis et rectoria eligere viros intelligentes et prudentes, non dedignantes mandata et officia regum. Abhorrens enim officium regis nunquam potest bene agere: ego autem nunquam ad regum officia aspiravi. Tu quoque rex multorum animalium et magni regni es: potes in eis plures invenire meliores me, qui virtuosi sunt et potentes servitio regis assistere et docti et exercitati in tuo officio: sis ergo de illis contentus et noli ad me haec iudicare. Et ait ad eum leo: Nequaquam amplius velim verbum

---

lin. 3. Lac. « Je suis donc avec vous de corps et pas coeur, de ma personne et non pas par mes actions. *Je sais bien quel est* le fruit des actions et la rétribution de la vertu et du vice. » D. 242. — 20. *et rectoria* sic E.

meum super hoc revocare, quia non dimittam te donec hoc mandatum assumpseris. Cui dixit vulpes: Domine mi rex, non possunt officio regis nisi duo adhaerere, quorum neuter ego sum; aut, scilicet, homo crudelis et praesumptuosus, non timens quemquam nec parcens alicui propter eius crudelitatem et impietatem, timentes eum omnes, et sic attingit complementum suorum operum in omnibus quae cupit; aut homo vilis et despectus ab hominibus, cui alii non invident nec ipsum reputant. Sed quicunque attendens ad servitium regis fuerit verecundus et mansuetus nec intendit esse crudelis hominibus, non prosperabuntur eius negocia nec sua conversatio cum illis diu permanebit; irruent enim contra ipsum regis amici ac eius inimici. Amicus enim invidebit ei pro suo statu, et reddetur sibi inimicus; inimicus vero regis invidebit similiter huic nitens ipsum suo dominio diffamare. Et cum hii duo adversus eum congregantur, exponit se periculo mortis. Dixit autem rex: Ne timeas odium meorum virorum et eorum invidiam adversus te, quoniam eos elongabo abs te, et honorans honorabo te prae illis, et quidquid mihi dixeris factum erit. Ait ad eum: Domine rex, si vis me honorare, dimitte me vivere in his locis solitarie et tranquille, quoniam melius est mihi quam vivere sub invidiae trepidatione hominum tui regni; quicunque enim vivit sine timore, sufficit ei panis et aqua. Scio, inquit, quoniam qui adhaeret servitio regis, plures ei tribulationes supervenient et visitationes in sua vita quam ceteris hominibus huius mundi. Vita enim brevis cum tranquillitate melior est mille annorum cum labore et timore. Dixit ei leo: Intellexi iam verba tua; sed noli timere de huiusmodi quae tu dicis, quia non potero te penitus derelinquere. Dixit ad eum: Ex quo penitus deliberavit hoc rex facere, peto ut mihi sub vinculo foederis promittat, si quando aliqui sibi mala de me ferant, ne illa credat, sed me vocet et responsionem meam

et veritatem semper audiat. Quia scio, quod odient me illi qui sub me substituentur propter timorem nominis mei; et qui maioris sunt nobilitatis quam ego invident me propterea quod sum super eos exaltatus et constitutus. Ideo si aliquod feratur ei per aliquem propria lingua vel alterius, per quod me intendit reum facere, quod non acceleret me condempnare, donec super me N1r decies inquiratur; deinde vero fiat de me voluntas | tua. Et quando hoc mihi in fide promiseris et de te tutus ero, iuvabo te toto meo posse nec te in aliquo defraudabo. Cui respondit leo dicens: Volo ut tibi haec a me serventur. Et ordinavit ipsum leo super omnibus bonis suis et exaltavit eius statum super aliis dominis et sociis eius recipiens ab eo consilium et sapientiam; ita ut ipsum prae aliis principibus suae curiae diligebat, et quantocunque ab eo consilium quaereret, tanto magis ad sui dilectionem praetendebat. Et factum est hoc valde molestum omnibus viris regis extraneis et eius notis ac familiaribus; et invidentes ei coeperunt super hoc odire ipsum, donec inter eos habito consilio, deliberaverunt animum regis subvertere contra ipsum, ut cum dolo eum perderent. Et factum est, cum deliberassent dolose hoc facere, euntes die quadam ad domum regis invenerunt ibi carnes pro cibo regis paratas, quas sibi rex in specialem cibum elegerat; et eas furtive capientes miserunt ad domum vulpis, in oculto ibidem reponentes, his vulpe inscia. Altera vero die leo mandavit sibi dari cibum, et cum familiares quaererent et non invenirent, motus est leo ad iram. Et videntes socii et familiares regis, qui consilium acceperunt perdere vulpem, cum abesset tunc vulpis et non desinit leo pro carnis investigare, coeperunt respicere se invicem, et prorumpens verbum unus illorum quasi tota simplicitate sui cordis ait: Tenemur nanque regi annunciare quod

---

lin. 15. *Ee* pro *Et*. E

et nobis fuit annunciatum de his quae sibi bona vel mala sunt, quamvis plures sunt quibus hoc sit molestum et difficile. Quia relatum est quod vulpis rapuerit carnes et apportaverit ad domum suam. Ait alius: Aestimo ego ipsum talia non fecisse, cum non sit huiusmodi conditionis: discutiatur nihilominus hoc negocium, quia non est in mundo discernens naturas et scrutans corda hominum. Ait alius: Vere nemo potest scire oculta cordium; veruntamen, si facta diligenter inquisitione super hoc negocio et si inventum fuerit, praesumatur et totum esse verum quod nobis de vulpe est relatum. Et ait alius: Non debet aliquis a suo corde seduci sentiens in senatum; dolus enim non liberat virum suum. Ait alius: Quo|modo liberari 87v poterit qui regem decipit? Et quomodo illud latere potest, cum fraus familiarium sociorum regum non lateat? Ait alius: Retulit mihi fidelis lator de vulpe quoddam magnum, quod credere non potui usque nunc audiens haec verba vestra. Ait alius: Non latuit me eius fraus et malicia operationum suarum a die qua ipsum primo inspexi et cognovi, quod et iam ostendi, quoniam hic seductor, qui ostendit se sanctum et colentem Deum, non vivit nisi de proximi malo et gravi scelere, quemadmodum sui generis omnes vulpes faciunt. Ait alius: Non est hic rectus et misericors, qui dicebat nobis quod grandis pestis et magnum periculum est homini exercenti officia regum? Quomodo ergo commisit hanc fraudem? Vere super

---

lin. 11. *sentiens in senatum* sic E. *sentiens insane; tum dolus enim* etc.? « L'homme, dit un autre encore, ne devrait pas céder aux séductions de son coeur, sachant par son experience qu'aucune ruse ne sauve celui qui l'emploie. » D. 248. In arab. V. f. 107 v. (Guidi 67): « Disse un altro: Niuno deve lasciarsi ingannare dalle menzogne che (lo sciacallo) dice di sè, perocchè in esse non è da aver fede, nè chi le dice resta salvo o nascosto. » — 12. *liberare* E. — 18-19. *ostendit* E.

hoc est ammirandum. Alius ait: Si verum hoc inveniatur, non debet sibi attribui nisi fraudis peccatum; veruntamen qui committit fraudem, iam negavit gratiam sibi latam. Ait alius: Vos veri et veridici estis, nec possum verba vestra denegare; veruntamen si mandaret rex negocium inquiri, tunc manifestaretur eius veritas vel falsitas. Ait alius: Si nondum missum est ad domum suam ut exploretur, mittatur festinanter; nam ubique habet exploratores, et timendum est ne quando sibi negocium manifestaretur, argumenta quaeret quibus se excusabit. Ait alius: Credo, si quando quaesitum fuisset in sua domo et palam esset negocium ipsius de re istius, adhuc utique regem seduceret suis blandis sermonibus et dolosis argumentationibus, donec sibi verum falsum redderet et falsum verum. Et non cessarunt huiusmodi verba coram rege proponere, donec fidem adhibens in illis, ita quod duceretur vulpes vicarius eius conscito coram rege. Dixit rex: Ubi est pecia carnium, quam mandavi pro me servari? Cui respondens dixit: Eam custodi ciborum regis resignavi, ut ipsam prandio repraesentaret. Et vocatus custos ciborum regis et interrogatus de carnibus, cum et ipse esset de his qui consilium inierunt contra vulpem, et negavit dicens: Nihil mihi tradidit. Misitque leo ad domum suam fidelem virum ut inquireret; et inventae sunt carnes in domo vulpis, et eas regi praesentaverunt. Erat autem unus inter illos, qui oblocuti fuerant de vulpe ad regem, quidam lupus, qui nihil boni vel mali locutus erat regi super hoc negocio, et aestimabatur vir iustus esse et innocens, ita quod esset illorum qui non loquebatur nisi verum. Et ait hic lupus: Postquam patuit regi fraus, non decet parcere illi: si pepercerit enim, nunquam peccator a suo peccato convertetur, nec

---

lin. *conscito* E. — 18. *ipsum* E.

amplius manifestabitur regi alicuius delictum, ex quo non curat punire peccatores. Tunc leo mandavit ipsum recludi in carcerem; et ita factum est. Et ait unus de familiaribus: Miror prudentiae regis eiusque intellectus in singulis rebus, quomodo latuit ipsum pravitas huius seductoris nec sua opera percepit. Ait alius: Potius mirandum est, quia non video ipsum curantem inquirere super ipso, ex quo patuit sibi de ipso quod latuit. Tunc misit rex unum illorum ad carcerem, ut examinaretur et videretur qualis esset processus verborum excusationis eius. Et rediens nuncius ad regem praesentavit verba regi et dedit ei responsum, ut eius fallacia magis a rege contestaretur. Et turbatus ob hoc leo mandavit ipsum educi et interfici. Et cum pervenisset hoc ad aures matris leonis, quae inquisivit factum, et misit ad eos qui ducebant ipsum ad interficiendum, quod superstarent ab hoc, donec cum leone loqueretur. At illi eius mandatum observarunt; et cum venisset mater leonis ad filium, dixit ei: Qua offensa, fili, mandasti interficere vulpem? Cui leo retulit factum. Et ait ad eum mater: Multum festinasti ob hoc perdere ipsum. An nescis, quoniam vir agens sua facta festinanter praecipitabitur et poenitebit? Agit autem vir prudens sua facta suaviter et non poenitebit; et qui promptuosus est in suis negociis, fructum recolligit contristationis, cum poenituerit sibi processus; propter hoc non est in mundo, cui adeo necesse sit res inquirere et superstare deliberationi mandatorum suorum sicut regi. Quoniam mulier in suo viro confidit, et filius in patre, discipulus quoque in suo doctore, exercitus vero in suo principe, Deum colens in observatione mandatorum, populus autem in regibus, reges quoque in timore Dei et iusticia et bonis operibus et in larga provisione. Caput vero sapientiae regum est cognoscere homines, et eos in suis dignis gradibus collocare, et non omnia verba recipere a quibusdam, et pacem inter eos firmare; semper

N1r enim invident pro dignitatibus et alter quaerit alterum. * | Tu igitur non debes omnia credere, nec decet te postquam quis placuerit tibi, ipsum in tuum specialem socium recipere, et quia ordinasti vulpem fidelem tuae domus a die qua cognovisti ipsum usque hodie, et non percepisti de eo nisi bonos mores et fidem et cordis simplicitatem; et nunc contra eum indignaris. Quoniam exivit rumor ad aures omnium tuorum principum, qui viderunt gloriam quam ei contulisti; et nunc commotus es contra ipsum pro uno frusto carnium, et efficeris vilis et inconstans in suis oculis. Forsitan seduxerunt te maligni viri et te convincerunt suorum invidia; quia invident sibi propter gloriam, quam ei dedisti, et intendunt ex hoc ipsum perdere. Rex enim quando aliquod ordinat super domum suam et non inquirit super eo, si in aliquo fuerit incusatus, poenitebit et ultimo in suo corde tribulatione patietur: debet autem investigare veritatem, nec ea suorum oculorum iudicio et aurium auditu relinquat, quia magnum malum ex hoc sibi contingit. Quamplura enim facta latitant, donec examinata fuerint diligenter; quemadmodum vinum, quod examinatum est gustu, non autem visu; quandoque enim est eius color clarus ut gemma, tamen saporem habet pessimum: et sic habens crinem in oculo aestimat fore integrum pilum; aut sicut lucula vermis de nocte lucens, videns eam aestimat fore magnam, sed manu apprehensa parva et quasi nihil est et in eam nullum videt colorem. Tu vero, fili, meditari debes in verbo vulpis tuo intellectu atque sapientia, dicens: Quomodo fecisset hoc, cum non comedat, et quia ipsum super mea domo ordinavi, ipso non aspirante, sed invito ipsum ad hoc promovi, et ordinavi super meis thesauris

---

lin. 1. Lac. « et chacun cherche un prétexte pour faire tomber son frère dans une fosse. » D. 253. — 10. *forsiean* E. — 13. *aliquod* sic E. — 20. *vsu* pro *visu* in meo apogr.

et cibis et potibus, quomodo igitur temptaret cor suum furari rem, quam sibi propria manu assignavi et ipsam mihi praecepi reservari, et illam in sua domo reponeret negans in ultimis ipsam nullatenus accepisse? Propter hoc, fili, examina bene verbum suum et exquire diligenter. Et scire debes, quod a die mundi creationis semper stulti invident sapientibus, impii vero iustis, et nobilibus ignobiles, et eos nituntur destruere. Et considera, a die qua hunc tuum baiulum vidisti, scivisti ipsum iustum et pium, carentem omni fraude. Et ego scio, quod si rex investigaret, quoniam eius adversarii inierunt contra eum consilium, et in domo carnes clausa apposuerunt. Nisu enim | frustum carnium inter eius pedes deferente, sequuntur 51v
aves ut illud sibi rapiant et interficiant ipsum: sic quoque homines nituntur perdere nobiliorem se. Et scias, quod adversarii vulpis de tuo damno non curarunt, sed sibi tantummodo quod est utile prospiciunt. Et propter hoc quaere quod tibi est utile, et ne cures de damno eius adveniente. Decet enim virum se cavere ab his duobus, scilicet, separare se a viris sapientiae, et suum socium defraudare; et duo bona servare, scilicet, separare se a viris malignis, et fugere stultos et crudeles. Et iam quidem vulpes accusatur apud te, qui tibi proximus et obediens fuit et fidelis tuae domus dispensator, nec unquam in aliquo te defraudavit, singulasque in se ferens adversitates pro tui bono, nec tibi suum secretum occultavit. Et quicunque talis est, debet unusquisque in ipso confidere, nec credere omnia quae homines de eo obloquuntur. Et factum est dum loqueretur mater leonis haec verba suo filio, accessit ad leonem mustela una illorum qui stulti erant adversus vulpem et ibi totam huius rei veritatem exposuit. Et audiens hoc mater leonis dixit suo filio: Postquam ibi notuit operum

lin. 1. *fruari* E. — 11. *clausa* sic « en cachette » D. 255.

vulpis rectitudo, et quia viri tui exercitus ex invidia voluerunt ipsum diffamare, debes exterminare omnes illos, qui super eo hanc infamiam apposuerunt; et eris innocens a peccato quod animae tuae paraverunt; et reliqui audientes timebunt, nec tibi ultra verbum iniquum ferre praesument, ac nunquam contra te et fideles tuos consilium intelligent. Nam herbae et fenum agri quando iunguntur, fit ex illis funis, cum qua ligatur camelus. Nunc ergo restitue vulpem ad suum statum, in quo prius extiterat, ut sit tuus secretarius et fidelis socius, ut fuit, et ne dubites in animo tuo dicens: Ex quo praesumpsi iam ei malefacere, factus est mihi adversarius, nec amplius debeo in ipso confidere. Non enim malum quodlibet est timendum, et ne desperet cor tuum ipsum tibi posse fieri amicum. Porro sapiens et prudens est, cognoscens se et sua opera, et ponens singula in suis locis. Quia sicut amici possunt fieri inimici, sic etiam inimici possunt fieri amici, cognita causa inimicitiae inter eos. Sed tamen sunt aliqui, in quibus nullo modo est confidendum, et sunt hi, qui denegant gratiam sibi latam, et proditor, et refutans bonum, et crudelis, et qui non credit statum futuri seculi dicens non esse hominem redditurum rationem de suis operibus, et qui nescit compescere suum furorem, et qui non miseretur cum irascitur, et notus in pravitate, fraude et deceptione, et qui non abstinet a concupiscentia a ludo et a luxuria, et qui delectantur in vino, et qui de nemine bonum cogitat, et qui non est verecundus sed frontis protervae. Debet autem unusquisque bono viro adhaerere; et talis est fidelis tuus socius vulpis, qui confitetur bonum et non fregit foedus, diligit iusticiam et odit iniquitatem, et amat pacem et pietatem nec inimicatur corde, et remittit offensam proximi et conservat dilectionem erga suos proximos et existit verecundus. Ait leo: Temptavi iam vulpem et

lin. 10. *preumspsi* E.

in ipso bonos mores inveni, et debeo ipsum ad suum primum statum restituere et meo secreto vivere. Post hoc vero misit leo pro vulpe; et cum esset ante eum, confessus est ei rex culpam sui, referens ei omnia quae sibi fuerent apposita; et ait ad eum: Ecce, te nunc restituo ad primum statum, in quo ex tunc usque nunc fidelis perstitisti. Inquit vulpes leoni: Credat dominus rex verbis meis ac operibus nec timeat me fore immemorem doli ab ipso iam mihi facti, unde non decet regem confidere illi qui ab eo est offensus; sed cogitet semper in corde suo, forsitan observavit sibi odium adversus nos vulpis et mala retribuere intendit quae sibi olim intulimus. Et

---

lin. 2. *tumsta* pro *statum* E. — 6-7. *Inquit vulpes leoni: Credat* etc....... *quae sibi olim intulimus.* « L'intendant dit au lion: Un compagnon, qui a moins d'égard pour la dignité de son camarade que pour sa propre dignité, qui se soumet volontiers et en tout aux désirs de son ami, tandis que son coeur est corrompu, l'homme peut le trouver facilement. Mais on ne rencontre pas partout un compagnon fidèle, qui dans ses paroles cherche le bien de son camarade, lui dit ce qu'il sait, et tait ce qu'il ne sait pas, et qui pardonne le mal qu'on lui aurait rapporté sur le compte de ce camarade. Le roi ne doit donc pas se préoccuper de ce qu'il m'a fait, ni penser que je n'aie plus foi en lui comme auparavant, ou que ma confiance soit altérée. Cependant les rois ne doivent pas se fier à celui contre lequel il se sont mis en colère sans cause, ni à celui à qui ils ont fait du mal sur des rapports d'autrui, ni à celui qui dédaigne l'honneur qu'ils lui ont fait et à qui ils ne devraient pour cette raison conférer que l'honneur qu'il convient de lui témoigner, ni à celui qui a subi leur violence et qui malgré son innocence n'a pas obtenu leur pardon. Sur ces hommes-là on ne peut jamais compter. Le roi ne peut pas changer chacun des les adversaires en ami. Malgré la sincérité de mon coeur, je dois passer aujourd'hui aux yeux du roi comme son ennemi et il doit me considérer comme tel puis qu'il ne connaît pas le fond de mon âme et ne peut pas avoir confiance en moi. Le roi doit se dire: L'intendant me haïra et me rendra tout le mal que je lui ai fait. Je sais, en outre, que mes ennemis, etc. » D. 259-260.

scio, inquit vulpis, quod adhuc mei adversarii tibi de me mala parare non desinent, donec iterum ponent scandalum inter me et te, aestimantes, postquam prima vice non potuerunt me offendere * ne putet rex eorum contra me fuisse mendacia: nitentur adhuc contra me invenire argumenta; etiam si esset rex simplex corde, non ero securus, semper cogitans in mea mente, nequando seducatur cor regis, sussurrantes tota die ad eius aures. Dixit leo: Iam temptavi et cognovi te; ecce pono te in gradum rectorum et fidelium in oculis meis, ut virum innocentem. Non pro unica iusticia mille offensae remittuntur. Et scio, quoniam celabis hoc scandalum, quod inter me et te accidit, et quia remittis mihi illud propter misericordiam, cuius recordaberis me tibi contulisse; et sit ammodo alter nostrum alteri magis fidelis et dilectus quam prius. Et restitutus est vulpes ad suum primum officium, et dilexit ipsum rex prae aliis eius familiaribus. Et est parabola de dilectione regum, quae post inimicitias restituitur.

N$^{4}_{T}$ CAPITVLVM XIIII. DE AVRIFICE ET SERPENTE ET EST DE FACIENDA MISERICORDIA.

Ait rex philosopho: Intellexi iam quae dixisti: porro mihi indica, cui oporteat regem benefacere et in ipso confidere; da mihi parabolam de recognoscenti gratiam et de eo qui bona non retribuit amico suo pro acceptis beneficiis, sed mala. Inquit philosophus Sendebar: Scito rex, quod mores creaturarum non sunt idem sed diversi, et non est in omnibus his quae

---

lin. 4. Lac. « Puisque nous ne sommes pas pervenus à faire du mal au renard une primière fois, *préparons-lui des piéges* pour que le roi ne pense pas que nous avons menti. Il chercheront ainsi de nouvelles ruses etc. » D. 261. — 13. *sic* pro *sit* E.

Deus creavit, scilicet quadrupedum seu bipedum aut volatilium,
regi magno honorabilius quam homo; sed reperitur in homi-
nibus iustus et peccator, et quandoque reperitur in brutis be-
neficiorum recognitor et observator foederis magis quam in
homine. Reges autem tenentur conferre misericordiam suo loco
quo debent et his qui eam recognoscunt, et nulli conferant,
donec investigent de conditione viri eiusque morum et operum,
et utrum sit eorum qui foedus faciunt et observant et gratiam
recognoscunt. Non autem respiciant personarum nobilitates et
generositates; nec debent respicere inopes in actione miseri-
cordiarum suarum, nec velint gratiam retinere tanquam extraneo,
si dignum fuerit et eam recognoverit et fuerit vir legalis sim-
plex et prudens et vir sensatus et discretus. Et cum in ipso
fuerint hii mores divulgati, debetur ei actio misericordiarum.
Viri quoque intelligentes debent temptare et examinare homi-
nes et illis agere iusticiam iuxta illud quod sibi de eis vide-
tur. Bonus igitur medicus non curat aegros solum videndo eos,
sed urinam inspiciendo et considerando pulsum et calorem ex-
tremitatum et virtutem membrorum suorum; tunc exhibet illis
medicinam, quod sibi de illis videbitur. Decet creaturas viles
et despectas recognoscentes beneficia et foedus observantes,
cum illis agere gratiam et misericordiam suo posse, sive ho-
mines sive bestiae sint. Nescit enim quis, utrum processu tem-
porum illius indigeat pro suo iuvamine, ut sibi bona retribuat.
Et quandoque debet vir prudens subtrahere manum suam a
benefaciendo hominibus, ut non confidetur in aliquo ipsorum;
et super hoc induxerunt sapientes parabolam. Dixit rex: Quo-
modo fuit? | Inquit Sendebar: Fertur, quod cum ambularet qui- 54
dam heremita per viam vidit foveam, quam foderant venatores

lin. 12. *dignum* E. — 18. *conservando* in meo apogr. — 21. *de-spectos* E.

ad capiendum animalia, ut sua coria decoriarent. Et inspiciens ad fundum foveae, vidit ibi hominem qui erat aurifaber, et cum eo erant symeus, serpens, et vipera, nec illum hominem offenderant. Et videns haec heremita cogitavit dicens: Advenit tunc tempus, quo magnam misericordiam exhibeas, eruens hunc hominem de dentibus adversariorum suorum. Et accipiens funem iniecit eam in foveam; quam symeus apprehendens sua levitate ascendit per eam: et iniiciens funem secundario, ascendit vipera; et iniiciens tercio, ascendit serpens: qui omnes recognoscentes, gratiam eius regraciati sunt illi, et dicunt ei: Nequaquam velis ducere hunc hominem inde, quia non est in terra aliquod negans beneficium sibi collatum sicut homo, et praecipue sicut hic homo. Et dixit ei symeus: Scias meum habitaculum esse in tali loco. Et dixit ei vipera: Et ego in lacu, qui prope est illic, moror. Ait serpens: Et ego in flumine ibi prope moror; quod si habueris inde transitum, remunerabimus tibi super bono quod nobis contulisti. Et abiit unusquisque in viam suam. Postea vero iniecit funem, ut educeret aurificem, non curans de eo quod dixerunt ei illa animalia; et eduxit eum de fovea; et cum ipsum eduxisset, regraciatus est ei, et ait illi: Tu maximam gratiam mihi contulisti, pro qua teneor tibi remunerare; quod si placeret Deo te transire per terram, quam tibi haec animalia indicarunt, cum ibidem sit meum habitaculum, remunerabo te de gratia quam fecisti mihi. Et abiit unusquisque in viam suam. In processu vero temporum accidit heremitae transire per illam terram, et occurrit ei symeus, et videns salutavit eum, et ait ad eum: Nihil nunc habeo apud me, sed praestolare paulisper. Qui abiens rediit ad eum cum multis fructibus et delectabilibus et sibi donavit; et sumptis de illis quot voluit, discessit inde. Et occurrit ei vipera, quae

lin. 16. *renumerabimus* E.

et videns salutavit eum, et ait: Magna fuit gratia quam recepi a te; sed rogo ne discedas, donec redibo ad te. Et ivit vipera ad domum regis, et interfecit filiam suam, et acceptis corona et iocalibus eius, tulit et donavit heremitae; et nihil de morte filiae regis manifestavit. Et cogitavit heremita in corde suo dicens: Iam haec animalia de beneficio, quod eis egi, mihi remuneraverunt; aestimo quod si ad au|rificem per- 54
venero, melius ipse remunerabit, et saltem mihi de huiusmodi iocalibus consulet. Postea vero heremita accessit ad domum aurificis; et videns eum aurifer duxit eum ad suam domum et honorem ei contulit. Cunque videret aurifex coronam auream, cognovit eam quod fuit filiae regis: annunciavit ei, quoniam invenerat coronam filiae suae in manu cuiusdam qui erat in domo sua; et ipsum retinuit, donec mandaret rex super hoc. Et audiens hoc rex misit pro eo; qui cum veniret et ostenderet coronam regi, cognovit rex illam, et mandavit rex ipsum flagellari et duci per civitatem, deinde suspendi. Et factum est ita. Et cum ducerent per civitatem, ibat plorans amare clamans et dicens: Si consilio ferarum attendissem, de quo mihi consuluerunt, non utique hoc malum mihi evenisset. Et audiens serpens vocem eius, exivit ad eum de caverna, et videns quod acciderat ei, doluit et obstupuit et meditatus est argumenta pro sui liberatione; et cito serpens ad domum regis ivit et momordit filium eius. Misitque rex pro astrologis et magis, ut sibi facerent incantationes et portarent ad ipsum de tyriaca; et nihil ei profuit. Et in astris contemplati sunt arte sua, donec puer incepit loqui; privatus enim erat sermone; et ait filius regis: Scitote me sanari non posse, donec veniens heremita, qui sine culpa est ad mortem condamnatus, et ducat manum suam per carnem meam. Et audiens hoc rex mandavit duci heremitam ad se, qui a rege interrogatus exposuit ei omnia quae fecerat feris et aurifici, et verbum quo ferae ipsum

promoverant homini non benefacere, et quare venerat ad illam civitatem. Et elevatis oculis ad coelum, oravit heremita ad Deum dicens: Domine Deus, ego sum innocens de hoc negocio; sana, obsecro, filium regis. Et puer sanatus est, et recessit dolor eius. Et videns hoc rex honoravit heremitam dans ei munera et mittens ipsum in pace; et mandavit suspendi aurificem. Et hoc est de eo, qui benefacit ingratis.

N6v CAPITVLVM XV. DE FILIO REGIS ET DE SOCIIS EIVS ET EST DE DIVINA SENTENTIA QVAM NEMO POTEST EFFVGERE.

Inquit rex Disles Sendebar suo philosopho: Intellexi iam verba tua quae dixisti, cui debet homo benefacere. Nunc autem dic mihi de viro stulto in sublimi statu existente et de eo qui suam personam fatigat et affligit, qualiter singula humana negocia disposita et ordinata sunt desuper et quae fiunt in terra. Ait Sendebar: Sicut vir non probatur nisi per mulierem, sic sapiens non est quis sufficienter nisi per intellectum, et intellectus principaliter a Deo et per exercitium datur homini; ut filio regis et eius sociis accidit. Dixit rex: Quomodo fuit? Inquit philosophus: Dicitur quod quattuor homines pariter in itinere associati fuerunt; quorum unus erat filius regis, secundus filius mercatoris, tercius filius generosi et erat speciosus valde, quartus vero erat viator et cursor; qui omnes

---

lin. 2 *elevatus* E. — 13. *Sicut vir* etc. « De même que celui qui est doué de raison, n'est parfait qu'en acquérant de la science, de même le savant n'est parfait qu'autant qu'il a du bon sens. Puis, le bon sens, la beauté et la science ne sont utiles ni avantageux sans l'aide des décrets de Dieu. Cette vérité peut être reconnue par l'histoire du fils du roi et de ses compagnons. » D. 271-272.

simul in itinere convenerunt. Erant autem pauperes nihil habentes nisi vestimenta; et cum ambularent per viam, dixit filius regis: A divina voluntate omnia praedestinata sunt. Dixit filius negociatoris: Intellectus melior est omni re. Dixit nobilis et speciosus: Pluchritudo est melior aliis rebus. Dixit viator: Sollicitudo et promptitudo in ipsis negociis melior est omni re. Et cum accederent prope quandam civitatem, sederunt in uno loco et dixerunt viatori: Vade tu, qui sollicitus es in tuis negociis, et procura nobis hodierum cibum. Qui ait: Libenter. Et ingressus civitatem, et investigavit diligenter qualem laborem deberet exercere, quo haberet salarium quod sufficeret ad diem pro victu quattuor hominum. Cui responsum est, nihil melius esse quam apportare ligna. Et accedens ad silvam fecit ibi sarcinam magnam * | necessaria pro se et sociis suis, scribens in portam civitatis, quoniam VIR PROBVS ET SOLLICITVS IN ARTE SVA LVCRATVS EST VNA DIE DENARIVM ARGENTEVM; et rediit ad socios suos, qui cibo et potu refecti sunt illa die. Altera vero die dixerunt filio nobilis: Vade, et tua pulcritudine procura nobis hodie necessaria. Et cogitans in corde suo dicens: En ego nescio exercere artem, nec est conveniens me vacuum ad socios meos redire. Et posuit se ad quandam arborem tristis et dolens, et voluit separari a sociis. Et cum transiret quaedam matrona iuxta eum, et suam videns pulcritudinem, capta est in amore eius; quae veniens ad domum suam misit pro eo. Quo veniente ad eam, fecit convivium et stetit cum ea tota die. In sero autem domina dans ei quingentos denarios argenteos licentiavit eum; * et rediit ad socios suos,

---

lin. 11. *solarium* E. — 14. Lac « Or, la forêt était à une parasange de distance de la ville. Il s'y rendit, prit une charge de bois sur le dos *et la vendit pour un sicle d'argent. Puis, il acheta* tout ce dont ses compagnons pouvaient avoir besoin et écrivit, etc. » D. 273. — 27. Lac.

fovens ipsos per totam diem. Tercia vero die dixerunt filio mercatoris. Vade, et tuo intellectu procura nobis hodie victum. Qui ingrediens civitatem, venit ad portum maris, ubi conventicula mercatorum erat et multarum navium. Et vidit ibidem negociatores loquentes cum patrono et dicentes, an vellet pro tanta dare pecunia; quod renuit patronus. Tunc dixerunt inter se mercatores: Differamus in crastinum, quia nemo est qui ab eo emat. Quod audiens filius mercatoris, et illis abeuntibus, accessit ad patronum, qui patrem eius bene noverat; et conveniebat cum eo pro mercantia, quam emit pro quinque milibus florenis. Altera vero die veniebant mercatores: videntes se esse praeventos, emerunt a iuvene pro decem milibus aureis. Et sic recessit iste iuvenis et venit ad socios suos; scripsitque: CVM CIRCVMSPECTA PRVDENTIA LVCRATVS EST VNVS VNA DIE QVINQVE MILIA FLORENORVM ET DE HOC SE ET SOCIOS SVOS EDVCAVIT. Quarta vero die dixerunt filio regis: Vade et tu, procura nobis hodie necessaria, qui de praedestinatione divina locutus es et tu in eam confidis. Qui cum iret, et sedebat tristis et dolens iuxta portam civitatis. Et factum est a Deo, ut mortuus esset rex illius provinciae in illa die, non relictis filiis vel aliquo consanguineo. Et cum exiret universus populus ad sepeliendum corpus regis, transierunt iuxta istum iuvenem qui sedebat ibi, non surgens de loco nec compatiens morti regis; de quo mirabatur populus, et cum ab eo interrogassent causam, quare * ille obticuit et non respondit quicquam; propter quod expul-

---

« La femme fit préparer un grand repas et il passa la journée avec elle jusqu'au soir où elle lui fit cadeau de cinq cents sicles d'argent. *Il écrivit sur la porte de la ville: Avec la beauté on gagne dans un jour cinq cents sicles d'argent.* Puis, il revint auprès de ses camarades. » D. 274. — 25. Lac. « Alor, un de ceux qui faisaient partie du convoi lui de-

sus est de illo loco. Et cum redirent de sepultura regis, vidit ipsum ille qui eum expulsit, et dixit ei: Nonne tibi praecepi, ut non amplius hic sederes ? Et accepit eum et inclusit eum in carcere. Congregato vero universo populo, ut sibi regem constituerent, surrexit | hic qui filium regis in carcere detine- 54
bat, et ipsis totum processum declaravit; et miserunt pro eo, et ipsi interrogaverunt ab eo, quis et unde esset, et quare ad terram venisset. Qui dixit: Scitote, quoniam sum filius talis regis magnifici, quo mortuo, frater mihi regnum usurpans motus est me perdere et expellere de regno, et timens fugi et veni ad terram vestram. Et audientes hoc quidam qui cognoverunt patrem suum, elevaverunt vocem suam dicentes: Vivat rex! Vivat rex! Quod placuit omnibus, et ipsum in regem constituerunt, et duxerunt ipsum per civitatem, ut moris erat. Et cum pervenissent ad portam civitatis, vidit ea quae scripserant socii: mandavit scribi, quod PRVDENTIA PVLCRITVDO INTELLECTVS ET QUICQUID BONI HOMINI ADVENIT, A DEO PRAEDESTINATVM EST. Et factum est cum veniret ad domum, misit pro sociis suis enarrans ipsis quid sibi acciderat a divina praedestinatione, glorificans et laudans Deum de sua gratia. Post haec vero dixit philo-

---

manda: *Qui es-tu? Qu'est ce-qui t'amène ici? Pourquoi n'es-tu pas en deuil pour la mort du roi?* Le jeune homme se tut: etc. » D. 276-277. — lin. 2. *iibi* pro *tibi* E. — 20. *glorificans et laudans Deum de sua gratia.* Haec quoque sequuntur apud Joelem (D. 278-281): « Il remercia Dieu de tout le bien qu'il lui avait fait; puis il ajouta: Oui, mes compagnons l'ont déjà reconnu et sont convaincus que tout le bien que Dieu leur a accordé, leur est arrivé par le décret des anges et les décisions des saints. Certes, ce que Dieu m'a donné, je ne le dois ni à ma personne, ni à ma vaillance, ni à ma force, ni à mon aptitude, ni à mon intelligence. Je ne pouvais guère espérer, au moment où mon frère m'a expulsé, de monter jamais à un degré de puissance. Mais Dieu l'avait ainsi décidé: il a voulu que je fusse d'abord étranger dans ce pays, et il a décrété ensuite

sophus: Viri intelligentes et sapientes debent scire et credere, quod universa ordinata et disposita sunt a divino beneplacito, et nullus potest sibi bonum approximare nec malum elongare,

---

que je montasse sur le trône après avoir été content du peu qu'il m'avait donné. — Alors un homme de la réunion se leva et dit: Seigneur et roi, Dieu t'a donné intelligence et sagesse, et c'est ainsi que nos pensées ont tourné à notre bien et que nos espérances se sont réalisées. Nous savons que tout ce que tu as dit est vrai, et que le plus heureux des homme est celui à qui Dieu a accordé les dons dont il t'a gratifié. Tous nos voeux sont remplis, puisque le tout-puissant t'a fait régner sur nous et t'a placé à notre tête. Nous devons donc glorifier le créateur qui nous a fait un tel honneur par toi. -- Un autre se leva à son tour et dit: Seigneur et roi, certes, nous devons remercier Dieu de t'avoir placé comme roi sur nous; il est également certain que toute chose et décidée dans le ciel. Je te dirai, que dans ma jeunesse j'étais au service d'un homme d'une noble extraction; mais l'expérience acquise par l'âge me décida à quitter le monde et ses jouissances. Au moment de m'en détacher, il me resta de mon salaire deux pièces d'or; il me plut d'en donner une pour une bonne oeuvre et de conserver l'autre pour mon entretien. Je pensais que rien au monde n'était aussi méritoire que de racheter une créature emprisonnée. Je me rendis donc au marché et j'y rencontrai un chasseur qui avait deux colombes Je voulus en acheter un, mais il refusa d'accepter de moi une pièce pour un seul des deux oiseaux. Je me disais aussitôt: Peut-être sont-ce un mâle et une femelle et en les séparant je commettrais un péché. Je les achetai donc pour mes deux pièces d'or et je me dis: Si je les lâche dans un terrain habité, on les attraperait; car leur faiblesse les empêche de voler. Je les portai donc dans un vaste champ écarté, où je leur donnai la liberté. Ils prirent leur vol et se placèrent sur un arbre pendant que je m'en retournai. J'entendis alors l'une des deux colombes dire à sa voisine: Cet homme nous a sauvées d'une grande peine et il convient que nous le récompensions de sa belle action. Puis elles s'adressèrent à moi: Tu nous as fait du bien et il convient que nous en soyons reconnaissantes. Sache qu'au pied de cet arbre il y a un trésor. Va, fais un trou et prends-le. Je me rendis auprès de l'arbre et après avoir creusé un peu, je trouvai le trésor. J'invoquai Dieu

sed totum a Deo causatur, et ipse quod vult agit in illis et perficit quod intendit: quapropter quilibet tenetur Deo confidere, et hoc credere quoniam verum est.

CAPITVLVM XVI. DE AVIBVS ET EST DE SOCIIS ET PROXIMIS QVI SE INVICEM DECIPIVNT.

Inquit rex Disles Sendebar suo philosopho: Intellexi quidem verba tua, quae locutus es de divina sententia et quia nullus valet eam fugere. Nunc vero da mihi parabolam de sociis et de amicis decipientibus se invicem, et quando alter ipsorum est cordis fraudolenti, socium cupiens defraudare et inferre sibi malum. Inquit philosophus: Dicitur quod erat in quodam loco iuxta mare, * in quo flumina conveniebat, et erat locus ille procul a venatoribus et hominum circuito: aves vero degentes circa mare procul erant inde nec ibi pro aliquo accedebant. In processu vero temporum accessit ad hunc locum avis, quae hebraice dicitur Holgos; et considerans bonitatem

---

pour leur conservation et leur dis: Puisque vous savez si bien vous cacher et voler entre le ciel et la terre, comment êtes-vous tombées dans ce piège d'où je vous ai tirées? — Elles me répondirent: Homme intelligent! Ne sais-tu pas que les plus légers ne réussissent pas toujours à la course ni les plus vaillants à la guerre. Lorsque le destin le veut, les yeux sont fermés et personne ne peut échapper à ce qui était décidé sur son compte. — Après cela Sandebar dit au roi, etc. ». - lin 10. Lac.! « On raconte qu'à un certain endroit, situé au bord de la mer, *il y avait une grande pièce d'eau*, où se réunissaient plusieurs ruisseaux. *Le roseaux et le joncs y abondaient et le poisson y foisonnait.* » D. 282. — 13-14. *In processu vero temporum. . . . Holgos.* ויהי לקץ ימים והנה עוף אחד ויקראוהו בלשון ערב עלמם ולא מצאתי לו שם בלשון הקדש. *hebraice* scripsit Johannes propter commutationem vocis ערב in עבר; nomen autem avis

huius loci et quomodo solus esset a conversatione hominum et animalium, deliberavit in sua mente reducere ibidem suam familiam dicens: Affluenter vivam ego cum familia mea de venatione huius loci, et erit mihi in haereditatem et filiis meis. א'ע Erat autem eius uxor recumbens in nido super ova, quae prope erant partui; habebat autem haec quandam aliam avem sibi unicam et solatiosam, quae dicebatur Mosan. Erat autem avis illa valde dilecta, quam multum adamabat, nec cibus nec potus nec ulla delectatio sapiebat ei absque illa ave. Cum audisset haec uxor avis, quod eius maritus intendebat facere id factum, fuit ei valde molestum et voluit annunciare illi Mosan secretum mariti sui; et quaerens argumenta quomodo posset de licentia sui mariti eius ire ad illam avem suam amicam, et secum de hoc tractare negocio, dixit marito suo: Iam pervenit tempus quo debent nostri pulli oriri, et mihi quidem indicata est quaedem medicina utilis pullis nostris, qua valebunt valde plumare et crescere et ab accidentibus et infortuniis illaesi permanere; et volo quaerere illud et portare nobiscum in locum, in quo esse intendimus. Et ait ad eam maritus: Quid est illud? Dixit uxor: Est piscis quidam existens in insula in tali loco, quem nullus scit praeter me et ille qui me docuit. Volo igitur, ut tu recumbas loco mei super ova, donec ibo; et capiens unum aut duos de illis piscibus, redibo ad te, deinde feramus illos ad locum, ubi intendimus habitare. Et respondens maritus dixit ei: Non decet discretum virum cogitare de

---

עלמם corruptum est et legendum עלנום, *avis quaedam alba, in arundine nidum ponens et piscibus vivens* (Freytag). Cfr. D. 283. — lin. 7. *Mosan.* יקראוה בלשון ערב מרום. Rabbin. מרומא D. 284. — 13. *sui* est in E; omitt. D. 284. — 22. *recumbans* E., *recumbas* conieci, sed et *recumbens* (sc. *sis*) legi poterat, quum ab hac dicendi ratione minime Johannes abhorreat.

singulis quae medici asserunt; plerumque enim imponunt procurare quae non recipiuntur nec sunt possibilia, sed inducitur quis pro illis in pericula et angustias, donec praecipitabitur. Etiam quidem audivi de loco isto, ad quem ire intendimus, quia locus est periculorum: et dicitur in libris medicinae, quod ex sepo leonis et veneno serpentum ardentium fiunt certae et optimae medicinae; nec pro tanto debet vir prudens moveri ad investigandum huiusmodi ad loca periculosa, quaerens leones per loca deserta et valles, et serpentes in cavernis eorum. Et propter hoc desine ab hoc quod facere intendis, et tecum defer hunc nidum cum ovis ad locum quem tibi dixi, quoniam ibi est affluentia piscium, et est locus quem nullus novit nisi nos. Et scire debes, quod quicunque credit medicis, ut quaerat medicinalia per loca periculosa et se mori exponit, accidit ei quod accidit cuidam symeo. Dixit ei uxor: Quomodo fuit? Inquit maritus: | Fertur, quod in quodam bono loco et fertili, 1r ubi multae arbores erant et fructus et aqua, fuit quidam symeus et ibi longo tempore habitaverat. In processu vero temporis orta est huic scabies, quae ipsum molestavit valde, ut non posset procurare suam escam. Et cum prope eum transiret alius symeus, videns eum dixit ei: Quare video te externuatum corpore et in tanta debilitate constitutum? Cui respondens haec dixit: Nescio causam huius infirmitatis, nisi quia sic divinae placuit voluntati, quam nullus valet effugere. Dixit ei alter symeus: Ego, inquam, scivi quendam symeum, cui haec eadem accidit aegritudo, nec curari potuit, donec habito capite colubri nigri, et ipso ab illo symeo comesto sanatus est. Symeus ait: Unde possem illud habere, cum non possum venari victum meum et mea virtus declinavit, ita ut non possum inve-

lin. 4. *intendimus* in meo apogr., sed legend. videtur *intendis*. — 20. *eam* E.

nire escam meam? sed aliae ferae et animalia mihi conferunt dietim quid cibi; alias morerer mea iufirmitate depressus. Dixit ei alter: Vidi in quodam loco iuxta cavernam cuiusdam nigri draconis multos viros, et aestimo eos interfecisse draconem: nunc ibo ad illum locum, et si ipsum invenero mortuum, auferam suum caput et apportabo tibi illud. Ait symeus infirmus: Si mihi poteris hoc facere, erit mihi maximum beneficium, ut per te vivat anima mea, et a Deo super hoc magnam habebis mercedem. Et ivit symeus donec pervenit ad foramen cavernae draconis; et cum videret vestigia gressus hominum, aestimavit draconem esse interfectum ab aliquo homine. Et accedens usque ad eius cavernam, invenit draconem vivum; quem draco rapuit et devoravit. Porro adduxi tibi hanc parabolam, quia non decet virum sapientem exponere se periculis et terribilibus negociis, etiam si sibi illud multum expediat. Et respondens uxor ait: Intellexi verba tua; sed omnino expedit quod vadam illuc, quoniam nihil est ibi quod timendum sit, et erit hoc salus et fiducia bona pullis nostris, ut ab infortuniis et malis accidentibus fiant exempti. Et ait ad eam maritus: Ex quo casu deliberasti consilium omnino illuc ire, cave ne hoc nostrum secretum alicui reveles; dicunt enim sapientes, quod cuiuscunque boni intellectus est laudabilis, sed caput intellectus est secreti sepultio. Post hoc vero exurgens haec ivit ad locum, ubi erat avis illa amica sua; et retulit ei secretum mariti sui, et quomodo ad illum locum transferre se intendebant, in quo erat aquarum piscium et herbarum affluentia, et quod non esset ibi strepitus

---

lin. 19. *Ex quo casu deliberasti* etc. sic E « Puisque tu es décidée à t'en aller dans tous les cas, ne fais connaître, etc. » D. 288. — 21-22. *Dicunt enim sapientes.... sepultio.* sic E « Car le sages ont dit: Le premier bien est la raison et la raison commande avant tout de cacher le secret. » D. 288. — 25. *erant* E.

animalium nec timor hominum; et dixit ei: Si poteris ingeminare, ut venires illuc cum beneplacito mei mariti, facias; licet enim bonorum multorum ibi sit abundantia, sine te tamen sunt mihi nulla: bonum enim quod confert nobis Deus, vobiscum comunicabimus. Volens itaque avis illa esse in societate illius mulieris ait ad eam: Astringar ibi esse cum voluntate tui mariti. Nunquid habet ipse auctoritatem [tui] singularem in loco illo magis quam ego vel quicunque alius? Nonne locus iste licitus est omnibus? Et ecce ego vadam illuc, et probabo ibi nidum meum, quia utilis locus est, ut dixisti. Et si veniens maritus tuus voluerit me inde expellere, resistam ei, cum non sit ei locus proprius, nec illum possidebit a suis parentibus, nec in ipso habeat maioris iuris quam ego. Dixit ei mulier: Et iam ego scio, quia verum dicis; veruntamen elegi te ad locum illum, ut semper inter nos maneat pax et dilectio; et si venires absque beneplacito mariti mei, orietur scandalum inter nos, cum promisi viro meo nemini illud dicere. Ait avis: Vere dicis, amice, et in vobis confido bene; sed indica mihi qualem modum accipiam, ut sit hoc cum consensu mariti tui. Ait ed eam mulier: Consulo tibi, vade ad eum quasi ignorans negocium hoc, et dic ei: Scito, carissime, quod contigit mihi nuper ire per quendam locum, quem exploravi esse bonum et utilem, et nullus est ibi habitans; et propono ibi meum habitaculum: visne mecum illic transferri, cum ibi sint multa piscamina? Et scio bene, quod ipse tunc dicet tibi, quoniam ipse providerit locum illum priusquam tu; et cum dixerit hoc, tunc dic ei: Ergo dignius est te esse ibi quam me; sed rogo ut tibi placeat me ibi esse tecum, quia nunquam

---

lin. 6. *Astringar ibi esse cum voluntate tui mariti.* sic E. « Qu'ai-je le besoin de l'agrément de ton mari? » D. 289. — 7. (*tui*) sic E.; an corrupt.?

aliquod importunum a me percipies, sed utilis ero tibi socius et amicus. Fecit itaque | avis illa, et ivit ad maritum huius; 1v mulier vero ivit ad quendam locum et cepit duos pisces de quibus tibi dixi; et invenit avem illam cum marito suo. Quae cum revelasset et de loco dixisset, placuit marito, ut cum eo habitaret; et interrogavit maritus mulierem, an ei placeret. Respondit mulier, volens se simulare, quasi non vellet ut avis illa cum eis habitaret, ut non perciperet maritus eius, quod revelasset illi secretum; et ait: Nos solae elegimus nobis locum illum, quia non est ibi strepitus avium atque animalium; et si permiseritis hanc avem ibi esse, timeo ne alia turba avium veniat cum ea, et sic nobis locum exinde expediat dimittere. Dixit maritus: Verum dicitis; tamen confide in hac ave et dilige ipsam, quia spero nos ab ea in futuro accipere auxilium et vigorem contra adversarios nostros, ne supervenientes nobis alienae vexent et molestent nos iniuriasque multas inferendo nostris pullis. Quapropter nobis bonum est ac perutile habere nobiscum sive in nostra societate admittere hanc avem, et forsan nobis praestabit auxilium tempore necessitatis, et non debemus confidere in nostra potentia; nam licet quod ceteris avibus potentiores sumus, tamen saepe debilior cum ceterorum adiutorio fortiorem superat, ut patet de lupo quodam, quem superaverunt murilegi et ipsum necaverunt, quia eis adversabatur. Dixit mulier: Quomodo fuit? Inquit maritus eius: Dicitur † quod pristinis temporibus fuit magna congregatio luporum, et haec erat circa littus maris in quodam deserto et inepto loco hominibus, inter quos lupos erat unus magis annosus quam alii et exinde magis praesumptuosus in omnibus rebus quam socii sui, et prae aliis voluit honorari et vereri. Quadam vero die contigit, ut famam sibi acquireret inter

lin. 13. *dicitis* sic E. — 20. *confitere* E.

socios, ivit venatum ad capiendum quid delicati in quodam monte, ubi erat | multitudo ferarum et animalium. [2r] Erat autem mons ille reclusus undique, ut non possent inde animalia egressum habere. Et cum manerent illae ferae pacificae et quietae in monte illo, in quo erat etiam magna turba cattorum inter aliqua animalia degentes, qui regem habebant; supervenit illis iste lupus, et cum ibi videret multitudinem ferarum et animalium pro sui venatione, et quia nullum inde haberent egressum et fugam, traxit ibi moram pluribus diebus. Capiebat autem singulis diebus de illis animalibus, quando volebat, et devorabat. Et factum est hoc valde molestum cattis, qui omnes ad suum regem congregati inierunt consilium, ut valerent se a lupo reddere tranquillos. Erant autem tres catti ingeniosi et sensati, quibus vocatis a suo rege, egit cum eis consilium. Et interrogans rex primum dixit ei: Quod est tuum consilium super processu huius lupi, qui tanta iam nobis molesta egit, et dissipavit et laesit plures de populo nostro? Dixit cattus: Nullum habemus consilium, nisi sperare in Domino semper, quia non possumus ei resistere. Et interrogatus secundus dixit: Meum consilium est, quod de loco isto recedamus et quaeramus nobis alium locum; forte enim ibi inveniemus locum bonum et utilem cum bonis pascuis, quia in maxima peste sumus hic. Quid ergo sumus hic expectantes, quousque moriemur? Et interrogatus tercius dixit: Meum consilium est ut hic permaneamus neque nostra habitacula relinquamus propter ista; sed consulo unum, quod si fecerimus, spero illum a nobis superari et nos ad primum statum nostrae pacis redituros. Ait rex: Quod est? Ait ille: Apponamus curam erga lupum, quando venatus fuerit aliquod pro suo cibo et illud in aliquod locum portaverit ad comedendum, et exurgentes rex et plures alii potentes de nostro exercitu, eamus adversus eum, quasi quaerentes eius escae residua. Et cum securum se reddiderit de

nobis, exurgam super ipsum et fodam oculos eius; deinde quilibet nostrum, cum non poterit se defendere, exurgat adversus eum, et quod potest agat; mori autem unum vel duos ex nobis, non debet illud gravare; liberabimus enim omnes 2v amicos nostros ab omni tribulatione. Feceruntque ita. | Et factum est quadam vice, cum venatus fuisset lupus aliquod pro suo cibo et ipsum in quoddam excelsum saxum portasset, congregavit rex ad se cattorum sui exercitus bellicosos, et iverunt post eum. Et cum pervenissent ad ipsum, exurgens super ipsum cattus consiliarius regis, fodit eius oculos; et accedens rex detruncavit eius caudam dentibus; deinde vero singuli eorum superexurgentes ipsum ad mortem vulneraverunt. Porro induxi tibi hanc parabolam, mi uxor, ut consideres, quoniam non est nobis nostra potentia sufficiens sine aliquo potenti socio et legali; quare quaerimus hanc avem nobis in socium. Et audiens hoc uxor in animo suo gavisa est, et placuit sibi quod de marito suo audiverat. Surrexerunt itaque vir et mulier et altera avis socia ipsarum, et venientes ad illum locum aptaverunt sibi nidum suum; altera quoque avis edidit sibi nidum circa nidum eorum. Vivebant autem ibi affluenter ex abundantia aquarum herbarum et piscium, diligentes se invicem, et sibi foedus fidelitatis contraxerunt. Erat autem dilectio, quae versabatur inter avem et mulierem ad avem extraneam fidelior quam extraneae avis ad socium et sociam. In processu vero temporis exicato uno illorum rivorum defecit piscamen. Et videns hoc avis Mosan socia mulieris, meditata est in suo corde dicens: Quamvis foedus amicorum et sociorum sit grande et quilibet teneatur observare, magis tamen tenetur suam personam conservare. Dicitur: Qui sibi foedus rumpit, minime alteri observabit; et qui futura non praevidet, incidet in foveam, quam

---

lin. 20. *habundantia* E.

non aestimavit, volens evadere et non potest. Societas vero harum ambarum avium mearum sociarum mihi nocebit, cum deficiat esca, et adhuc forte de loco me expellent. Et ego quidem iam adhaesi huic loco, de quo segregari non potero: non ergo viam habeo aliam, nisi ut occidam eas, et remanebo salva in loco solo absque molestia sociorum et stimulatione participum. Et prius quidem expedit mihi virum occidere; deinde inveniam modum necandi eius uxorem, quia fatui est cordis et confidit in me. Aut forsitan instigabo mulierem ut maritum interficiat; postea facilius interficiam uxorem. Post hoc vero accessit ad mulierem quasi tristis et moesta; dixit ad eam mulier: Quare video te sic tristem? Cui respondens ait: Non tristor nisi ex diffortuniis temporum et aeris perversione. Sed Mosan avis non cessavit tristari; et ait ad eam mulier: Video tibi aliquod subvenisse de quo tristaris. Ait illa: Ita est, sed non est nisi pro te; veruntamen si meo consilio consenseris, aestimo te de hac tribulatione evadere. Dixit mulier: Quid est illud? Inquit Mosan: Licet in nostra creatione simus extranei, tamen fratres in societate nostra sumus, quae melior est nobis quam infinitae parentelae: plerumque sunt fratres inimicantes sibi invicem et contra se invicem agentes, quod durius est ferro et peius veneno. Et dicitur, quod qui caret fratre, caret inimico, et qui caret consanguineo, caret invidente. Ego autem dirigo te ad unum quod erit tibi utile; et quamvis sit difficile uti illud valeas attemptare cum tibi dixero, est tamen valde facile in oculis meis cum considero periculum adversus te. Et propterea exaudi consilium meum, et inclina aurem tuam ut facias quod tibi dico, nec quaeras a me quare, donec illud perfeceris. Ait mulier ad eam: Dixisti mihi iam verbum de cuius timui auditu et obstupui, nec scio quid est; aestimo tamen illud esse pro mei nece; sed facilis erit mihi mors pro tui amore: dic ergo petitionem tuam. Dicitur enim, quod

quicunque suam animam non tradit morti pro eius socio, qui melior est prole et fratribus, est in oculis Dei peior duris sceleratis et praevaricatoribus. Dixit avis: Meum consilium est, ut occidas maritum tuum et te reddas tranquillam ab eo, ac per hoc tibi salus erit et pax et mihi tecum; nec a me quaeras, donec illud feceris: nisi enim res esset valde bona, non tibi consulerem. Et si hoc fecisses, mox diu dicerem, nec doleas nec tristeris super marito tuo; dabo enim tibi meliorem ipso, qui est nobis in hoc loco socius, et custodiet et diliget te, et semper amor inter te et me permanebit. Scias quoque, nisi meum adimpleveris consilium, accidet tibi ultimo quod accidit muri nolenti consentire utili sibi praestito consilio. Dixit mulier: Quomodo fuit? Inquit avis: | Dicitur fuisse in quodam loco solitario promptuarium, in quo cum multi essent mures, dissipantes et molestantes bona patrisfamilias, qui accepit quoddam animal quod assimilabatur cani et inimicabatur muribus, ut eos de domo exterminaret. Inter quos quidem erat unus mus maior aliis et fortior; et videns hic mus quod fecerat paterfamilias, scivit quoniam non posset permanere in domo propter illud animal, et accedens ad illud ait ei: Scio, inquam, patronus domus non introduxit te huc, nisi ad interficiendum me; sed ego veni ut tuam habeam societatem, quia novi tua ingenia et volo tibi cohabitare. Dixit ei animal: Intellexi quippe verba tua, et volo te securum reddere et tibi promitto pacem observare; nosti vero quoniam meus patronus posuit me custodem suae domus, ut nihil sibi adveniat nocumenti a te et a tuis sociis, nec me decet in hoc eius intentionem defraudare. Et propter hoc non offendas patronum meum, sed potius procura tibi mansionem aliam utilem et egredere de ista, quia si hoc non feceris, non est mihi culpa si te offendam; non enim

lin. 3. *ex prevaricatoribus.* E.

mihi licet contravenire mandato patroni mei. Dixit ei mus: Et ego prius te rogare inchoavi super hoc et humiliavi me tibi propter hanc petitionem; non igitur decet te meam petitionem denegare. Ait illud animal: Verum me decet tuam sequi pacem et dilectionem; sed quomodo potero tibi hoc observare, cum tui socii dissipant bona mei patronis? Si fuero sibi rebellis non defendens sua bona de manibus vestris, interficiet me. Protestor ergo tibi, ut praeserves personam tuam a me, et recede de hac domo usque ad tres dies, quibus poteris aliam tibi providere mansionem: postea vero tui persequar societatem. Dixit ad eum mus: Est mihi grave meum relinquere habitaculum et nullo modo propono recedere, sed me a te toto posse praeservabo. Altera vero die exivit mus de caverna, ut quaereret aliquod pro sui esca, et videns ipsum hoc animal, nec curavit de eo nec motum est contra ipsum murem, donec terminus dierum compleretur. Et cum videret mus, quia non apponeret curam, quomodo ipsum offenderet et molestaret, seductum est cor suum, et nullatenus ipsum amplius timebat, et coepit cum eo conversari, nec se ab eo praeservavit. Consummatis igitur tribus diebus exivit mus more solito ambulans per locum; animal vero latebat in quodam loco domus, et sentiens strepitum pedum muris insurrexit adversus eum, et ipsum devoravit. Induxi vero tibi hanc parabolam, ut scias quoniam non decet virum intelligentem consilium sui amici infringere nec illius correctionem refutare. Dicitur enim, quod verbum consulentis et si difficile sit, simulatur medicinae, quae quamvis sit amara, tamen liberat a languore. Quapropter meum nequaquam refutes consilium nec decipiaris tuo corde permittens vivere tuum maritum, quia maximum exemplum per-

---

lin. 25. *correctiouem* E. — 29. *quia maximum exemplum per...* *nocumentum* sic E. « car il te causerait un grand malheur ». D [illegible]

cipies nocumentum. Nam si ipsum occideris, dabo tibi maritum meliorem ipso. Et audiens hoc mulier perterrita est a verbo eius, et non minus desideravit habere maritum novum, et ait ad eam: Adverti quippe verba tua, et credo tuum consilium esse fidele et signum tuae dilectionis erga me, quia sentio meum cor erga tui dilectionem completum. Et nosco, quod consilium utile mihi contulisti; et etiam si non esset bonum pro me sed periculosum, utique vellem adimplere amore tui. Veruntamen quomodo potero meum maritum occidere, cum non sit mihi possibile? Ait ad eam Mosan: Indicabo tibi modum quo valebis hoc facere. At illa: Dic ergo. Respondit ei: Scio quendam rivum in quodam loco, ubi est multitudo piscium ubi piscari solent piscatores; qui cum piscantur magnum piscem, habent lignum acutum ex utraque parte, introducentes illud a capite usque ad caudam piscis; et scio te melius posse apportare de huiusmodi piscibus quam ego. Accipe ergo unum de illis et proiice illum in locum ubi comedit maritus tuus, ut illum transglutiens gutture suo et morietur. Fecit itaque mulier sicut illa sibi consuluerat; et accipiens unum de illis piscibus cum ligno proiecit ante maritum; qui cum illum transglutisset, mortuus est. Remansit itaque Mosam cum muliere pluribus diebus conferens ei honorem et dilectionem; postea vero recordata mulier quod sibi promiserat Mosam dare novellum et
4r iuvenem maritum, petiit ei ut sibi procuraret. | Et perambulans avis illa iuxta flumen obviavit cuidam vulpi; cui ait: Habeo unam avem pinguem, quam intendo seducere, ut veniat ad te; tu quoque latens sub saxo devorabis eam. Et fecit ita vulpes, et stabat retro saxum expectans avem. Et rediens avis ad mulierem dixit: Inveni quendam socium, cui relatum est a me de tuo decore et intellectu: placet sibi te ducere in uxo-

lin. 8. *periculosum* conieci; *pctm̄* E. — 21 et 23. *Mosam* sic.

rem. Surge et eamus. Et placuit uxori, et ivit cum ea usque ad saxum; et insurgens subito vulpes rapuit eam et devoravit; et rediit avis ad suum locum.

CAPITVLVM XVII. EST DE HOMINE QVI PRAESTAT ALIIS CONSILIVM SIBI AVTEM NVLLVM POTEST PRAESTARE.

Inquit rex Disles Sendebar suo philosopho: Intellexi parabolam tuam super his, quae dixisti mihi: nunc vero da mihi parabolam de homine, qui aliis praestat consilium, sibi autem non. Inquit Sendebar: Erat quaedam columba habens nidum in excelsa arbore, ita quod magno labore escam ad arborem portabat. Et cum produceret suos pullos, aggrediebatur eam vulpes stans iuxta arborem et perterrens eam minationibus, donec ei suos pullos eiicebat propter conservationem suae vitae. Quod videns quidam passer stans contra eam in vano arboris, accessit ad columbam dicens: Consulo tibi, quod quando revenit ille et infert tibi talia, responde: Et fac posse tuum; et si laboraveris ascendere ad me, statim eos devorans volabo. Et abiit passer in viam suam. Post hoc rediit vulpes clamans contra columbam more solito. Cui respondebat sibi columba verbum quod sibi passer consuluerat. Ait ad eam vulpes: Si annunciaveris mihi illum qui tibi hoc consuluit, dimittam pullos tuos. Dixit columba: Scias quod passer qui stat contra littus fluminis, mihi hoc consuluit. Et relicta columba, ivit vulpes ad passerem, et ait: Quando te ventus invadit, ubi reponis caput tuum? Et ait passer: Sub sinistro latere. Et quando percutit te in facie tua, ubi ponis tunc caput tuum? At ille: Ad mea posteriora. Ait vulpes: Quando venti te ex

lin. 4. *Intillexi* E. — 16. *clamens* E. — 25. *Ad ille* E.

omni parte invadunt, ubi tunc ponis caput tuum? Ait passer: Sub alis meis. Ait vulpes: Quomodo potes hoc facere? Aestimo te non verum dicere; et si hoc scis facere, similem tibi non vidi. Et tunc passer volens ei hoc ostendere, reclinavit caput suum sub alis; quem vulpes rapuit dicens: Scivisti columbae praestare consilium et non tibi ipsi. Et devoravit eum.

EXPLICIT
LIBER PARABOLARVM ANTIQVORVM SAPIENTVM.

PROLEGOMENA

AD LIBRVM

ΣΤΕΦΑΝΙΤΗΣ ΚΑΙ ΙΧΝΗΛΑΤΗΣ

Prolegomena tria, quibus instructa est graeca Symeonis Sethi metaphrasis arabici libri *Kalîlah wa Dimnah,* unus edidit Petrus Fab. Aurivillius in dissertatione academica, quae prodiit Upsaliae a. MDCCLXXX (1). Cum enim, benevolentia eorum, qui tunc academicae bibliothecae Upsaliensi praeerant, Aurivillio contigisset 'inter codices Sparvenfeldianos invenire graecum quendam, cui praeter alia bene multa, enumerata p. 55-61 in *Catalogo Sparvenfeld.* ed. Ups. 1706. 4., insunt non ea modo, quae typis describi curaverat Starkius (2), sed

(1) PROLEGOMENA AD LIBRUM: | ΣΤΕΦΑΝΙΤΗΣ καὶ ΙΧΝΗΛΑΤΗΣ | E COD. MSCR. BIBLIOTH. ACAD. UPSAL. | EDITA ET LATINE VERSA. | DISSERTATIONE ACADEMICA | *Quam* | *Venia Ampl. Fac. Philos. Upsal.* | *Praeside* | Mag. JOHANNE FLODERO | *Graec. Litt.* Prof. *Reg. et Ord.* | *Publico examini modeste submittit* | Petrus Fabian. Aurivillius *Vestrogotus* | *In Auditorio Gustav.* Major. D. xxv. Oct. mdcclxxx. | H. A. M. S. | UPSALIAE | *Apud* Johan. Edman, *Direct. et Reg. Acad. Typogr.*

(2) *Specimen Sapientiae Indorum veterum,* etc. *Berol.* 1697.

et prolegomena, quae ille non habuerat'; haec sibi is transcribenda et latine vertenda duxit, 'ut istud quidquid foret supplementi Starkianae editioni accederet'. Ex hac vero accessione, quam Aurivillii diligentia Starkiano operi fecit, minime aut parum homines parabolarum *Panciatantrae* studiosi profecerunt; nam codex Upsal., quo Aurivillius usus est, unam tantummodo recensionem, quam dicunt, sive formam, praebet ex multis, quas codd. prolegomena continentes suppeditant. Qui codex ita lacunis scatet, ut non modo desiderentur locus ille perlongus, quem interpretatione Possiniana adhibita indicavit S. De Sacy in *Mémoire historique* p. 32, et alter locus, quem vir cl. Aem. Teza in Benfey's *Orient u. Occident* II 712-713 edendum curavit, sed etiam illa omnia prorsus absint, quorum nexu in tertio prolegomenon fabulae inter se coniunguntur. Adde Aurivillii dissertationem perraro in bibliothecis occurrere; quaproter non inutilem fortasse laborem me suscepisse arbitraberis, qui prolegomena illa ad plenioris codicis fidem denuo edere aggressus sim. Recensionem omnium optimam lacunarumque expertem continuisse videtur cod. Allaccianus, cuius quidem fundamento Possiniana interpretatio nititur, in qua videlicet rerum verborumque ordo nunquam interrumpitur; eadem praeterea proxime accedit ad arabicum librum *Kalîlah wa Dimnah.* Praeter cod. Allaccianum, qui nunc deperditus est, equidem non nisi duos codices novi, qui prolegomena ista satis plena complectantur; sunt autem cod. Leidensis 93 Vulc., et cod. Barberinus I 172; cod.

enim Laurentianus LVII 30 prolegomenon primum omittit. His igitur codd., Leid. scilicet et Barb., ad praesens uti visum est. Possinianam elucubrationem subieci, quae satis apte parabolarum narrationem expleat; varias lectiones codd. Laur. et Upsal. in adnotationem criticam congessi.

Hic, arrepta occasione, gratias quam maximas ago doctissimo viro W. N. Du Rieu, Leidensis bibliothecae praefecto, cuius humanitate codicis Leidensis mihi inspiciendi Pisis copia facta est.

EXPLICATIO SIGLARVM

L = Leidensis 93 Vulc.
B = Barberinus I 172.
U = Upsal. (Aurivillii).
L[1] = Laurentianus LVII 30.

PROLEGOMENON I.

Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς, ὁ καὶ Ἀνασουράνος ὀνομαζόμενος ὁ τοῦ Καϊδὰδ υἱός, μαθὼν περί τινος βιβλίου ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἰνδῶν συγγραφέντος, παρὰ τῶν ἐν τῇ τοιαύτῃ χώρᾳ γνωστικῶν καὶ σοφῶν, ἔχοντος μύθους ὠφελίμους πᾶσιν ἀνθρώποις τοῖς ἐν βίῳ διατρίβουσι, μικροῖς τε καὶ μεγάλοις, ἄρχουσι καὶ ἀρχομένοις, ὄνομα δὲ αὐτῷ Κελίλαι καὶ Δίμναι, ὅπερ ἐστὶ Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης, ὃ καὶ ἐπέκειτο ἐν τοῖς βασιλικοῖς ταμείοις ἐγκεκρυμμένον· περὶ οὗ πληροφορίαν ὁ βασιλεὺς Χοσρόης λαβών, καὶ περὶ τῶν ἐγκειμένων ἐν αὐτῷ ὠφελίμων μύθων, προσέταξεν εὑρεθῆναί τινα γνωστικὸν ἄνδρα, εἰδήμονα τῆς τῶν Ἰνδῶν

I. Chosroes Persarum rex, qui et Anasuranus nominatus est, Davidis filius, cum audisset de quodam libro conscripto in regione Indiae ab eruditis et sapientibus illarum gentium, continente fabulas valde utiles omni hominum generi, parvis et magnis, principibus et subditis, qui absconditus servaretur in regio illic tabulario: de hoc, inquam, certior factus, et plane persuasus salubrem sibi ac suis istorum apologorum mores informantium cognitionem fore, iussit inquiri virum aliquem doctum, scientem linguae indicae, cui recte demandari negotium posset eius operis in regnum et sermonem persicum transferendi. Haud ita multo post ii quibus hanc curam dederat, addu-

γλώττης. καὶ δὴ προσήγαγον αὐτῷ ἄνδρα ἐχέφρονα καὶ πλήρη πάσης παιδεύσεως, ἰατρὸν τῇ ἐνούσῃ αὐτῷ ἐπιστήμῃ, Περζουὲ καλούμενον, ὃς καὶ παραγενόμενος τοῦ βασιλέως ἐνώπιον, προσεκύνησεν αὐτόν, καὶ ἀναστάς, ἵστατο διαλογιζόμενος. Ἔφη αὐτῷ ὁ βασιλεύς· ἤκουσταί μοι περὶ τῆς σῆς γνώσεως καὶ νουνεχείας καὶ ἀρετῆς· ἀκήκοα δὲ καὶ περὶ βιβλίου τινὸς ἐν τῇ Ἰνδίᾳ ὄντος καὶ ἀξιολογωτάτου τυγχάνοντος· καὶ ὅτι μοι πολλὴ ἐπιθυμία ἐστὶ πρὸς τὸ κτήσασθαι τὴν τοιαύτην βίβλον, νῦν οὖν μοι πρὸς τοῦτο ἐξυπηρέτησον, ἐνδειξάμενός μοι πᾶσαν σπουδὴν καὶ ἀκρίβειαν εἰς τὴν τούτου ζήτησιν καὶ ἀνεύρεσιν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων βιβλίων τῶν μὴ ὄντων ἡμῖν. καὶ προσέταξε δοθῆναι αὐτῷ χρήματα ἱκανὰ πρός τε χρῆσιν τῆς ὁδοιπορίας αὐτοῦ καὶ πρὸς ἄλλο ὅπερ βουλητὸν αὐτῷ ἦν. καὶ λέγει αὐτῷ· εἰ ταῦτα τὰ χρήματα προσαναλώσῃς, καὶ ἑτέρας ἐξόδου δεηθῇς, γράψον ἡμῖν· μόνον τὴν ἐπιθυμίαν πλήρωσον.

---

xerunt ipsi virum prudentem, atque omni genere doctrinarum eruditum, arte ac professione medicum, nomine Perzoem. Hic cum in conspectum venisset regis, demississima prostratione corporis eum veneratus, ubi assurrexisset, sic est eum affatus Chosroes: Delatum ad me est de tua prudentia, eruditione ac virtute: venit porro in meam notitiam fama libri cuiusdam in India servati, praecepta morum praeclara, gratis intexta narratiunculis, utilissime tradentis. Huius ego videndi, communicandique Persis meis ingenti teneor desiderio. Hic cum Perzoes ad omnem operam atque obsequium sese promptum obtulisset, praecepit rex ei numerari tantum pecuniae, quantum in viaticum et commorationem in India necessariam ad rem quae iniungebatur, abunde suffecturum videretur. Tum ipsi dixit: Ubi haec expenderis, aut quomodocumque sumptu alio egueris, fac nos continuo per fidum nuncium certiores. Submittemus statim quidquid posces; nulli enim impendio certum nobis est, quo tam utilis commentarii participes fiamus, parcere. — II. Dat se in viam

Ἀπελθὼν τοίνυν ὁ Περζουὲ καὶ καταλαβὼν τὴν Ἰνδικὴν χώραν, διέτριβεν ἔν τε τοῖς βασιλικοῖς πυλῶσι καὶ προαυλίοις, ἔν τε τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ καὶ τοῖς σοφοῖς καὶ γνωστικοῖς ἅπασι, καὶ ἀπήρχετο καθεκάστην χαιρετίζων αὐτούς, καὶ γνώριμον ἑαυτὸν αὐτοῖς διὰ τῆς συνεχοῦς ὁμιλίας ἀποκαθιστῶν, ὑποδεικνύων αὐτοῖς ὅπως τε χάριν παιδεύσεως καὶ ὠφε-

---

sub haec Perzoes, et in Indiam appulsus, ibi frequentare aulam regiam instituit, quotidieque apparere in palatinis exhedris, confabulando cum ministris, regni proceribus, ac senatoribus, viris magnis, prudentiae ac sapientiae, facundiae quoque et eruditionis omnigenae laude conspicuis. Quinetiam praecipuorum ex ipsis maximeque illustrium limina terebat, domi quemque conveniens ac salutans suae; et ut ipsorum promiscuo sermone proficiebat, sic et illis vicissim haud ingratum comitatis et studii specimen exhibens, non parva sua laude. Porro in his congressibus diligentissime cavebat, ne quid ageret aut diceret, unde subolere cuiquam posset venisse ipsum excribendi causa libri, quem Indos sciebat nolle communicari gentibus exteris: tantum praeseferebat ingens desiderium discendi, simulans etiam se ignarum; et tanta docilitate audiens interdum sibi nota, dum ab exoratis, ut se non gravarentur discipulum peregrinum erudire, gymnosophistis traderentur; ut ipsos magisterium delectaret suum, tam acri discentis attentione commendatum. Per haec sibi concilians amorem et existimationem multorum, curis omnibus, irrequieta instantia, sed clam, ut opus erat, et citra suspicionem voti proprii, mandatum sibi negotium urgebat, modos exquirens in latebras penetrandi conscias desideratissimi thesauri. Quia vero id cernebat externo sibi contingere aliter haud posse quam beneficio cuiuspiam ex illic potentibus, multorum sibi ex ipsis parare amicitiam omnis generis officiis curabat; nec plerumque frustra: nam ut sunt

λείας ἀφίκετο καὶ τῆς διδαχῆς καὶ βοηθείας αὐτῶν ἀπεδέετο, τὴν δὲ ἐνοικοῦσαν αὐτῷ σοφίαν ἀπέκρυβε, καὶ ὡς μαθητὴς παρ' αὐτῶν ἐδιδάσκετο· τὰ δὲ περὶ τῆς βίβλου καὶ τῆς ταύτης ζητήσεως, μυστικῶς καὶ κρυφίως ἐξερεύνα. Διατρίψας δ' ἐκεῖσε χρόνον ἱκανὸν ἐκτήσατο φίλους πολλοὺς ἐκ τῶν μεγιστάνων καὶ τῶν ἰδιωτῶν καὶ ἀπὸ πάσης παιδεύσεως· εὑρὼν δὲ τῶν τοιούτων τινὰ νουνεχῆ καὶ πλήρη ὄντα σοφίας καὶ γνώσεως, καὶ ἀκριβῶς τὰ κατ' αὐτοῦ γνούς, καὶ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν ἔν τε μυστηρίοις οὖσαν ἱκανήν, καὶ ἄλλως ἐπιτήδειον ὄντα εἰς ἐκπλήρωσιν τῆς δουλείας καὶ ἐπιθυμίας αὐτοῦ, ἐξήγγειλεν αὐτῷ καὶ δι' ὧν παραγέγονε· καὶ ἤρξατο συνεσθίειν καὶ πίνειν μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐξόδους ἱκανὰς κατα-

---

fere animi hominum ad gratiam teneri, a plurimis quos demereri obsequio studuerat, qua privatis, qua etiam magistratibus, haud vulgari existimationis et benevolentiae significatione colebatur. Ipse autem ut nullius aspernabatur studium, ita hoc potissimum agebat, ut litterati, et supellectili egregie instructi libraria cuiuspiam, familiaritati se intimae insereret; quod apud talem demum se optati scripti copiam nancisci posse confideret. — III. Diu erat in talis viri conquisitione versatus, cum multis tandem experimentis edoctus, persuadere sibi coepit, unum quempiam inter proceres Indorum humanitate, prudentia, eruditione tanta propemodum esse praeditum, quanta opus esset, ut ex eo sperari optati officii fructus posset. Hunc ergo instituit quotidie visere, cunctis ambire obsequiis, singulari quadam honoris significatione demulcere, postremo epulis excipere, munerari quinetiam, et quae ipsi grata putaret fore, quantovis empta pretio donare; quas in res non modicam pecuniae allatae e Perside partem impendit. His respondebat ille quidem comitate tanta, quantam a liberalissimo gratiosissimoque homine sperare Perzoes potuisset: caeterum idem praeterea demiratus aliquamdiu tam inusitatam in-

βάλλειν. ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν λέγει αὐτῷ κατὰ μόνας· ἀδελφέ, βούλομαί σοι φανερῶσαι μυστήριον ἕτερον· καὶ γὰρ ἐλήλυθα περὶ πράγματος οὗπερ οὐκ ἐφανέρωσά σοι· [ὁ γὰρ ἐχέφρων ἀνὴρ καὶ συνετός ἐκ σημείων καὶ αἰνιγμάτων ὁμιλῶν γνωρίζει πρὸς τὸν ὁμιλοῦντα τὰ αὐτοῦ κρύφια.] ἀκούσας δὲ ὁ Ἰνδὴς ταῦτα λέγει πρὸς αὐτόν· εἰ τάχα καὶ οὐκ ἐφανέρωσάς μοι περὶ οὗ πράγματος ἐνταῦθα ἐλήλυθας, ἀλλὰ δῆλον ἐξ ὧν χλεύης ἕνεκα τὰ τῆς φιλίας ὑπέπλευσας· ἐγὼ δὲ οὐκ ἠβουλήθην περὶ τούτων ἐλέγξαι σε, ὥστε περαιωθῆναί με μᾶλλον τὰ τῆς φιλίας

---

geniosi et curiosissimi advenae assiduitatem et diligentiam in se colendo, denique divinavit quod res erat; et deesse non posse iudicavit, quin, se adiutore ac sequestro, particeps arcanorum indicae sapientiae monumentorum fieri Perzoes cupiens, in istam demerendae suae gratiae sedulitatem incumberet. Per hunc modum proficiente inter ipsos familiaritate, fiduciaque, ut fit, mutui amoris, frequentatis utrinque benevolentiae indiciis, crescente, ausus aliquando Perzoes amico in arcanum seducto conclave aliquid de suo desiderio fateri, eum his ferme verbis affatus est: Eam video caritatem in me, frater, tuam, cui male atque ingrate me respondere arbitrarer, si te celarem quidquam intimorum animi mei sensuum: quare fatebor tibi equidem id quod ex quo huc veni magna cura omnibus abscondi, quod in te aequitatis ac sapientiae tantum existere documentis perspexi, quantum in eo desiderari potest, quem arcanorum vel maximi momenti prudens recte quivis adhibeat arbitrium. — IV. Ita exordientem Perzoem interpellans Indus sapiens: Dudum mirabar, inquit, tamdiu differre te, quod sero nunc tandem inchoas; atque adeo, si me sinis loqui libere, tibi pene succensebam, quod in aliis cunctis amicitiae officiis diligentissimus, in hoc omnium praecipuo aperiendorum secretorum, illiberali pene quadam cunctatione cessares. Quam-

σου καὶ τῆς σῆς γνώσεως καὶ παιδεύσεως τὰ τελέσματα. ἀλλ' ἐπειδὴ σὺ πρῶτος ἤρξου περὶ τούτων, ἔχω σοι φανερὰ ποιῆσαι πάντα τὰ ἐν σοὶ κρύφια, καὶ δι' ὧν ἐνταῦθα ἐλήλυθας· καὶ γὰρ διὰ τοῦτο ἐλήλυθας, εἰς τὸ συλῆσαι τοὺς τιμίους θησαυροὺς τῆς ἡμῶν χώρας, καὶ ἀπαγαγεῖν πρὸς τὸν βασιλέα σου. ἐγὼ δὲ τήν τε προθυμίαν καὶ τὴν ὑπο-

---

quam, ne vicissim ego tibi contra leges veri amoris dissimulem quidpiam, frustra eras in hoc studio clam me habendi votum illud, quod ego dudum pellucens in tua intima conscientia perlegi. Diu, inquam, est quod me non fallit, venisse te in Indiam eo consilio, ut nostrae sapientiae thesauros expilares, arcanorumque inde librorum copiam nactus, ex iis erueres unde patriam redux ditares tuam. In quo etsi, ut dixi, suboffendebat me tua illa non satis familiaris de re tali taciturnitas, necessitudini inter nos coalescenti convicium visa facere, temperavi tamen ab expostulando de ea tecum; contentus observare te interim, et quasi dissimulatione mutua ulcisci; dum tu caeteris virtutibus, et, quae usu se magis magisque quotidiano exercebant, dotibus tuis praeclaris eruditionis et ingenii, labem illam in aestimatione mea qualemcunque compensares, aut etiam alleganda quandoque idonea istius silentii causa, dilueres. Nunc quoniam ingressus ultro tu ipse in eum sermonem es, qui viam panderet animo meo gestienti effundere se coram te totum, non putavi negligendam occasionem ostentandi tibi sagacitatem meam, quam tantis artificiis arcere nequivisti, quominus in ultimo recessu abditissimorum mentis tuae penetralium deprehenderet, scopum peregrinationem ad nos tuae non alium tibi fuisse propositum, quam ut specimen sapientiae nostratium doctorum arcanis apud nos conditum litteris, exscriberes inde, vestraque lingua expositum regi tuo rediens offerres. — V. Ac ne te habeat solicitum, quod me subof-

μονὴν σου θεασάμενος, καὶ πῶς καλῶς ἔκρυψας τὰ ἐν σοί, ἔτι πλέον ἐπόθησα τὴν φιλίαν σου, καὶ ὅτι οὐκ εἶδόν τινα ὅμοιον τῆς σῆς γνώσεως καὶ παιδεύσεως καὶ ὑπομονῆς καὶ γνώμης, τὸν δυνάμενον τὰ ἑαυτοῦ μυστήρια καλῶς κρύπτειν, ὅταν ἐν ἀλλοτρίῳ τόπῳ καὶ βασιλεῖ ᾖ καὶ ἐν λαῷ ἀγνοοῦντι τὴν ἑαυτοῦ γνώμην. ὁ γὰρ νουνεχὴς ἀνὴρ ἐν ὀκτὼ εἴδεσιν ἀρετῶν γνωρίζεται· πρῶτον μέν, ἀπὸ τῆς πραότητος καὶ ἐπιεικίας· δεύτερον, ἐκ τοῦ γινώσκειν τὴν ἑαυτοῦ ὑπόληψιν καὶ φυλάττειν αὐτήν· τρίτον, τὸ ὑποτάσσεσθαι τοῖς βασιλεῦσι καὶ ἀκολουθεῖν τοῖς αὐτῶν θελήμασι· τέταρτον, ἐκ τοῦ καλῶς φανεροῦν τὰ ἑαυτοῦ μυστήρια τοῖς φίλοις αὐτοῦ τοῖς πιστοῖς· πέμπτον, ἐκ τοῦ διατρίβειν ἐν τοῖς βασιλικοῖς πυλῶσι φρονίμως, καὶ μετὰ κολακίας καὶ καλολογίας ἀπαντᾶν πᾶσι τοῖς τοῦ βασιλέως· ἕκτον δέ, ἐκ τοῦ κρύπτειν τὰ ἑαυτοῦ μύστήρια

fensum taciturnitate tua dixi, velim ne sis nescius, non solum ignovisse me tibi facile, sed praeterea etiam suspexisse moderationem in hoc tuam, in qua magnum sapientiae instar agnoscebam: gnarus quam pauci resistant prurigini prodendi familiaribus, quidquid mente versant; quantaque cautione opus sit, praesertim degentibus peregre sub rege legibusque diversissimis, in recte deligendo, quem consilii ancipitis et offensionibus illic obnoxii, non damnose quis arbitrum faciat. Ergo, ut quod res est fatear, eo te nomine magis amavi, ac multo pluris feci. Sic enim dudum mihi persuasi: octo esse in quibus experimentum indolis magnae, ingeniique laudis eximiae capacis, sumi certum possit: Primum est mitem esse et comem ad omnes. Alterum, recta intueri destinatum suum, illique indefesse, sed patienter, urgendo insistere. Tertium, subesse obsequique regibus. Quartum, arcana probatis dumtaxat amicis credere. Quintum, in comitatibus principum sic apparere sapientem, ut odiosa tristitia philosophiae non popularis et superciliosae declinetur. Sextum, ita mansuete ac placide cum

καὶ μὴ κοινωνεῖν αὐτὰ κακοήθεσιν ἀνδρᾶσι καὶ πονηροῖς· ἕβδομον, ἐκ τοῦ προσέχειν τὴν ἑαυτοῦ γλῶτταν πρὸς τὸ μὴ φθέγγεσθαι ἀφελεῖς καὶ βλαβεροὺς λόγους· ὄγδοον δέ, ἐκ τοῦ μὴ ἀποκρίνεσθαι περὶ ὧν οὐκ ἐρωτᾶται ἐν ἀγωγῇ. καὶ ὁ ἔχων ταύτας τὰς ὀκτὼ ἀρετὰς προξενεῖ ἑαυτῷ τὰ ἀγαθά καὶ ἔσεται ἀπὸ πάσης βλάβης ἀνώτερος, καὶ δεῖ τὸν τοιοῦτον ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ βοηθεῖν εἰς πάντα τὰ ἑαυτοῦ θελήματα. αὗται τοίνυν αἱ ὀκτὼ ἀρεταὶ εἰς σὲ πεπλήρωνται· καὶ τῷ θεῷ εὔχομαι, ὅπως σε βοηθήσῃ ἐπιτυχεῖν ὧν ζητεῖς. ὃ δέ μοι ἀνήγγειλας, εἰς μέγιστόν σοι φόβον μ' ἐνέβαλλε, καὶ ἐπικίνδυνόν ἐστι τὸ

---

vitiosis etiam et improbis agere, ut ad eos ne suspicio quidem celari requirentium consiliorum ulla sinatur emanare. Septimum, exercere dominium in linguam, fraenareque illam in occasionibus ingenii dicacitate commendandi, ab omni dicterio, quod vel oblique perstringat quempiam. Octavum denique, in conventu virorum gravium non temere prodire, ac aestu eruditionis consciae provehi sermonibus ultra quam poscat propositi ad dicendum aut deliberandum argumenti formula. His octo qui praeditus dotibus sit, nae is et tutus erit a periculo damnorum in quae haud raro incurrunt inconsiderate conversantes, et compos fere fiet votorum quorumcumque; cunctis ad tali favendum naturali quadam inclinatione propendentibus. Itaque quod has in te omnes virtutes vidi, promptus ecce pronusque sum ad gratificandum tibi, quantum erit in me situm, quodcumque optaveris. Moneo tamen difficile te negotium tractare; ac quo magis sentio haud posse me in eo quantum vellem, eo praecor Deum intentius, ut fortunet coeptum, amoliendis sese contra obiectantibus obstaculis non parvis; quae equidem dum reputo, cohorresco interdum totus: quippe obversante menti meae saeva imagine malorum, quae ex hac forte deprehensa molitione in tuum mihi longe carissimum redunda-

τοιούτου ἐπιτυχεῖν· ἀλλ' ὅμως ἡ τοῦ θεοῦ ἐπικουρία βοηθήσει ἡμῖν. ἰδὼν δὲ ὁ Περζουὲ ὅτι ἀπεκαλύφθησαν πάντα τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ τῷ Ἰνδεῖ, καὶ ὅτι οὐ δολερά ἐστιν ἡ φιλία αὐτοῦ πρὸς αὐτόν, [διὰ τὸ] μηδενὸς ῥήματος σκωπτικοῦ ἢ ἀκαίρου φθεγξαμένου τὸ παράπαν αὐτοῦ, ἀλλ' ὥσπερ τινὶ τῶν γνησιωτάτων ἀδελφῶν μετ' ἐπιεικείας ἀποκρινομένου, ἔλαβε θάρρος εὔδρομον τὸ πέρας ἀναφανῆναι τῆς ἐπιθυμίας αὐτοῦ. λέγει οὖν πάλιν πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰνδός· ἰδοὺ πολλάς σοι ἐνεστησάμην παγίδας πρὸς τὸ συλῆσαι λόγον ἐκ τοῦ στόματος· κατέλαβον δέ σου ἐκ τῶν μικρῶν ῥημάτων τὰ μέγιστα, καὶ ἐκ τῶν φανερῶν τὰ κρυπτά· καὶ μεγάλως ἡδύνθην τῆς σῆς γνώσεως καὶ παιδεύσεως, ἥν σοι ὁ θεὸς

---

rent caput. Sed avertet sinistra, ut spero, cuncta propitium innocentiae tuae nostroque amori numen; cuius tecti patrocinio (confidendum est enim) adversa infestaque innoxie quaelibet eluctabimur. — VI. Varie affecit inopinata haec oratio audientem Perzoem. Miratus primum est solertiam Indi usque eo perspicacem, ut latebras cordis pervaderet. Eiusdem postea humanitatem suspexit, quod in nonnulla expostulandi secum causa omni verborum asperitate temperasset. Postremo gratulatus sibi est et probatam irrefragabili iam experimento amici, quem hactenus exploraverat, fidem usquequaque sinceram; et certa tum demum firmavit animum fiducia consequendi quod optabat, auxilio utique parato tam fidi ac efficacis cooperatoris. His intento cogitationibus, et vultu quidem fatenti sic se rem habere ut amicus divinaverat, nec dum tamen expedienti mutuum sermonem, sic Indus, omni ei timori demendo, iterum est orsus: Miraris in isto silentio fortasse qui fieri potuerit ut votum tuum, etsi a te studiose tectum, penetrarim tamen: sic habe: Artem callere me insidiandi amicis innocenter; hoc est perducendi eos non modo citra damnum, sed etiam cum commodo ipsorum quo minime volebant. Ut

ἐδωρήσατο. καὶ γὰρ ὁ σοφός, ὅταν τι μυστήριον προτεθήσεται αὐτῷ, καὶ λάβῃ τὴν αὐτοῦ ζήτησιν ἐκ τοῦ παραθέντος, ὡμοίωται ἀνθρώπῳ οἰκοδομήσαντι τὴν αὐτοῦ οἰκίαν ἐπὶ στερεὰν πέτραν, ἥτις πλεονάσαντος ὑετοῦ οὐ σεσάλευται, ἢ ἐν ὄρει, ἥτις παρὰ τῶν ἐμπνεόντων ἀνέμων ἐκεῖσε, οὐ πίπτει. καὶ οὐχ ὑπάρχει τι κρεῖττον φιλίας καθαρᾶς καὶ ἀγάπης, καὶ ὁ ἔχων ταύτην ἄξιός ἐστι κοινωνεῖν τῷ ἑαυτοῦ φίλῳ ἔμ... καὶ θανάτου αὐτοῦ, καὶ μὴ κρύπτειν αὐτῷ τι. καὶ πρῶτον μὲν ἀρετή

---

enim aucupes observato gustu avium quas venantur, obiiciunt eis escas quas illae appetunt, et hac illaecebra delinitas pertrahunt in laqueos iuxta expansos: sic ego, intellecto tuo studio ingentique amore litterarum, de industria mentionem inferebam nostratium monumentorum de moribus scriptorum accurate, qua commemoratione cum salivam tibi moveri tam exquisiti cibi nulla satis tua dissimulatio celaret, deveni tandem, adhibitis eodem plurimis huic inde aliis indiciis, in notitiam desiderii, quod te huc duxit. Scio temere in talibus iudicare multos. Sed si argumentorum opinandi delectus qui debet habeatur, raro erraverit divinatio. At sicut aedificium firmis innitens fundamentis stat inconcussum adversus ventos imbresque; sicut navis carina subtus solida, lateribus validis ex arte affabre compacta, resistit iratis fluctibus: sic opinio ex prudenti comparatione maturaque aestimatione signorum in unum ex diverso conspirantium plurium, recte ratiocinantis animo innata, coargui non timet; quin verissima plerumque ipsa consciorum confessione comprobatur. Nec te porro poeniteat habere me arbitrum ancipitis arcani: tantum absum a deferendo te, ut particeps huius tui quodcumque est criminis ultro fieri festinem. Sic, inquam, decrevi, omnem conferre operam, ne vitae quidem ac capiti parcendo, quo tibi contingat id quod optas. Verum ad hoc necesse prorsus ante omnia est

παιδεύσεως ὑπάρχει τὸ φυλάττειν μυστήρια· ἢ τάχα δὲ καὶ οὐ κρύπτονται· καὶ γὰρ ὁπόταν ἐν δυσὶν ἀνθρώποις ῥηθῇ μυστήριον, ἴσως καὶ ἐν τρισίν, ὅταν ἐν τοῖς τρισὶ γένηται, φανεροῦται τοῖς πᾶσι, καὶ οὐ δύναταί τις κρύψαι αὐτό, καὶ ὥσπερ νέφος ἐσκορπισμένον ἐστί. πλὴν ἐγὼ χαίρω δὴ καὶ εὐφραίνομαι ἐπὶ τῇ σῇ φιλίᾳ· καὶ τὸ πράγμα τοῦτο ὅπερ ζητεῖς ἀπ᾽ ἐμοῦ μυστικῶς, ἀναγκαῖόν ἐστι μὴ φανῆναι πᾶσιν ἀνθρώποις· ὁπόταν γὰρ ἀποκαλυφθήσεται, τότε ἀπώλειά μοι γενήσεται τελεία, καὶ οὔτε πλοῦτος, οὔτε φιλία δύναταί με σῶσαι· ὁ γὰρ ἡμέτερος βασιλεὺς θρασὺς καὶ θηριώδης ἐστί, καὶ κολάζει περὶ μικροῦ πράγματος. λέγει οὖν αὐτῷ ὁ Περζοηέ· οἱ τῆς φιλίας διδάσκαλοι μεγάλως ἐπαινοῦσι καὶ δοξάζουσι τοὺς τὰ μυστήρια τῶν φίλων αὐτῶν κρύπτοντας καὶ παραφυλάσσοντας, εἰ καὶ ἐπώδυνά εἰσι καὶ ἐπικίνδυνα· οὕτω κἀγὼ θαρρήσας, πεποιηκώς εἰμι, τοῦ πέρας λαβεῖν ὅπερ σοι μυστήριον ἐνεθέμην. καὶ γὰρ μέγα καὶ ἔνδοξόν ἐστι τὸ τοιοῦτον, κἂν μετὰ φόβου ἐκπληρεῖς μοι τοῦτο· πλὴν ἐγὼ γινώσκω, ὅτι ἀβλαβὴς ἔσῃ ἕνεκεν ἐμοῦ· μόνον βλέπε τοὺς συμπολίτας

---

ut intendamus uterque diligentiam latendi, solicitissimeque caveamus ne tertius nostrae conscientiae amborum adhibeatur, aut quomodocumque interveniat arbiter. Inter duos potest utcumque consistere securitas secreti. Quod tres sciunt, teneri, quin emanet ad plures, nequit. Si autem enotuerit, cooperari me tibi in exscriptione et deportatione ad exteros commentariorum nostratium, actum de me sit: tum nullae opes, nulla suffragatio caput meum servassent. Regem habemus saevire atrociter ob res nihili solitum, nec revocabilis, ubi praecipitem ira extulerit, in mitiora voluntatis. — VII. Hic Perzoes gratias egit tam generoso amico, prout par erat, magnas, ex cunctis singillatim circumstantiis beneficii eius meritum aestimans, quod ultro priusquam rogaretur, quod in re sibi periculosa, quod homini extero, tam prolixe, tam gratuito faveret. De secreto, quod monuerat, securum omni ex parte iussit esse:

σου, μὴ δι' αὐτῶν τι φανερωθῇ. ἀλλ' ἰδοὺ ἐλπίζω εἰς ὃν ἤδη τὴν ἀρχὴν ἀνεθέμεθα, ὅτι ἐμοῦ ἀπερχομένου, σοῦ δὲ ἐνταῦθα προσμένοντος, οὐ γνωσθήσεται· μεταξὺ γὰρ ἐμοῦ καὶ σοῦ, ἄλλος οὐκ ἐκοινώνηται, εἰ μὴ θεός· καὶ ἐμοῦ ἀποδημοῦντος ἄφοβος ἔσῃ. ἀκούσας δὲ ὁ Ἰνδὸς ταῦτα, παρέσχεν αὐτῷ τὰ ζητούμενα βιβλία· καὶ ποιήσας ἐκεῖσε χρόνον ἱκανὸν, καὶ δαπανήσας πάνθ' ὅσα ἐπεφέρετο, καὶ κατατήξας τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν πολλῷ κόπῳ καὶ μόχθῳ καὶ ἐγρηγόρσει, μάλιστα διὰ τὸν τοῦ βασιλέως φόβον, ἀπεπλήρωσε τὸ βιβλίον, καὶ ἄλλα τινὰ βιβλία βιοφελῆ. γράφει οὖν ἔκτοτε πρὸς τὸν αὐτοῦ βασιλέα Ἀνασουράνον, ὅσον τε ὑπέστη κόπον, καὶ ὅπως ἀπεπλήρωσε τὴν αὐτοῦ πρόσταξιν, περαιώσας τὸ αὐτοῦ

De mea fide, inquiens, non minus potes ac debes quam de tua ipsius in hoc, quod tegi utriusque interest, tacendo constantia et moderatione confidere; quare quod ad me attinet, tam tibi certa incolumitas tua est, quam quod in vita potest esse certissimum. Condam me paucis diebus; et celeritate summa quod cupio exscribam, interim cum alio praeter te unum congrediens nemine. Perfecto negotio evolabo statim, ut ne si vellem quidem, possem hisce cuiquam in partibus ullum inter nos transactorum indicium effundere. Me hinc profecto, tu supereris unus qui rem scias. Quam tuta tibi ac fida est tua propria conscientia, tam remotum ab omni etiam umbra periculi, huius quidem facti gratia, te manifestum est fore. Haec et in eam sententiam alia locuto Perzoi aperuit Indus sapiens arcanum museum suum: ibi ille cum has dissertationes quindecim gymnosophistae veteris ad regem Abessalomum, tum alia strenue quae voluit excripsit istorum indicae sapientiae monumentorum. Interim autem pecunia quam attulerat e Perside ferme iam expensa, remisit eo fidum hominem, qui regi Anasurano nunciaret, magnis tandem laboribus se peregisse quod iusserat: relaturum ipsi statim quae optabat, ubi viaticum ad

καταθύμιον. μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς καὶ περιχαρὴς γενόμενος λίαν, αὐτίκα γράφει πρὸς τὸν Περζουέ, ἀποστείλας αὐτῷ καὶ χρήματα τοῦ ταχέως παραγενέσθαι πρὸς αὐτόν, μήπως διὰ τῆς †περιμερίας συμβήσεται αὐτῷ τι, καὶ στερηθήσεται τοῦ ζητουμένου· εὐχαρίστησε τῷ θεῷ τῷ χορηγήσαντι καὶ δωρησαμένῳ αὐτῷ τὴν τῶν ἰνδικῶν βιβλίων απόλαυσιν· ὑπέσχετο δὲ αὐτῷ καὶ ἀνταμείψεσιν πολλῶν καὶ μεγίστων χαρίτων τὴν τούτου προθυμίαν ἀφοσιώσασθαι, τούς τε κόπους ἐν διπλῷ ἀπολαβεῖν περὶ ὧν ὑπέμεινε κακοπαθειῶν. ἀναγνοὺς δὲ ὁ Περζουὲ τὰ τοῦ βασιλέως αὐτοῦ γράμματα, εὐθὺς πρὸς τὴν περσικὴν ἤρξατο ὁδεύειν ὁδόν. Καταλαβὼν δὲ τὴν Περσίαν, ὑπεμνήσθη τῷ βασιλεῖ περὶ αὐτοῦ· καὶ προσκαλεσάμενος αὐτόν, ὑπεδέξατο αὐτὸν χαρμοσύνως· καὶ λέγει αὐτῷ· χαίροις, δοῦλε πιστέ· καὶ γὰρ πάντα τὰ παρ᾽ ἐμοῦ ὑποσχεθέντα σοι ἔχεις, δωρούμενός σοι πρὸς τούτοις καὶ πλείονα ὑπὲρ ὧν ὑπέστης κόπων τε καὶ κινδύνων. κελεύει δὲ αὐτὸν ἡμέρας ἑπτὰ οἴκοι καταμένειν καὶ ἀνάπαυλαν γενέσθαι τῶν κόπων αὐτοῦ· μετὰ δὲ τὴν

---

reditum suppeditari sibi mandasset. Laetus nuncio rex non solum quod petebatur liberalissime submisit; sed redditis humanissimis litteris, quam sibi gratum ac iocundum accideret Perzois obsequium prolixe declaravit; tum Deo gratias agens, et sibi gratulans, hortabatur ut quoad suo commodo liceret, maturaret reditum in patriam, ubi eum fidelis operae praemia manerent. — VIII. Hac Perzoes lecta epistola, confestim se dat in viam, ac eam feliciter emensus, incolumem se sistit Chosroi; qui quantis ipsum benevolentiae significationibus exceperit, haud facile sit dicendo exequi. Amplexus caritate sincerissima reducem, commentarios manu tenens quos attulerat, beasti nos, inquit, et voti compotes antiquissimi faciens, aeternum tibi devinxisti, macte ista industria, fidelitate, diligentia: dabimus de caetero, quod nos decet, operam, ne minori tuo fructu, quam nostra voluptate, tantum laborum et periculorum exhauseris.

τούτων παρέλευσιν, προςκαλεσάμενος αὐτὸν καὶ πᾶσαν τὴν σύγκλητον καὶ τὸν ὑπ᾽ αὐτῷ σύμπαντα λαόν, καὶ ἀνοίξας τὰ βιβλία ἅπερ ἐκόμισεν, ἀνεγνώσθησαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ πάντων ἐνώπιον. καὶ ἀκούσαντες πάντες καὶ θαυμάσαντες, τήν τε σοφίαν καὶ τὴν παίδευσιν, ἥνπερ διὰ τῶν ἑτερογλώσσων οὕτως ἐλάλησε, καὶ τῷ θεῷ προσηκόντως εὐχαριστήσαντες τῷ δωρησαμένῳ τῷ τε βασιλεῖ καὶ αὐτοῖς τοιαύτην σοφίαν καὶ παίδευσιν, ἀπονείμαντες καὶ τῷ Περζουὲ χάριν ὑπὲρ ὧν ἐπόνησε καὶ ἐμόχθησε· τότε κελεύει ὁ βασιλεὺς ἀνεωχθῆναι πάντα τὰ αὐτοῦ βε-

---

Sub haec diem condicit posterum; cuius diei notata hora eruditi, quos in comitatu habebat plurimos, omnigenaeque sapientiae consultissimi viri convenirent ad se omnes, audituri peregre advectos libros, dum lingua primum persica ex Perzois interpretatione recitarentur. Congregato coetu amplissimo, medius in throno rex sumptis in manus et explicatis Perzois codicibus iussit ex eis a vocalissimo anagnoste pronunciari per horas plurimas dissertationes potissimum quindecim gymnosophistae cum Abessalomo rege; inhiantibus avide cunctis; et veritatem tam aptis expressam fabulis, effataque summae humanae sapientiae bestiarum amoenissime profusa linguis, pulcherrimo intextu peregrini artificii, concordi celebrantibus applausu. In digressu gravissimi quique senatorum manus in coelum tollebant gratulantes numini, quod ista regi mente, isto Perzoi studio, successuque coepti difficilis donando, diem demum illucescere felicissimam concessisset Persidi, tantis exterae sapientiae thesauris iure deinceps gloriaturae. Hinc conversi ad Perzoem, nullum faciebant finem ingenii eius facundiaeque, ac in tantis periculis contemnendis, ferendis laboribus, fortitudinis constantiaeque praedicandae; quo aiebant nomine patriam ipsi suam immortalis beneficii semper debitricem fore. Rex ipse, haud sese iam capiens, pandi apothecas regia-

σπάρια τῶν τε μαργάρων καὶ λίθων καὶ χρυσίου αὐτοῦ καὶ πάντων τῶν ὑφασμάτων καὶ τῶν λοιπῶν, καὶ μεθ᾽ ὅρκων προστάσσει αὐτὸν πάνθ᾽ ὅσα βούλεται ἐπιλαβεῖν. ὁ δὲ Περζουέ, καίπερ νουνεχὴς ὢν καὶ σωφρόνως διάγων, προσκυνήσας αὐτὸν καὶ εὐχαριστήσας δι᾽ ὧν παρ᾽ αὐτοῦ εὐηργέτητο, ἔφη· ὁ θεὸς ὁ χαρισάμενός σοι, ἐνδοξότατε βασιλεῦ, τὴν ἐνταῦθα μεγίστην δόξαν, αὐτός σοι καὶ τὴν αἰωνίζουσαν χαρίσοιτο. ἐγὼ δὲ δοῦλός σου, οὐ χρεία μοί ἐστί τις περὶ τῶν τοῦ κόσμου τούτου πραγμάτων, ἀλλ᾽ ἀρκεῖ μοι πρὸς δῶρα ἡ χωρηγηθεῖσά μοι παρὰ τῆς βασιλείας τιμή· ἀλλὰ διὰ τὸ ἀρέσαι, αἰτοῦμαι μίαν ἐκ τῶν ὑφασμά-

---

rum opum iussit, ductoque secum intro Perzoi iureiurando confirmavit condonare se ipsi ac iure iam nunc quam optimo proprium tradere, quidquid ac quantum inde vellet: eligeret, caperet, nulla verecundia, nulla parsimonia domum auferret, e clarissimis illis gemmis, e pretiosissimis pannis auro textis et blatta, reliquisque regiae gazae immensa illic copia congestae divitiis. — IX. Tunc procidens coram rege demississime Perzoes: Accipio, ait, domine, istum animum, istud de me iudicium, eo gratiori animi sensu, eo deiectiori veneratione, quo magis sum conscius nihil egisse aut potuisse me, quo tantis a sacra tua maiestate cumulari favoribus mererer. Laus ea mera est humanissimae dignationis tuae, quam quia remunerari aliter quam votis nequeo, precor venerorque supremum coeli terraeque Dominum ut te maximum regem, et in hac vita pergat omni prosperitate fortunare, et in futuro saeculo sempiterna coronet gloria. Quod ad ista pertinet quae largissime offers indigno et inutili tuo servo, liceat quaeso per te mihi, rex illustrissime, libere fateri, me iis non indigere; abunde quippe atque instar omnium tuam esse mihi gratiam et splendorem redundantem in me summum ex tam honorifico maiestatis de me tuae testimonio ac sensu. Ne tamen videar regiam istam tuam li-

των τῆς χώρας Φουϊστὰν λαβεῖν, ὅπως δι᾽ αὐτῆς δοξασθήσωμαι ὑπὸ πάσης τῆς συγγενείας μου. καὶ λαβὼν ταύτην καὶ εὐχέμστήσας τῷ βασιλεῖ εἶπεν· εἰς τὸν αἰῶνα ζήσεται ἡ βασιλεία σου, ὅτι ἀπέλαβον τὰς παρ᾽ αὐτῆς δωρηθείσας μοι χάριτας· δεῖ γὰρ τὸν νουνεχῆ ἄνθρωπον εὐχαριστεῖν, ὁπόταν δωρηθήσεται αὐτῷ τι, κἂν ὡς ἄξιος λάβῃ αὐτό. ἐγὼ δὲ εὐχαριστῶ τῇ μεγίστῃ βασιλείᾳ σου, καὶ δέομαι τῷ μεγαλοδώρῳ θεῷ τοῦ ἐν ὑγείᾳ καὶ εὐσταθείᾳ διάγειν αὐτήν. πλὴν μικρᾶς αἰτήσεως χάριν αἰτῶ παρὰ τῆς βασιλείας σου δωρηθῆναί μοι· καὶ αὕτη πρὸς μὲ μεγάλη ἐστὶ καὶ ἔνδοξος. λέγει αὐτῷ ὁ βασιλεύς· αἴτησον, ὅπερ βούλει· καὶ γάρ μοι δεκτέον ἐστὶ τὸ παρά σου αἴτημα, ὁποῖον τυγχάνει, καὶ οὐκ ἀποπεμφθήσῃ, εἰ τῶν ἡμίσεων αὐτῆς μοι τῆς βασιλείας αἰτήσειας· ἄξια γάρ σοι καὶ ταῦτα τυγχάνει, δι᾽ οὕσπερ ὑπέστης κόπους διὰ τὸ πληρωτὴν ἀποδειχθῆναί σε τῆς ἡμετέρας ἐφέσεως. καὶ ὁ Περζουὲ πρὸς αὐτόν· ὁ θεός, βασιλεῦ, ἀξίους ἐπιδώσει σοι τοὺς μισθούς, ὅτι καὶ ἀνάξιον ὄντα με τοιαύτας ἐπαμοίβεις μοι δωρεάς τε καὶ χάριτας. νῦν οὖν μοι καὶ εἰς ἔργον ἀφοσίου τὴν αἴτησιν· προστάξαις καὶ γάρ μου τὸ ὄνομα ἐν ταῖς πίναξι γραφῆναι ταῖς σαῖς παρὰ τοῦ Παρζετζεμχὰρ τοῦ υἱοῦ Πακτακίου, ὅπως τὰ συμβάντα μοι καὶ ἅπερ

---

beralitatem spernere, aut recusare in aere tuo esse, unum ex tuis magnificentissimis admitto donis, volumen pannorum pagi Phuistan, amplum eum vestitum non mihi solum indicatione favoris tui, sed universae quoque cognationi meae ratus fore. Inde cum quam dixi accepisset Perzoes vestem regiam, gratiasque iterum exquisitissimis egisset verbis, cuncta ei prospera faustaque a Deo comprecans, demississime significavit, aliud quidpiam desiderare se a maiestate eius, non difficile nec magnum; quod, si per eum liceret, continuo proponeret. Dicere iussus, subiecit: Cuperem, domine, ut imperare dignareris scriptori tuo regio Pertzetzemchari filio Paschetices, ut eum librum a me delatum ex India persiceque versum, mox, prout

ὑπέστην μὴ λήθῃ τῷ χρόνῳ παραδοθήσεται, ἀλλ᾽ ἐν ταῖς πίναξι τοῦ βιβλίου τούτου τεθήσεσθαι τοῦ Κιλίλε καὶ Δίμνε, ὅπως ἀναφέρωμαι ἐν αὐτοῖς πάντοτε, καὶ μετὰ θάνατόν μου εἰς δόξαν ἔσται ἐμὴν καὶ παντὸς τοῦ γένους μου. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτοῦ, ἐθαύμασαν τὴν τοῦ Περζουὲ νουνεχῆ καὶ ὑψηλὴν θεωρίαν καὶ πῶς ᾐτήσατο δόξαν ἐν τῷ σύμπαντι διαμένουσαν. λέγει οὖν αὐτῷ ὁ βασιλεύς· ἡ αἴτησίς σου πληρωθήσεται ἀκωλύτως, καὶ γὰρ ἄξιον εἶ τοῦ τοιούτου δωρήματος. καὶ εὐθέως ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς προσεκαλέσατο τὸν Παρζετζεμχάρ. καὶ παραγενόμενος, λέγει αὐτῷ ὁ βασιλεύς· σὺ γινώσκεις τὴν τοῦ Περζουὲ πρὸς ἡμᾶς εὐγνωμοσύνην καὶ ὅσους κόπους καὶ μόχθους ὑπέστη διὰ τὴν τοῦ τοιούτου βιβλίου ἀνεύρεσιν καὶ ἡμετέραν θεραπείαν· ἠβουλήθην δὲ καὶ αὐτὸς ἀμείψασθαι αὐτὸν ἐκ τῶν οἰκείων χρημάτων, καὶ οὐκ ἠθέλησεν· ἀλλ᾽ ᾐτήσατο εὔκολον ἀντάμειψιν τοῦ κόπου αὐτοῦ, τοῦ ἀπογραφῆναι αὐτὸν ἐν ταῖς πίναξι

---

iam iussisti, edet in lucem publicam, commemoret in frontem operis nominatim qui sim, unde ortus, cuius sectae ac studii, postremo quantum contentionis in hoc tuo mandato defungendo exhauserim. Eo cognito Perzois voto, rex et proceres generosam eius sapientiam suspexere, qui, opibus ac pecunia contemptis, aeternum decus immortalis gloriae unum intueretur. Quare statim ei rex: Dabitur, ne dubita, quod petis. Iussoque confestim acciri Pertzetzemchari, Vides, ait, hunc Perzoem, nosti eruditionem, modestiam caeterasque laudes eius, nec te fugit quantum in nobis gratificando periculorum aerumnarumque animo invicto subierit; praeterea ut recusarit amplissima praemia, quae ipsi merentissimo decreveramus. Is quoniam vice omnium unum optat, ut libro quem est interpretatus specimen Indorum sapientiae peaebenti, nomen ipsius cum mentione operae circa eum navatae, tum caeterae eius disciplinae ac vitae instituti praefigerentur, volumus illum aequis-

καὶ ἀναφέρεσθαι διὰ παντὸς ἐν αὐτοῖς· ὅθεν καὶ γραφήτω παρά σοι ἐν ἀρχῇ τοῦ βιβλίου καὶ πάνθ᾽ ὅσα πέπραχεν, ἐπαινέσαι τε αὐτὸν κατὰ τὴν ἐνοῦσάν σοι δύναμιν· ἐν γὰρ τῷ ἐγκωμίῳ αὐτοῦ καὶ σὺ οὐκ ἄμοιρος τῇ γραφῇ ἀναφανήσῃ, ἀλλὰ καὶ κοινωνὸς εἰς τὴν τοιαύτην ἀνάμνησιν ἔσῃ. καὶ τελέσας τοῦτο ὑπόμνησον πρὸς ἡμᾶς, ὅπως ἐκκλησιάσαντες τήν τε σύγκλητον καὶ πάντα τὸν λαόν, ἀναγνωσθήσεται εἰς ἐπήκοον πάντων, καὶ γνώσονται τήν τε σοφίαν καὶ σύνεσιν καὶ τὴν παρὰ τῆς βασιλείας μου πρὸς αὐτὸν γεγενημένην εὐεργεσίαν. ἀκούσας δὲ ταῦτα Περζοέ, καὶ ὅτι γε τοιαύτης δόξης τε καὶ τιμῆς τετύχηκε παρὰ τοῦ βασιλέως, προσεκύνησεν ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ μεγάλως εὐχαριστήσας ἐξῆλθεν. ὁ δέ γε Παρζετζεμχὰρ ἤρξατο γράφειν τοῖς πίναξι καὶ ἀντγράφειν πάντα τὰ τοῦ Περζουέ, ἀπό τε τῆς γεννήσεως αὐτοῦ καὶ μαθήσεως καὶ παιδεύ-

---

simi huius voti per te prolixe compotem fieri. Itaque quantum arte facundiaque vales, fac in eo argumento, talique viro prout est dignus exornando, totum expromas; id consecuturus, ut laudem etiam ipse propriam ex alieno reportes encomio, et tantae virtutis dignae commendatae splendor in tuam quoque redundet claritatem. Vade age incumbe in opus sine mora; et simul istum panegyricum elucubraveris, certiores nos fac; placet enim nobis hoc ipso in coetu, quod scripseris ante editionem recitari, ut eosdem qui Perzois industriam ingeniumque dilaudarunt gratae nostrae in eum voluntatis, tuaeque ipsius in nobis obsequendo diligentiae eloquentiaeque testes habeamus. — X. Adorato Pertzetzemchar humillima veneratione rege, facturum se quod praeceperat, recepit; ac Perzoe denuo prolapso ad pedes Chosrois, gratiis iterandis, exindeque venerato senatores ac viros principes caeteros omnes qui aderant, solutus conventus est. At Pertzetzemchar eximio suo ingenio ac facultate scribendi praeclara complexus praescriptum argumentum, orationem elucubravit disertissimam, qua Perzois, ab

σεως, καὶ ἀφ᾽ οὗπερ ἐστάλη παρὰ τοῦ βασιλέως εἰς τὴν Ἰνδίαν, καὶ πάντα τὰ συμβησόμενα αὐτῷ διὰ τὴν τῆς εὑρεθείσης βίβλου ἐξεύρεσιν, ἐπαίνων τε ἀξίων ὡς ἐνὸν παρ᾽ αὐτοῦ συγγραφέντων, ὅπως τε τῶν προσκαίρων πάντων καταφρονητὴν ἀναδειχθέντα, τῶν δὲ μελλόντων ἐπιποθήσαντα. καὶ πάντα πληρώσας ὡς τῷ βασιλεῖ προώριστο, ὑπεμνήσθη αὐτῷ δὴ τῷ βασιλεῖ. καὶ προσκαλεσάμενος ὁ βασιλεὺς τούς τε ἄρχοντας αὐτοῦ καὶ τοὺς τῶν ἐνδόξων σοφοὺς σὺν τῷ Παρζετζεμχάρ, παραγενομένου δὲ καὶ τοῦ Περζουέ, καὶ ἀναγνωσθέντων τῶν γραφέντων ἐπὶ πάντων ἐνώπιον, καὶ περιχαρὴς ὁ βασιλεὺς γενόμενος, καὶ πάντες οἱ παρατυχόντες ἐπὶ τοῖς γραφεῖσι θαυμάσαντες τήν τε γνῶσιν τοῦ Παρζετζεμχάρ, καὶ ὅπως κατὰ τάξιν ἀψευδῆ τὰ τῶν ἐγκωμίων ἐγγέγραπται, καὶ μεγάλως αὐτόν τε ὁ βασιλεὺς καὶ πάντες εὐχαριστήσαντες, προσέταξε δο-

---

ipsis exorsus primis originibus ac crepundiis, genus, ortum, prima studia, mores, artes, sensa, professionem, res gestas, usque ad peregrinationem ipsi mandatam, et felicem reditum ex India, plenissime, ornatissimeque celebravit. Non est apud nos eius operis copia; neque enim illum Arabs interpres quem graece expressimus in versione sua posuit. Possumus tamen eius desiderium aequiori ferre animo, quod materiam ac fere sententiam eius commentarii partim in hac quam ex monumentis hausimus persicis historia deportationis ex India dissertationum harum parabolicarum, partim in praefatione Perzois ipsius quam arabicam nacti graece mox reddemus, reperiet studiosus lector, iisque videlicet contentus, haud magnopere, opinor, quidquam ultra requiret. Convocatis deinde rursus a rege proceribus, ipso quoque accito Perzoe, lectus coram omnibus est Pertzetzemcharis prologus encomiasticus, in quo cum esset cunctis visum, laudatoris eloquentiam laudati virtutibus ac meritis aequa proportione respondere, plausibus uterque celebratus miris, magnum tulerunt industriae suae fructum. Prae

θῆναι αὐτῷ καὶ χάριτας ἀπό τε χρυσίου καὶ λίθων καὶ ὑφασμάτων. ὁ δέ γε Περζουὲ εὐχαριστήσας τὸν Παρζετζεμχὰρ καὶ ἀσπασάμενος τὴν χεῖρα καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ τὸν βασιλέα δοξάσας, ἔφη· εἰς τοὺς αἰῶνας ζῆθι, πλουσιόδωρε βασιλεῦ, ὑπὲρ ὧν ἄρτι τετίμηκας καὶ ἐδόξασά με καὶ ἠξίωσας ἀναφέρεσθαί μου τὸ ὄνομα ἐν τῇ βίβλῳ ταύτῃ μέχρι τῆς στάσεως τοῦδε τοῦ κόσμου, ὅθεν καὶ ἀξιωθείης τυχεῖν τῶν ἀνταμοιβῶν ἔν τε τῷ παρόντι αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· καὶ ζῆθι ἐν πολλαῖς ἔτεσι μετὰ γαλήνης καὶ εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς καὶ ἀγαλλιάσεως· ἡ γὰρ γλῶττά μου ἀγανακτεῖ πρὸς πλείονα εὐχαριστίαν καὶ ἔπαινον τῆς βασιλείας σου. ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μετ᾽ αὐτῆς εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

---

omnibus gavisus et gratulans sibi rex successu qualem optaverat mandatarum a se rerum, pandi thesauros regios iterum iussit, eductisque inde magna vi auri atque gemmarum immensi pretii, tum vestis attalicae speciosissimae numero ingenti, Pertzetzemcharem pro navata fideliter opera muneratus est. Perzoes regis in sese beneficia omni sua etiam praedicandi nedum rependendi facultate longe superiora gratissime professus, votis ab omnipotente rerum Domino institit religiosissimis poscere, ut vices in eo suas supplens, non universis solum vitae mortalis ornamentis ac commodis, sed gloria etiam aeterna tantam eius benignitatem largitatemque coronaret. Pertzetzemchari deinde amplissima tam benevoli officii praecatus item a Deo praemia, consessum denique totum illum amplissimum obsequiosissime veneratus, cunctis ei vicissim, dum assurgitur, gratulantibus, domum sese suam triumphans gaudio et cumulatus gloria recepit.

PROLEGOMENON II.

Ἡ παροῦσα βίβλος συνεγράφη παρὰ Ἰνδῶν ἀπό τε μύθων καὶ παραβολῶν καὶ λόγων ἀνθρώπων γνωστικῶν καὶ σοφῶν· καὶ τὰ αὐτῶν τεχνουργήματα, καὶ πῶς ἐλάλησαν διὰ στόματος τῶν ἀλόγων ζώων καὶ τῶν πετεινῶν, ἐκθέμενοι τὰ τοιαῦτα καλῶς, ὅπως γένωνται τοῖς μὲν σοφοῖς γνῶσις καὶ σύνεσις, τοῖς ἄφροσι δέ, ὡς κἀγώ, γελοῖά τε καὶ παίγνια, τοῖς δὲ νεομαθέσι καὶ νέοις καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι τοῖς βουλομένοις ἐν προθυμίᾳ μανθάνειν καὶ εὐκόλως ταῦτα ἀποστοματίζειν, ὠφέλειά τε καὶ παίδευσις· ἵν᾽ ὅταν τέλειοι γένωνται, ἐκ τῶν τοιούτων παραδειγμάτων κυβερνήσωσιν ἑαυτούς, ὡς οἱ εὑρίσκοντες θησαυροὺς

I. Compositus hic liber est a sapientibus artificioso contextu fabularum ac parabolarum, et excogitatarum et ordinatarum prudenter ad directionem vitae. Locuti autem hic sunt auctores huius operis per ora bestiarum et volucrum, ut lectores cordatos in sententiam arcanam penetrantes, erudirent instituerentque ad recte sibi consulendum; stultis autem puerisque risum moverent, ludique ipsis ac remissionis gratia placerent. Oportet autem cupidos doctrinae omnes, praesertim iuvenes, haec et memoriter ediscere, et crebro efferre recitando, ut posteaquam in aetatem consilii capacem adoleverint, possint latentium sub his praeceptorum ductu guber-

πολὺ τιμιωτέρους, ἢ ὥσπερ ὁ παρὰ γονέως καταλειφθεὶς θησαυρὸς τοῖς παισὶν αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἐνδεεῖς ἔσονται τοῦ λοιποῦ. ἀλλὰ καὶ ἄμοχθοι. ἡ γὰρ ὁδὸς καὶ ῥίζα τῆς διδαχῆς πολυειδής ἐστι καὶ πολύτροπος, καθώσπερ παρὰ τῶν ἐν δυνάμει λόγου τε καὶ σοφίας τῇ γραφῇ παρεδόθη πρὸς ὠφέλειαν πάντων τῶν ἐντυγχανόντων αὐτοῖς· ὅθεν καὶ δέον ἐστὶ τοῖς ἀναγινώσκουσι τήνδε τὴν βίβλον ἐπιγνῶναι καὶ τὴν ἐγκειμένην δύναμιν τῶν ῥημάτων τῶν λόγων αὐτῆς, καὶ μὴ παρέργως καὶ ὡς μυθικὰ παρατρέχειν αὐτά, ἀλλὰ μᾶλλον γινώσκειν ἢ ἀναγινώσκειν· ὁ γὰρ μὴ γινώσκων ἅπερ διὰ χειλέων ἐκφέρηται ῥήματα, καταγινώσκειν ἑαυτὸν δεῖ, ὅτι ζημιοῦται τὸν ἐγκείμενον ἐν τοῖς τοιούτοις νοῦν, καὶ ματαία καὶ ἀνωφελὴς ἡ τοῦ τοιούτου ἀνάγνωσις καὶ διάγνωσις·

---

nare vitam propriam. Et erit haec quaedam ipsis provisa moralis scientiae copia, velut auri, argentique repertus domi cumulus, quem parentes ipsis recondiderint, inveniendum quo tempore opus eo fuerit; quem abscondisse profuit ne diriperetur ab extraneis; nec tamen tam alte defodisse, ut non facile detegeretur in occasione utendi; utique latentem sub involucro non nimis denso, sed pellucido, nec aegre amovibili, signorum, ex operibus et verbis indicantibus quidpiam satis pervium intelligentiae naturali mentis humanae. Ea enim arte multiformis haec scriptio symbolis figurisque omnis generis variegata est a viris sapientissimis eius auctoribus, ut via radixque officii consiliique recti in omni vitae articulo tenendi amoenis ambagibus adumbraretur. — II. Oportet autem legentem hunc librum intelligere non tantum vim intimam verborum, sed etiam causas cur quidque positum ibi sit, percipereque significationem symbolorum, in singulis meditandis satis haerendo, adhibendoque, ubi opus sit, magistri operam: alioqui enim non modo non erit utilis lectio, sed etiam damnosa laborem infructuosum subeunti. Qui sane simile aliquid

καὶ ὁμοιωθήσεται ἀνθρώπῳ, ὃς ἀνελθὼν ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἔν τινι ὄρει, καὶ εὑρὼν ἐκεῖσε μέγιστον σκεῦος χρυσίου καὶ λίθων τιμίων, εἶπεν ἐν ἑαυτῷ· πορεύσομαι, καὶ ἐρωτήσω τινὶ τῶν σοφῶν ἀνθρώπων, πῶς τὸν τοιοῦτον θησαυρὸν καὶ ἐν τίνι τρόπῳ πρὸς τὸν ἐμὸν οἶκον ἀγαγεῖν δυνήσομαι. στραφεὶς δὲ πάλιν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἀφροσύνην καὶ ματαιότητα, ἀναλογισάμενος εἶπεν ἐν ἑαυτῷ· οἵαν ματαιότητα ἐγὼ ὁ ἄνους ἐλογισάμην ποιῆσαι· καὶ γὰρ εἰ οὕτως εἶχον διαπράξασθαι ὁ ἄθλιος, μερίδα εἶχον εἰσπράττεσθαι παρὰ τοῦ ὁδηγήσαντός μοι. πορευθεὶς τοίνυν ὁ τοιοῦτος μωρὸς καὶ ἄπληστος πλεονέκτης, καὶ τῷ ἰδίῳ καὶ ἀναισθήτῳ λογισμῷ μελετήσας, εὗρε τοὺς ἐπὶ τοῖς ὤμοις ἐξ ἔθους βαστάζοντας, καὶ λέγει αὐτοῖς· δεῦτε, ἀγαπητοί, μετ' ἐμοῦ πρὸς ὃν ἐπιφέρω ὑμᾶς τόπον, καὶ λάβετε τὸν μισθὸν τοῦ κόπου ὑμῶν. οἱ δὲ ὠμοφόροι εἶπον αὐτῷ· ὅπου βούλει, πορευσόμεθα. τότε παραλαβὼν ἐκ τῶν τοιούτων ὡσεὶ δέκα ἄνδρας, ἐπορεύθη μετ' αὐτῶν ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ ἦν ὁ θησαυρὸς ἐκεῖνος, ὃν ὁ προρρηθεὶς ἀνούστατος

---

patietur homini stulto, qui cum peregre conscendisset in quemdam montem, et invenisset ibi arcam maximam plenam auro et gemmis pretiosis, dixit apud se: Abiens interrogabo quemdam prudentem virum, et perquiram ex ipso rationem tuto deportandi huius thesauri in domum meam. Quod cum agere coepisset, mox coepti poenitens, O me, inquit, stultum! qui aliquem consulam; nam quem huius arcani participem fecero, is volet thesauri quoque fieri particeps, et pars eius erit illi concedenda. Nonne melius est, ut ego mihi totum servem? Ab hoc consilio stultus ille inexplebili cupiditate illusus vocavit baiulos mercenarios e foro, dixitque illis: Adeste huc, et locate mihi iuxta mercede operam ad portandum haec quo volo. Responderunt illi: Faciemus et ibimus ut iubes. Ipse, delectis decem ex ipsis, duxit eos ad locum ubi erat thesaurus quem invenerat; et aperiens arcam dixit: Adeste amici, et implentes

ἐκεῖνος εὗρεν ἀνήρ. ἀνοίξας αὐτὸν ἔφη αὐτοῖς· δεῦτε, φίλοι, πληρώσατε τοὺς σάκκους ὑμῶν ἐκ τοῦδε τοῦ χρυσίου καὶ τῶν τιμίων λίθων, καὶ βαστάσαντες ἅπαντες κομίσατε ταῦτα πάντα ἐν τῇ τοῦ οἴκου μου εὐρυχωρίᾳ. ταῦτα οἱ ὠμοφόροι παρὰ τοῦ ἀνοήτου ἐκείνου καὶ πλεονέκτου ἀκούσαντες ἐχάρησαν χαρᾷ μεγάλῃ καὶ εἶπον ἐν ἑαυτοῖς· ὦ ἄνδρες σοφώτατοι, εὖ ἂν ἔχοι, καὶ ἡδέως ποιήσομεν ὅπερ προσετάχθημεν. καὶ εὐθέως ἐμπλήσαντες τοὺς σάκκους αὐτῶν ἔκ τε τοῦ χρυσίου καὶ τῶν τιμίων λίθων ἔφησαν τῷ ἀνοήτῳ ἐκείνῳ ἀνδρὶ καὶ πλεονέκτῃ· κύριε, πάνσοφε ἄνερ, εἰ κελεύεις, ἄκουσον τῆς σοφῆς ἡμῶν συμβουλῆς, < ἵνα μὴ ἀπολέσομεν τὸν παρόντα θησαυρόν. > ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἀπεκρίνατο· ἵνα τί μοι τὰ τοιαῦτα οὐ λέγετε; διὰ τοῦτο καὶ γὰρ ὑμᾶς ἐνταῦθα ἤνεγκα, ἵνα μηδὲν ἐξ αὐτῶν ἀπώληται. καὶ λέγουσιν αὐτῷ ἐκεῖνοι· κύριε, μὴ πορευθῶμεν ὁμοῦ πάντες, ἵνα μή τις ἐκ τῶν ὑπερεχόντων ἡμᾶς θεωρήσας κατανοήσῃ ὅτι ταῦτα ἐν τῷ οἴκῳ σου ἐπιφέρομεν, καὶ ἀπολοῦνταιτ αὐτα τὰ ἀγαθὰ †ἐκ τῆς ὑμετέρας σοφίας· ἀλλὰ μᾶλλον εἷς καθ᾽ εἷς πορευθῶμεν ἐν τῷ οἴκῳ σου, σὺ δὲ περιπό-

---

saccos vestros ite in domum meam, et deponite ipsos in vestibulo, ut ibi serventur donec veniam. Ea cum ab insano isto baiuli audissent, dixerunt ipsi: Bene habet, libenter exsequemur quod imperas. Et cum implevissent saccos, rursus ipsi dixerunt: Audi, si lubet, consilium nostrum, ne thesaurum quem invenisti perdas. Quin eius (inquit ille) gratia vocavi vos, ne quid mihi periret ex ipso. Illi dixerunt: Non convenit nos simul ire una omnes, ne quis magistratuum tantam onustorum turbam videns, exquirat quid rei sit; et cognito tantas opes in domum privatam ferri, avertat illas, et in fiscum redigat, auferens a nobis. Melius ergo est ut singuli separatim proficiscamur, nec tu nobiscum sis, sed hic expectes donec revertamur: ibimus enim celerrime, et statim huc redibimus. Probavit stultus consilium baiulorum; at illi

λαξον τὸν τόπον, ὅθεν ἐξῆλθεν ὁ θησαυρὸς μέχρις ἂν πορευθέντες αὖθις πρὸς σὲ μετὰ σπουδῆς ὑποστρέψωμεν. ἤρεσε δὲ αὕτη ἡ βουλὴ τῷ ἀπλήστῳ ἐκείνῳ καὶ πλεονέκτῃ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· καλῶς εἴπατε, καὶ οὕτω γενέσθω. τότε ἄραντες ἕκαστος τὸν σάκκον αὐτοῦ πεπληρωμένον χρυσίου καὶ λίθων τιμίων, ἐπορεύθη ἔνθα ἂν ἠβουλήθη. ἑσπέρας δὲ ἤδη γενομένης, καὶ ὁ μωρὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ στραφεὶς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ μετὰ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης λέγει τῇ γυναικὶ αὐτοῦ· δεῖξόν μοι, ὦ γύναι, ποῦ κατέθηκας τὸ χρυσίον καὶ τοὺς τιμίους λίθους, οὓς οἱ ὠμοφόροι ἐνθάδε προσήνεγκαν, ὅπως ἴδωμεν μή τι ἐξ αὐτῶν ἐνοσφίσαντο. ἡ δὲ γυνὴ ἐν ἐκστάσει γενομένη ἔφη αὐτῷ· καὶ τί ἐστι, κύριε, ὅπερ μοι λαλεῖς; ὁ δὲ ἔφη· ἅπερ ἤκουσας. ἡ δέ· οὔτε ἤκουσα, κύριε, οὔτε τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδον, οὔτε ταῖς χερσί μου ἡψάμην. ὁ δὲ ἀνὴρ αὐτῆς ἔκθαμβος γενόμενος εἶπε πρὸς αὐτήν· μὴ οὐκ ἔστειλά σοι σήμερον μετὰ τῶν ὠμοφόρων πλεῖον ἢ χίλια καὶ μύρια νομίσματα καὶ λίθους πολυτελεῖς; καὶ ἡ γυνή· οὐδαμῶς, κύριέ μου, ἀλλ᾽ ὅσα μοι ἐρεῖς, ἀγνοῶ. ἐκεῖνος δὲ ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῷ γεγονότι ἔγνω ἑαυτὸν ἀπατηθέντα. καὶ

---

tollentes saccos plenos abierunt unusquisque quo libuit, et in domum insani nemo profectus est. Sub vesperam ille (quamquam suboffensus, quod non rediissent, tamen causam morae incidisse aliam, nec sibi damnosam ratus) plenus gaudio domum se referens uxori dicebat: Ostende mihi ubi thesaurus est quem tulerunt baiuli, ut videam ne quid forte subtraxerint. Illa admirans, Quid ais, mi vir, inquit, quid loqueris? Et ille: Haec loquor quae audisti. Illa vero respondit: Equidem audivi, sed nihil horum quae dicis, vidi oculis, aut manibus attigi. Hic ille stupefactus, Nonne, inquit, misi tibi hodie per baiulos circumforaneos plusquam mille talenta auri et lapides pretiosos? Respondit uxor: Nequaquam, domine mi: nullus quidquam attulit. Perculsus casu, et sero sapiens male sanus ille, cognovit tandem se deceptum; habuitque ut prius

οὕτως ὁ τοῦ ἀνοήτου ἐκείνου καὶ πλεονέκτου οἶκος ὑπελείφθη κενός * * * ὥσπερ δὴ καὶ ὁ ἔχων κάρυα, ἐὰν μή κλάσῃ ταῦτα, οὐδέν τι ὠνηθήσεται παρ᾽ αὐτῶν. Ἔσται δὲ πάλιν, ὡς ἄνθρωπός τις ἐζήτει μαθεῖν λέξιν τινά, καὶ ἀπελθὼν πρός τινα τῶν ἑαυτοῦ φίλων ἔχων καὶ κίτρινον χαρτίον, ᾐτήσατο αὐτὸν ὅπως γράψῃ αὐτῷ λέξιν ἀραβικήν. καὶ γράψας δέδωκεν αὐτῷ ταύτην. καὶ λαβὼν ἐκεῖνος τὸ χαρτίον ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἀνεγίνωσκεν αὐτὴν ἀνερμηνεύτως, καὶ ἤρξατο μετὰ τῶν ἀνθρώπων ὁμιλεῖν, οἰόμενος μεμαθηκέναι τὴν λέξιν. καὶ λαλήσας μετ᾽ αὐτῶν ἔσφαλεν. λέγουσιν αὐτῷ· ἔσφαλες, ὦ φίλε. λέγει αὐτοῖς· ἔσφαλε καὶ ὁ κίτρινος χάρτης ὁ ἐν τῷ οἴκῳ μου. διὰ τοῦτο

---

vacuam domum, hoc solum ex thesauri tanti inventione lucratus, ut inutiliter eo die se vexasset. Sic eveniet legenti hunc librum, nisi et attentionem propriam, et alienum consilium adhibeat ad penitus pervidendum quid eo doceatur. — III. Enimvero quid proderit videre superficie tenus signa scripturamque, non penetrando in intimum eorum sensum? non plus sane quam famelico nuces habenti, nec frangenti corticem; hic enim ex ipsis non satiabitur. Idem porro similis erit studioso homini curiose cupienti nosse sententias quas laudari audierit, et eo desiderio pergenti cum charta in manu ad eruditum aliquem, rogantique ipsum, ut in ea charta sibi scribat aliquid ex hisce effatis peregrinae sapientiae: cui ille obsequens scribat in charta prudens aliquod dictum, arabica quidem lingua ignota roganti, litteris tamen quas ipse scit legere. Cum has charta homo abiens, ubi domum venit, cupide legit descriptam sententiam, et apud amicos pronunciat, non intelligens quid dicat; ideoque, quod factu pronum est, in pronunciando errans. Erant inter amicos, quibus se venditabat, quidam arabice docti, qui dixerunt ipsi: Erras, amice, in pronunciando. Quibus ille respondit: Non erro ego, sed errat charta ista quam habeo. Tantum interest

δεῖ τὸν ἀναγινώσκοντα ἵνα γινώσκῃ τὸ ἀναγινωσκόμενον ἀκριβῶς, ὅπως διὰ τῆς γνώσεως αὐτοῦ παιδευθήσεται καὶ συνετὸς γενήσεται. καὶ γὰρ δεῖ τὸν ἄνθρωπον μὴ παραδραμεῖν δύο πράγματα, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτῶν πλεονάσαι, τὴν λέξιν καὶ τὴν τῶν μελλόντων ζήτησιν. ἐρρέθη δὲ ὅτι ἄνθρωπος δεῖται ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ δύο πραγμάτων, τῆς τε γνώσεως καὶ τῆς παιδεύσεως· αὗται γὰρ καθαρίζουσι τὸν νοῦν· καὶ ὥσπερ τὸ ἔλαιον φωτίζει τὸν λύχνον, οὕτω καὶ ἡ παιδεία φωτίζει τὸν ἄνθρωπον καὶ ἡ γνῶσις σώζει αὐτόν· καὶ ὃς ἔχει γνῶσιν καὶ μὴ κατ᾽ αὐτὴν πράξει, ζημιωθήσεται. Λέγεται γὰρ ὡς ἐρρέθη περί τινος ἀνθρώπου, ὅτι ἐν μιᾷ νυκτὶ εἰσῆλθε κλέπτης ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· καὶ ἐξυπνισθεὶς καὶ κατανοήσας αὐτὸν εἶπεν ἐν ἑαυτῷ· ἐάσω τοῦτον, ὅπως συνάξῃ ἅπερ κέκτη-

---

legentem non ignorare, sed plane ac penitus percipere quod legit, ut eruditus lectione proficiat in sapientiam. Duobus enim hisce instructum esse oportet lectorem non inutiliter lecturum, perspicacitate in pervidendo quid in sensu scripti lateat, et providentia in statuendo quo pacto conferre in usum intellecta, occursuris per sequentem vitam occasionibus, debeat ac possit. — IV. Verum effatum sapientum est, egere homines in hac vita duabus rebus, intelligentia ac disciplina, hoc est morum rectitudine in bona operatione sita: his enim simul duabus purgatur mens ; et sicut in lampade oleum et ellychnium coniuncta opera flammam efficiunt alte surgentem lateque illuminantem, sic operatio et scientia in vita hominis laudem eius decusque perficiunt: iisque niti debet, ut et salvus sit et fulgeat, si alterutro careat, damnum aut dedecus passurus. Hoc declaratur exemplo hominis cuius in domum nocte intempesta subrepsit fur ipso sentiente: evigilaverat enim ad strepitum, et ingressum esse furem intellexerat: tamen se callide acturum ratus, dissimulavit se sentisse, ita secum reputans: Sinam istum corradere et convasare quae auferre vult, et cum

μαι, καὶ εὐθέως εἰσπηδήσας κρατήσω αὐτόν. καὶ ἄχρηστον τοῦτον ποιήσομαι. χρονίσας δὲ ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ, ὕπνωσεν· ὁ δε κλέπτης συνάξας ἅπαντα τὸν αὐτοῦ βίον, ἀπέδρασεν. ἀναστὰς δὲ ἀπὸ τοῦ ὕπνου κατεδίκαζεν ἑαυτόν, καὶ ὑπέλαβεν ὅτι ἡ αὐτοῦ γνῶσις εἰς οὐδὲν ἐγένετο διὰ τὸ μὴ προαρπάσαι αὐτὸν τὸν καιρὸν καὶ πρᾶξαι ὅπερ ἠβούλετο πρὸς τὸν κλέπτην. καὶ γὰρ ἡ γνῶσίς ἐστι δένδρον, ἡ δὲ πρᾶξις ὁ καρπός [αὐτῆς]. οὕτω καὶ ὁ ζητῶν τὴν γνῶσιν, ἕνεκεν τῆς ἐξ αὐτῆς ὠφελείας μανθάνει ταύτην· εἰ δὲ μὴ ὠφεληθῇ ἐξ αὐτῆς, μάτην ἐπιζητεῖ αὐτήν. ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπός τις ἰδὼν ἐπίφοβον ὁδόν, καὶ πορευθεὶς ἐν αὐτῇ ἐκινδύνευσεν, οὐχὶ γελασθήσεται, καὶ καταμέμφονται πάντες τὴν μωρίαν αὐτοῦ; ὁμοιοῦται δὲ ἀνθρώπῳ ἀκολουθοῦντι τὸ θέλημα αὐτοῦ καὶ μὴ προσέχοντι τὰ τῆς γνώσεως· ἢ ἀρρώστῳ θεωροῦντι βρώματα, τὰ μὲν βλαβερά, τὰ δὲ ἀβλαβῆ, καὶ νικώμενος ὑπὸ τῆς

---

collectis omnibus in procintu ad exeundum erit, irruam in eum et male mulctabo. Eo consilio perstans in cubili, paulo post iterum obdormiit, interimque fur congestis una omnibus aufugit. Experrectus deinde homo, reque cognita, iuste seipsum damnavit, quod sua notitia non esset usus, ut debuerat. Nimirum cognitio est instar arboris cuius operatio fructus est; itaque ut arbor propter fructum seritur et colitur, ita propter operationem scientiam quaerit qui vere studiosus est, frustra videlicet studendi laborem toleraturus, si eius ipse fructu sese frustretur. Sane si viatori ad iter expedito indicent amici periculis infestam viam esse quam cogitet, obsessam latronibus et insidiis hostium, nonne is irridebitur ab omnibus, si nihilominus ire pergens, spolietur et male vapulet? Dicent enim omnes: Quae meruit patitur: hoc voluit, sciens prudensque in damnum incurrit: stultitiae suae imputet. Similiter homo corpore infirmo cui cum clare notum sit, quinam ipsi cibi prosint, quique noceant, tamen gula praevalente noxiis se in-

ἐπιθυμίας ἐσθίει τὰ βλαβερά, καὶ καταγελᾶται ὑπὸ τῶν εὐφρονούντων. ὡσαύτως καὶ ὁ γνωστικὸς ἄνθρωπος, ὁ γινώσκων τό τε ἀγαθὸν καὶ πονηρόν, καὶ καταλείψας τὸ ἀγαθόν, ποιήσας τὸ πονηρόν, καὶ ὑπὸ τῶν εὐφρονούντων καταγελασθήσεται. καθώσπερ δύο τινὲς περιπατοῦντες, ὁ εἷς τυφλός, ὁ δὲ ἕτερος ὑγιᾶ τὰ ὄμματα κεκτημένος, ἂν ἀμφότεροι εἰς βόθρυον ἐμπεσοῦνται, οὐχὶ μεμφθήσεται ὁ θεωρῶν περισσότερον; καὶ πάλιν ὁ μανθάνων γνῶσιν δι' ἑτέρου ὠφέλειαν ὁμοιοῦται πηγῇ, ἥτις ὠφελεῖ ἑτέρους. ἑαυτὴν δὲ οὔ. καὶ δέον, τὸν ζητοῦντα γνῶσιν, πρῶτον μὲν παραινέσαι ἑαυτόν, εἶθ' οὕτως διδάξαι ἑτέρους· ὁ δὲ φιλόκοσμος, δέον αὐτῷ ἐπικτήσασθαι τρία πράγματα, γνῶσιν, πλοῦτον καὶ προαίρεσιν. ἐρρέθη δὲ ὅτι ὁ ζητῶν πράγματα καὶ μὴ γινώσκων τὴν ὠφέ-

---

gurgitat, nonne, si deinde morbus ingravescat, culpabunt eum omnes, et meritas intemperantiae luere poenas dicent? Talis omnino est vir eruditus bonum a malo discernens, et tamen postposito bono malum praeeligens: et huic enim imputanda omnino erunt quae deinde sequentur damna, nec miseratione, sed reprehensione dignus erit; si enim duo quidam simul incidant in foveam, quorum alter caecus antea fuerit, alter oculo utroque clare videns, utrum quaeso eorum miserabuntur, utrum culpabunt homines? Omnino infelicitati caeci compatientur, videntis stultitiam irridebunt. — V. Qui scientiam acquisivit in utilitatem duntaxat aliorum, nihil ex ea proprii fructus ipse percipiens, similis est terrae quae damno proprio servit hominibus et bestiis, nec quidquam ex iis quae confert in alios iuvatur: par est igitur studiosum doctinae primum quidem seipsum admonere dirigereque ad omnem operationem honestam, deinde autem conferre operam ad alios docendos. Ac in universum consideranti vitae humanae statum, tria mihi videntur inesse oportere homini eleganti et honesto, videlicet scientiam, divitias, et morum exactam disciplinam; qui enim quae-

λειαν αὐτῶν, μάτην κοπιᾷ καὶ ἄφρων καλεῖται· ὅστις δὲ ἀναγινώσκει τὸ βιβλίον τοῦτο καὶ ἀγωνίζεται εἰς τὴν τούτου διδαχὴν καὶ μὴ πράττει κατὰ τὴν γνῶσιν αὐτοῦ, τυφλὸς καλεῖται. καὶ δέον ἐστὶ τὸν συνεχῆ ἄνθρωπον μὴ ζητεῖν βλάβην ἑτέρου πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ὠφέλειαν· ὁ γὰρ ἀθετῶν τὸν ἑαυτοῦ φίλον ζημιωθήσεται καὶ πείσεται ὅπερ ἔπαθεν ἄνθρωπός τις. Ἐρρέθη γὰρ ὅτι δύο σησαμόπρᾶται εἶχον ἀποθήκην μίαν, πλὴν τὸ σησάμιον τοῦ ἑνὸς ἦν κεχωρισμένον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου. καὶ βουληθεὶς ὁ εἷς κλέψαι τὸ τοῦ ἑτέρου σησάμιον, ἔλαβε σινδόνα καὶ ἐσκέπασεν αὐτό· ἀπῆλθεν δὲ πρὸς ἕτερον φίλον αὐτοῦ καὶ εἶπεν· βούλομαι κλέψαι τὸ τοῦ κοινωνοῦ μου σησάμιον. ἑσπέρας δὲ φθασάσης,

---

rit pecunias nesciens rectum earum usum, frustra laborat, et stultus vocatur; qui autem hunc librum legerit, et praecepta quae in eo traduntur non perceperit, atque in usum observando redegerit, per socordiam desidiamque, caecus hic iure vocabitur. Est et illud magnopere vitandum, ne sic utatur doctus in suam utilitatem scientia, ut alteri damnum creet in proprium quaestum; alioqui circumvenire amicum isto modo studens, patietur quod sesami venditori contigit. Aiunt enim sesami venditores fuisse duos una uti solitos apotheca, cuius in diversis angulis sui separatim cuiusque ipsorum acervi stabant eius pretiosae frugis. Erat autem duorum alter homo vafer et subdolus, qui adiecto cupiditatis oculo in partem socii, decrevit ex ea furari ; adornavitque fraudem in hunc modum. Venit per diem, quando sine suspicione poterat, in commune horreum et super acervum sui socii linteum expandit. Id ea causa faciebat, ut isto signo superiectae telae, per tenebras inter noscere posset alienum cumulum a proprio. Sub haec re tota cuidam amico communicata, cuius adiutrice opera in furto faciendo uti volebat, procinctus ad scelus cum eo stabat horam aptam expectans. Interim autem socius ipsius, homo in-

ἐλθὼν ὁ κοινωνὸς καὶ ἰδὼν τὸν ἴδιον σήσαμον ἐσκεπασμένον τῇ σινδόνι τοῦ κοινωνοῦ αὐτοῦ, εἶπεν ἐν ἑαυτῷ ἀγαθὸς ὤν· ἴδε πόσον ἀγαθὸν ὁ συγκοινωνός μου καλῶς διατεθεὶς τὴν σήμερον ἐποιήσατό μοι σκεπάσας τὸν ἡμέτερον σήσαμον, τὸν δὲ ἴδιον ἀμελήσας· ἀλλ' ἄξιόν ἐστι κἀμὲ ἆραι τὴν σινδόνα αὐτοῦ καὶ σκεπάσαι τὸν αὐτοῦ σήσαμον. καὶ λαβὼν τὴν σινδόνα ἐσκέπασεν αὐτόν. ὁ δὲ τὸν δόλον μέλλων ποιῆσαι, ἐλθὼν μετὰ τοῦ φίλου αὐτοῦ νυκτός, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν ἀποθήκην, ἤρξατο καταψηλαφᾶν, ὅπως εὕρῃ τὴν ἰδίαν σήσαμον ἐσκεπασμένην τῇ σινδόνι· ὡς ἐδόκει ταύτην καταλιπεῖν, καὶ κλέψας τὸν ἴδιον σήσαμον, ἔδωκε τὸ μὲν ἥμισυ πρὸς τὸν φίλον αὐτοῦ, τὸ δὲ ἕτερον ἥμισυ αὐτὸς ἐπεβάστασε. πρωΐας δὲ ἤδη γενομένης, ἐλθὼν μετὰ τοῦ συντρόφου αὐτοῦ εἰς τὴν ἀποθήκην, καὶ ἰδὼν ὅτι τὸν ἴδιον σήσαμον ἔκλεψε, καὶ

---

nocens et iustus, forte ingressus apothecam, ubi observavit suum acervum syndone coopertum, quam collegae sui sciebat esse, En, inquit, quam bonum et beneficum socium habeo! contexit meas fruges proprio linteo, ne quid detrimenti acciperent, proprias expositas fortuitis casibus reliquit. Atqui haud equidem committam, ut me ille benignitate superaverit: consulam et ego indemnitati rerum eius, ultro adito periculo mearum. Haec dicens suo sesamo abstractam sesamo sui socii imposuit syndonem, atque ita recessit. Irrepsit deinde fur per noctem in horreum una cum eo, quem sibi paraverat, adiutore; ac manu palpans in tenebris ubi contrectavit syndonem, indicio eius signi credens sesamum sindoni suppositum pertinere ad suum socium, ex eo haud parce sumpsit; onustusque domum se recipit cum suo subadiuva, cui mercedem collatae operae dimidium ablati sesami donavit, nesciens de suo se furatum. Prostridie dissimulans egregie nocturnam fraudem cum nihil male suspicante socio ingreditur horreum; visoque ibi linteo expanso supra proprium acervum, intellectaque ex officiose

πενθήσας, ἐν θλίψει πολλῇ περιέπεσε, γνοὺς ὅτι ὅπερ ἔλαβεν ὁ φίλος αὐτοῦ οὐκ ἀντιστρέφεται παρ' αὐτοῦ· καὶ γὰρ οὐκ ἠδυνήθη φανερῶσαι αὐτό, ἵνα μὴ γένηται χεῖρον. Καὶ δέον, τὸν ζητοῦντα καὶ ἐπιχειροῦντα περί τινος πράγματος μὴ πρότερον τούτου ἐφάπτεσθαι, πρὶν ἂν τὸ τέλος τοῦδε ὁρᾶν ὁποῖόν ἐστιν· ὁ δὲ μὴ ἐπιστάμενος, ἀλλ' ἀπερισκέπτως ἐμπίπτων τοῖς πράγμασι, πολλὰ μὲν κοπιάσει, εἰς οὐδὲν δὲ ὠφεληθήσεται. καὶ οὐδεὶς δύναται πλουτῆσαι, εἰ μὴ μετὰ μόχθου πολλοῦ· οὐδὲ πάλιν ἀπελπίσαι ἀπὸ πραγμάτων εὑρισκομένων καὶ δυναμένων γενέσθαι· καὶ πρὸ πάντων δέον αὐτῷ τοῦ φροντίζειν τὰ τῶν αἰωνίων καὶ μὴ τῶν προσκαίρων. ἐρρέθη γὰρ ὅτι δύο πράγματα κοσμίζουσι τὸν ἄνθρωπον, ὁ πλοῦτος καὶ ἡ παιδεία· ἐὰν δέ τι τῶν τοιούτων ἐκπεσεῖται, ἔοικεν ἄνευ ξύλου πῦρ ἅπτειν· καὶ γὰρ πολλοί εἰσιν οἱ ἀπροσδοκήτως πλού-

---

referente collega mutationis causa, ingenti perculsus dolore est, sero videlicet sentiens, se dum improbe quaestum studet facere, damnum subiisse; quod enim adiutori furti dederat, sibi periisse videbat irreparabiliter. Siquidem ne ab eo repeteret, obstabat metus totius maleficii vulgandi, indeque in poenas incurrendi praescriptas legibus. Oportet igitur eum qui aliquid aggreditur, providere finem illius coepti; qui vero negotium incipit cuius finem non prospexit, multum laborabit, et nihil lucrabitur; nemo enim ditescere potest sine magno labore. — VI. Rursus neque oportet desperare de negotiis et successu rerum; cum magna in iis casuum varietas versetur: et quod non est, inopinato possit repraesentari. Ante omnia vero curare oportet aeterna, non autem in transitoriis solicitudinem consumere. Redeo iam ad duo illa ex tribus quae memoravi homini absolvendo necessaria, opes videlicet et morum disciplinam: ea talia sunt, ut utrum ex ipsis desit, existere vitae felicis absolutio non possit; sic enim se habent invicem, ut ignis et ligna; non valente durare et lucere flamma sine ma-

του τυγχάνοντας. Καὶ γὰρ ἐρρέθη περί τινος ἀνθρώπου πένητος λίαν ὥστε μὴ ἔχοντος κἂν σκέπην ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ. ἀπελθὼν οὖν πρὸς τοὺς φίλους αὐτοῦ ᾐτήσατο αὐτοῖς ἔνδυμα, καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ· καὶ ὑποστρέψας ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ γυμνὸς πεσὼν ἐκοιμήθη. εἶχε δὲ ὑποκάτω τοῦ κοιτῶνος αὐτοῦ πίθον ἔχοντα σῖτον οὐκ ὀλίγον. ἐν δὲ τῇ νυκτὶ εἰσῆλθε κλέπτης τις, καὶ μὴ εὑρὼν ἆραί τι, λέγει ἐν ἑαυτῷ· πῶς ἐξέλθω κενός, κἂν τὸν σῖτον ἐκ τοῦ πίθου λαβεῖν ἔχω; καὶ ἐκδυσάμενος τὸν χιτῶνα αὐτοῦ, < ἐγέμησεν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ σίτου, καὶ ἄρας τοῦ βαστάσαι αὐτόν, > εἰσεπήδησεν ὁ οἰκοκύριος, καὶ διώξας αὐτὸν γυμνὸν ὄντα καὶ τύψας αὐτόν, ἔλαβε τὸν χιτῶνα αὐτοῦ καὶ ἐνεδύσατο αὐτόν, τὸν δὲ σῖτον ὑπέστρεψεν εἰς τὸν πίθον αὐτοῦ.

* * *

---

teria. Haec qui observaverit, et ad hanc doctrinam vitam exegerit, multum percipiet utilitatis. Ideo autem dixi non esse desperandum in angustiis inopiae, quia divitias multi nanciscuntur improviso. Exemplo sit casus qui narratur cuiusdam pauperis eo egestatis redacti, ut ne vestem quidem haberet qua nuditatem tegeret: ivit ille ad amicos et subsidium quaesivit extremae illi suae necessitati; sed frustra id fecit; nemo illi aut voluit aut potuit succurrere. Revertit ergo nudus, ut venerat, domum, et aegro animo in suo lectulo decubuit. Habebat autem sub leclulo dolium, cui frumentum inerat, quo ad victum utebatur. Nocte porro illa ingressus fur in eius domum, cum nihil invenisset quod raperet aliud, et vacuus redire nollet, dolium extraxit quod erat sub lecto dormientis pauperis, ac saccum non habens, vestem exuit, in eamque frumenti quantum capere potuit evolvit: tunc dedit se in fugam frumentum auferens. At pauper evigilans in tempore, exilit e lecto nudus persequiturque furem, brevique assecutus male

mulctatum abiecta veste cum frumento fugere compulit: ita pauper vestem nactus est qua egebat, et frumentum in dolio reposuit in quo erat prius, didicitque minime desperandum in angustiis, expertus, quae non acceperat ab amicis, se a fure et hoste assecutum; cuius etiam ex casu intellexit, non esse aggrediendum negotium cuius exploratus non sit exitus. — VII. Haec tamen non eo pertinent ut fiducia casuum huiusmodi fortuitorum remittere industriam, omittereque conatum debeamus. Haerendum est enim in eo quod plerumque sit; solet autem invenire qui quaerit. Quocirca etsi aliquando videris aliquem invenisse, licet non quaereret, ne tali casui tamquam tibi quoque eventuro confidas, neve recedas a communi usu regulaque, demostrante sic fere fieri solere, ut ii demum inveniant qui quaerunt. Naturam ergo rerum et negotiorum perscrutari oportet, explorareque diligenter, comparatis differentiis eventuum; ex eaque comparatione ratiocinando inferre qua via grassari ad quodque assequendum oporteat; ut et ex bonis quae contingunt industriae prudenter operanti, intelligamus quid et qua via persequendum sit, et ex malis in quae delabuntur temerarii aggressores, agnoscamus quid vitari conveniat, ne in similia damna incurramus: nisi enim ita fecerimus, similes erimus columbae quae licet viderit pullos suos occidi coram se, non deserit locum ubi nidificaverat, sed rursus in eodem ova ponit, iisque incubat, donec et ipsa capta mactetur. Decet igitur hominem intuentem scopum, viam ad eum rectam eligere, sibique terminos praefigere, ultra quos non evagetur, curaque vigili in uso ac tractatu negotiorum excubare, praetereaque scire, omnem hominem qui labore atque industria contendens in futurum consulit, commode victurum; qui vero praesentem tantum et labilem utilitatem laboribus suis captat, in miseriam lapsurum; porro qui in utroque contenderit, sic praesentem fructum captans, ut futuram quoque

utilitatem procurare non desinat, eum et vitae commodis non cariturum, et laudem, gloriamque adepturum. — VIII. Effatum et hoc sapientium est, tria tenenda homini esse. Primum ut fidem suam custodiat: deinde ut sibi perquirat necessarium alimentum: denique ut recte cum hominibus conversetur. Dixerunt etiam iidem: Hominem desidem et supine securum, temere credentem rationibus male cohaerentibus, quarum connexionem mens eius ipsa non capiat, similem esse homini voluntate propria duce in rebus quae agit vice intellectus, utenti, persuadentique sibi quae ipsi placent, etsi a vero aliena ea sint. Minime autem decet prudentem virum obsequi suae voluntati, praesertim cum offensione aliorum; neque leviter credere sermonibus hominum, utcumque veraces ipsi videantur, nisi ratio in dictis eluceat. Quod si qui loquuntur ignavi ac negligentes appareant, diligenter cavendum, ne in aestimatione negotiorum occurrentium, atque in rerum gerendarum notitia informanda testimoniis talium innitamur. Praeter ista sapiens monitum est: Qui studiose satagit in conatu rei quae fieri non potest, et inconsulto ruit impetu in metam non contiguam humanae facultati, similis est currenti extra viam, tanto largius aberraturo, quanto velocius contenderit: comparari etiam potest homini cui cum forte festuca intra oculum inciderit, pergit eum confricare, quoad excaecetur. Illud quoque habere alte infixum menti convenit hominem cordatum, volvi certa lege vices mutuas, et verissime passurum eadem unumquemque quae fecerit; itaque attendere sibi ipsi debere qui laedere alium parat; statuereque omnino futurum, ut par ipsi referatur: unde manifestum est, eum qui amicum contristare non dubitat ingrato facto, sibi nocere ipsi, et in caput proprium pestem accersere. Extremum huius praefationis praeceptum esto: Qui accedit ad huius libri lectionem, non cursim praetervehitor; sed lente ac meditabunde perpendito singula:

nam considerando et profunde penetrando, latens sub symbolis eruetur, et in fructum prodibit, utilitas. Haec habuimus in antecessum suggerenda, quibus velut initiaremus iam a vestibulo ingressuros in cognitionem huius operis; quod cum viderimus tanti habitum a Persis ut illud ex indico idiomate in suum persicum trasferrent, nos quoque elaborandum putavimus, ut nostra opera Graeci nostrates illud cognoscerent: haecque illi velut quaedam praeludia praetexuimus, quibus ad facilius percipiendam ex eo utilitatem praeparentur lectores.

PROLEGOMENON III.

Εἶπεν ὁ Περζοηέ, ὁ πρῶτος ἰατρὸς τῆς Περσίας, ὁ μεταβαλὼν τὴν ἑρμηνείαν τῆς βίβλου ταύτης ἀπὸ τῆς ἰνδικῆς γλώττης εἰς τὴν περσικήν, ὅτι ὁ πατήρ μου ἐκ τῶν ἐπισήμων ἀνθρώπων ἦν καὶ πολεμιστῶν, ἡ δὲ μήτηρ μου ἐκ τῶν θυγατέρων τῶν μεγάλων σατράπων· καὶ διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ ἤμην παρ᾽ αὐτῆς ἀγαπώμενος, καὶ προεῖχον ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς μου. παρεδόθη δὲ παρ᾽ αὐτῶν τοῦ μανθάνειν τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην· ταύτην δὲ διελθὼν καὶ κατωρθωκὼς ἐν ἑπτὰ ἔτεσι, καὶ θαρρήσας ὅτι μεμάθηκα, εἶπον πρὸς ἐμαυτόν·

I. Dixit Perzoes princepes medicorum apud Persas, qui et hunc librum ex indico idiomate in Persarum liguam transtulit: dixit autem de se ipso quae sibi a puero contigerint, quibus disciplinis informatus fuerit, quidve boni fecerit in vita, exercens medicam artem post suum ex Indis ad Persas reditum; et ut honoratus fuerit a rege Chosroe; dixit autem sic: Fuit pater meus ex illustribus militibus, mater vero mea ex filiabus magnorum et praestantium satraparum: et gratia Dei nostri fui ab ipsis amatus et honoratus supra omnes fratres meos, traditus autem magistro sum ut discerem artem grammaticam, cuius partes omnes percurri comprehendique septem annis; et iam existimans percepisse me satis elementa illa prima, dixi

τέσσαρα πράγματα διώκουσι πάντες ἄνθρωποι, καὶ δεῖ με διακρίνειν ταῦτα καὶ ζητήσειν τὸ κρεῖττον. καὶ ταῦτα συνθέμενος τῷ ἰδίῳ λογισμῷ, ἐνενόησα εἶναι ταῦτα, ὅ τε πλοῦτος, αἱ ἡδοναί, ἡ ἐξουσία, καὶ τὸ ἔσχατον ὁ μισθός, ὃς καὶ διὰ τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης καταλαμβάνεται, ἣν δή τινα τῶν ἄλλων προέκρινα, διὸ καὶ ἐπαινετή ἐστι παρὰ τοῖς ἐχέφροσι καὶ τετιμημένη παρὰ πάσης θρησκείας. εὑρὼν δὲ ἐν τοῖς ἰατρικοῖς βιβλίοις, ὅτι ἀξιέπαινός ἐστι ὁ ζητῶν ταύτην τὴν ἐπιστήμην, οὐχὶ διὰ τὸν πρόσκαιρον μισθόν, ἀλλὰ διὰ τὸν αἰώνιον, μήπως ἔσομαι ὥσπερ ὁ ἔμπορος ὁ ζημιωθείς, ὃς ἔδωκεν ὑάκινθον δι' οὗ ἠδύνατο πλουτῆσαι καὶ ἔλαβε χάντρον μηδενὸς ἀξιούμενον· εὑρὼν δὲ πά-

---

ad me ipsum: Quatuor, ut video, res sunt, quas omnes homines sequuntur studentes adipisci; eas singillatim considerare me oportet, perpendereque, ac discernere unamquamque, sicque constituere quae sit optima, ut illam persequar; sunt ergo illae quatuor res: Prima opulentia, altera voluptas, tertia potestas, postrema merces sive praemium operae. Et quidem quod ad mercedem attinet, huius amplae et copiosae magnam spem ostentabat professio artis medicae; nam illam iam elegeram caeteris praeferens, eo quod laudari illam a prudentibus omnibus viderem, et apud cunctos aeque omnis sectae ac religionis homines in honore esse. Reperiebam autem in libris medicinae scientiam tradentibus, laudabilem in primis esse qui medendi facultatem comparare sibi studeat, propterea quod eam affectet artem cui quotidiana proveniat merces: eo persuasus, et hac spe illectus, istam professionem cunctis aliis praetuli: non utique propter temporariam mercedem, sed propter aeternam; ne forte similis sim mercatori damnoso, qui habens hyacintum ingentis pretii, quo uno potuerat dives fieri, permutavit illum grano mali punici ad nihil utili. Comperi rursus quaerenti per istam professio-

λιν, ὅτι ὁ ζητῶν διὰ ταύτης τῆς ἐπιστήμης τὸν αἰώνιον, οὐκ ἐκλείψει αὐτῷ τι τῶν προσκαίρων, οὔτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ δηλονότι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι, ἀλλ᾽ ἔσται ὡς ὁ γεωργὸς ὁ καθαίρων τὴν ἑαυτοῦ γῆν, οὐχὶ διὰ τὸν χόρτον, ἀλλὰ διὰ τὸν καρπόν· καὶ εὐθέως ἠρξάμην εἰς τὴν τῶν ἀσθενούντων ἐπιμέλειαν ἕνεκεν τοῦ αἰωνίου μισθοῦ, καὶ τοὺς μὲν ἰάτρευον δι᾽ οἰκείων χειρῶν, τοὺς δὲ διὰ λόγων καὶ ἐπιτάξεων, παρέχων αὐτοῖς τὰ δέοντα καὶ μὴ ζητῶν ἐν τούτῳ παρά τινος μισθόν, εἰ μὴ ἔπαινον παρὰ τοῖς ὁμοίοις μου ἢ τοῖς ἐνδοξωτέροις καὶ πλουσιωτέροις, καὶ τοῦ εἶναι ἀγαθὸν ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ. ἐπιθυμήσασα δὲ ἡ ψυχή μου τὰ πρόσκαιρα, φιλονεικῶν παρῄνεσα λέγων αὐτῇ· οὐκ οἶδας, ὦ ψυχή, τὰ βλάπτοντα καὶ ὠφελοῦντα; οὐκ ἀποδιδράσκεις ἀπὸ πραγμάτων, ὧν οἱ ἔχοντες οὐ χαίρονται ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ μόνον κόπους ἔχουσι

---

nem mercedem aeternam, non defuturum quidquam neque in hoc saeculo neque in futuro: sed eventurum ipsi idem quod agricolae purganti diligenter agrum suum et strenue colenti, cui cum et foenum et triticum inde proveniat, non tamen ille propter foenum laboravit, sed propter triticum. Coepi ergo statim curare infirmos propter mercedem aeternam, et medicabar quosdam quidem chirurgica opera propriis manibus; aliis verbo praescribebam, praeberi iubens medicamenta convenientia, nec quaerebam mercedem aliam a quoquam, nisi laudem a similibus mei, aut etiam clarioribus, et magis honoratis, magisque opulentis; nihil expectans aut captans aliud, nisi ut ab ipsis vir bonus verbo et opere haberer. — II. Concupiscebat autem anima mea res labiles ac fluxas: ego autem in contrarium nitens admonebam ipsam: Non intellegis, inquiens, o anima, futura ea esse quae vere prosunt, non ista praesentia. Quousque non fugis humiles hasce reculas quae gaudium verum suis possessoribus non afferunt, sed iis potius graves incutiunt dolores, molestiasque ac tribulationes creant, non evita-

καὶ θλίψεις μεγάλας εἰς τὴν τούτων ὑποχώρησιν καὶ τὸ τελευταῖον κόλασιν αἰώνιον; ψυχή, οὐ μέμνησαι τῶν αἰωνίων; οὐκ αἰσχύνει συγκοινωνεῖν τοῖς μωροῖς καὶ ἄφροσιν ἐν ἀγάπῃ τοῦ βίου τούτου τοῦ φθειρομένου; ὁ γὰρ ἔχων ἐκ τοῦ κόσμου τοῦ ματαίου τούτου τι, οὐκ ἔστιν αὐτοῦ, οὔτε μένει αὐτοῦ· καὶ γὰρ οἱ μωροί, ὡς κἀγώ, διώκουσι ταῦτα καὶ φιλοῦσι. ψυχή, φεῦγε τὰ πρόσκαιρα καὶ ζήτει τὰ αἰώνια, καὶ αὐτάρκως ἔχου τῇ ἀναγκαίᾳ τροφῇ, καὶ βασίλευε ἐπ᾿ ἔργων ἀγαθῶν ὅσον δύνασαι, καὶ μὴ φιλήσεις τὰ πρόσκαιρα. μνήσθητι δὲ τὴν τοῦ σώματός σου σύστασιν καὶ τὰ αὐτῷ συμβαίνοντα πάντα, καὶ ὅτι ἐκ τεσσάρων στοιχείων ἤτοι χυμῶν ἐναντίως ἐχομένων συνίσταται τὸ πήλινον τοῦτο σῶμα· τῶν δὲ χυμῶν ἡ σύστασίς ἐστι ἡ ζωή· ἡ δὲ ζωὴ παρατρέχουσα, καὶ ὥσπερ ξόανον †πολυόρμητόν ἐστι κρατούμενον ὑπὸ ἥλων· ἀνασπασθέντων δὲ τῶν ἥλων καταλύεται τὸ ξόανον· ψηχή, μὴ πλα-

---

bili subductione sui; ad extremum autem suppliciis eos subiiciunt aeternis? cur o anima mea non recordaris aeternorum? non te pudet communicare cum stulto, in amore vitae huius corruptibilis? nam qui ex hoc vano mundo aliquid habet apud se, tantumdem est ac si habeat omnino nihil; haec enim vilia et nihili, stulti (qualis ego sum) persequuntur et amant. Quousque non fugies momentanea? non quaeres sempiterna? non parvo eris contenta in necessario alimento? non imperabis tibi in strenua exhibitione bonorum operum, contendendo in his quantum poteris? Memento porro compositionis tui corporis, et quibus illud casibus sit obnoxium: recordare luteum istud vas conflatum esse ex quatuor humoribus inter sese pugnantibus, quorum illud ipsum certamen vita humana est; quae quidem vita cito praeterit, quippe similis statuae compactilis ex multis partibus inter sese commissis per clavos infixos, quibus avulsis solvitur statua; sic se habet humanum corpus temperie coagmentatum quadam, quae simul defluxit, ipsum

νηθῇς ἐν τῇ τῶν φίλων συνοδίᾳ, μήτε ἀγωνισθῇς ἐν ὅλῳ σου τῷ βίῳ ἐν τῇ τῶν νέων συναυλίᾳ μετ᾽ αὐτῶν· ἡ γὰρ τούτων συνοδία μικρὸν μὲν εὐφραίνει, πολὺ δὲ λυπεῖ· τὸ δὲ τέλος αὐτῶν, ἔχθρας χωρισμός. καὶ ἔσῃ ὥσπερ κοχλάριον, δι᾽ οὗ γνωρίζεται τῶν βρωμάτων ἠπιότης, ὅταν δὲ θλασθῇ, καίουσιν αὐτό. Ψυχή, μὴ ἀπολέσῃς σαυτὴν εἰς τὸ συνάξαι χρήματα διὰ τὴν τῶν συγγενῶν καὶ ἀδελφῶν θεραπείαν· καὶ ἔσῃ ὥσπερ ὃν πλανήσει ὁ πλοῦτος καὶ ἡ δόξα ἡ ἐπαίνουσα τὸν ἄνθρωπον, καὶ σκοτιζόμενος οὐ γινώσκει τὴν αὐτοῦ ἀτιμίαν, εἰ μὴ ὅταν ἀποχωρισθῇ ἐξ αὐτῆς· καθὼς καὶ αἱ τῆς κεφαλῆς τρίχαι, ὅταν μὲν

---

remanet mortuum. Noli errare, nec imponi tibi sinas, o anima mea, quasi magnum vitae bonum, et pro quo certare ad extremum dignum sit, repositum videri debeat in consuetudine tutelaque gravium et potentium amicorum, in iucundo contubernio, et confabulatione elegantium adolescentum; nam horum omnium frequentia modicum gaudii, multum doloris creat; imo plerumque in odium et bellum desinit. Quod ita esse, ubi te ausam experiri eventus docuerit, profecto icta damno improsperi successus, succensebis isti experientiae; similiterque facies ut qui usi cochleari ad sapores probandos iusculorum aut sorbitionum oblatarum, si cuiuspiam eorum amarities linguam momorderit, aversabundi et offensi corrugato naso, etiam instrumentum quo liquor exosus illatus ori est, iracunde confractum in ignem abiiciunt. Cave crucies ac perdas te ipsam solicita et periculosa corrasione pecuniarum in gratiam cognatorum ac fratrum tuorum quos ditare damnis et aerumnis tuis studeas; idem passa quod thus aut thymiama, quae ut alios odore iuvent in igne sese consumunt, in fumos evanescentia. Anima mea, ne te decipiat falsus splendor divitiarum et gloriae: harum enim vanitatem nemo intelligit nisi cum fuerit ab iis separatus. Similes quippe sunt capillis, qui quam-

εἰσι ἐν αὐτῇ, τιμῶνται, ὅταν δὲ ἀποχωρισθῶσι ταύτης, βδελύσσονται. Ψυχή, ἐπιμελοῦ εἰς τὰς τῶν ἀσθενῶν ἰατρείας, καὶ μὴ εἴπῃς ὅτι πολλὴ ἔξοδός ἐστι, καὶ οἱ πλείονες τῶν ἀνθρώπων ἀγνοοῦσι τὴν ταύτης ὠφέλειαν· ἀλλ' ὁμοιώθητι ἀνθρώπῳ σώζοντι ἕτερον ἐξ ἀνάγκης καὶ ἐξαιρουμένῳ αὐτὸν ἐξ αὐτῆς καὶ τρέφοντι αὐτὸν ἐν τῇ αὐτοῦ εὐημερίᾳ καὶ ζωῇ, ἵνα δι' αὐτοῦ ἀπολάβῃ τῶν αἰωνίων ἐκείνων. καὶ ἐπεὶ οὗτος τοσοῦτον μισθὸν ἐλπίζει δι' ἑνὸς καὶ μόνου εὐεργεσίαν, πόσον μᾶλλον ὁ τοὺς ἀναριθμήτους ἀνθρώπους ἰατρεύων, τοὺς ὄντας ἐπ' ἀσθενείας ἐπικινδύνους καὶ δοκοῦντας ἀποχωρισθῆναι τοῦ κόσμου καὶ τῆς αὐτοῦ ἡδονῆς, τῆς τε συζυγίας καὶ τέκνων καὶ τῶν λοιπῶν — καὶ στρέ-

---

diu haerent capiti cum eo honorantur: si avulsi aut refecti fuerint, ut sordes abiiciuntur ac conculcantur. Attende, anima mea, cum sedulitate medicandis infirmis: nec dicas, functionem eam esse magni laboris gravisque dispendii, cuique non respondeat a gratitudine servatorum merces idonea, eo quod plerique hominum vim et usum artis medicae non intelligant, casuique aut naturae imputent eius effectus. Tu vero imitata heroas qui pretium servati hominis aliud non curant quam gloriam quae isti facto inest, sic debes statuere, abunde te remuneratam eo ipso quod calamitate miseros levaveris, quod aegros mortis faucibus ereptos incolumitati ac felicitati reddideris; nam horum quos dixi fortitudinis heroicae fama celebrium virorum ea opinio est, bene quantavis contentione ac aerumna, cruore quinetiam large per vulnera effuso, emi civis vel unius vitam ab extremo discrimine recepti, restitutique patria: quanto maius erit decus professionis et functionis huius tuae proprium, qua non unum aut alterum, sed innumerabiles homines exitio grassantium morborum quotidiano ministerio subtractos, vitae ac reipublicae, uxori liberisque repraesentas incolumes; cui merito cum deesse non possit

φοντες αὐτοὺς εἰς εὐρωστίαν, οὐχὶ διὰ τούτων ἐλπίζειν πλείονα τὸν μισθὸν ἀπολαβεῖν ἐν τῷ μέλλοντι; Ψυχή, μὴ προσκολληθῇς τῶν προσκαίρων καὶ μακρυνθῇς τῶν αἰωνίων, μηδὲ προκρίνῃς τὰ μικρὰ ὑπὲρ τῶν μειζόνων, καὶ μὴ διαπράσσῃ τὰ πολύτιμα ἐν ὀλίγῃ τιμῇ· ὥσπερ ἔμπορός τις εἶχεν ἀποθήκην δαμάσκηνα, καὶ εἶπεν ἐν ἑαυτῷ· ἐὰν πράσω αὐτὰ διὰ ζυγίου, κόπον πολὺν παρέξω ἐμαυτῷ. καὶ πέπραχεν αὐτὰ ἄνευ ζυγίου εἰς μικρὰν τιμήν, καὶ ἄφρων ἐφάνη. καὶ παραινέσας τὴν ἐμαυτοῦ ψυχήν, οὐκ εἶχε ποῦ δρᾶσαι ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλὰ πεισθεῖσα τοῖς λόγοις ἀπηλλοτριώθη τῶν τοιούτων. καὶ ἠρξάμην ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἀσθενούντων, ζητῶν τὸν αἰώνιον μισθόν· καὶ σὺν πᾶσι τούτοις οὐκ ἐστερήθην τὴν πρόσκαιρον δόξαν καὶ τιμὴν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι πρὸ

---

famae ac laudis aeternae praeconium, nimium avarus sis, si mercedem eius aliam quaerendam putes. Anima mea ne adhaereas fugacibus; ne insistas nutantibus; ne praeferas parva magnis; ne modico aestimes pretiosissima; similis mercatori qui plenam habens apothecam serici damasceni, suggerentem sibi desidiam audivit: Heu quantus labor erit tantam istam panni molem minutatim per libras ulnasque distrahere! Moxque citra pondus ac mensuram licitatori massam totam vilissimo addixit pretio; stultus inde iudicatus. Haec mihi disserenti apud animam meam, non habens illa quod verisimiliter opponeret, cessit tandem, persuasaque transiit in sententiam monentis, absistens a cupiditatibus et vanis spebus: coepique tranquillus exinde agere meum negotium iuvandi languentes, solo intuitu gloriae aeternae. — III. Caeterum sic agens, et aeterna quaerens sola, non tamen temporariis carui; quin horum quoque benigna mihi sese sponte copia ingessit. Opum, inquam, existimationis, dignitatis e gratia regum tantum nactus sum, quantum ne optare quidem umquam, multo minus sperare, in mentem venerat: ultroque fateor, quae eius generis

δος ἀκολουθήσω τῇ ἀληθείᾳ, καὶ κρατήσω αὐτὴν ἀσκανδάλιστον, καὶ μὴ πιστεύω πράγματι ὅπερ ἀγνοῶ, ἀλλ᾽ ἀκολουθήσω ὑπὲρ ᾧ φρονῶ. ποιήσας δὲ τοῦτο καὶ ζητήσας αὐτοὺς εὗρον ἕνα ἕκαστον ἐπαινοῦντα τὴν ἑαυτοῦ θρησκείαν καὶ διαβάλλοντα τὴν τοῦ ἑτέρου· καὶ ἐκ τούτου ἐφάνη μοι, ὅτι ἕκαστος ἀκολουθεῖ τῷ οἰκείῳ θελήματι, καὶ πάντες ἄνευ δικαιοσύνης λαλοῦσιν. ἰδὼν δὲ ταῦτα οὐχ ᾑρετισάμην ἀκολουθῆσαί τινι ἐξ αὐτῶν, ὅπως μὴ ἔσομαι ὥσπερ ἐκεῖνος ὁ πεπλανημένος. Ἐρρέθη γὰρ ὅτι κλέπτης τις ἦλθεν ἐπὶ δώματός τινος μετὰ τῶν συντρό-

---

parando; eo animo ut ubicumque veritatem deprehendissem, eam et amplecterer et sincera intrepidaque constantia tenerem, reiecta qualicumque falsitate. Sic enim mihi faciendum duxi, ne, ut multi, crederem quod ignorabam; sed potius lumine notitiae ac rationis praeunte in via tanti momenti duce uterer. Ecce autem in hoc mihi sedulo versanti, interroganti, inquam, audientique antistites ipsos ac capita factionum circa divina dissidentium, non aliud investigare certius licuit, quam inflexibilem pertinaciam propria quorumque laudantium, cum alienorum superbissimo contemptu et irrevocablli odio coniunctam. Offendit ea me res, causamque praebuit universos ex aequo reprobandi. Insedit ergo menti meae, omnes quotquot adissem audissemque libidini propriae obsequi, a vero aberrare, sapere prout volunt, nec regulam adhibere rationem voluntatis, sed intellectum affectui subiungere, falso iudicare, mendaciter loqui. — IV. Itaque sic apud meum animum firmissime constitui, quaerendos mihi alios magis aequos idoneosque dogmatum auctores; ac quoad tales reperissem, nulli horum quos videram acquiescere, nullum sequi, ne mihi contingeret quod cuidam aiunt gravi sua pernicie decepto. Non longa est fabula, quam hic, ut vulgo fertur, recito. Fur noctu non incomitatus irrepsit in domum civis opulenti. Is lecto decumbens

φων αὐτοῦ συλῆσαι τὸν οἶκον. γνοὺς δὲ ὁ οἰκοδεσπότης αὐτοὺς κοιμώμενος μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ἐξύπνισεν αὐτὴν λέγων· ὡς οἶμαι, κλέπται ἀνῆλθον ἐπὶ τοῦ δώματος ἡμῶν· καὶ ἰδοῦ προσποιοῦμαι κοιμᾶσθαι· σὺ δέ με ἐξύπνισον μεγάλῃ φωνῇ καὶ εἰπέ μοι· ὦ ἄνερ, γνώρισόν μοι πόθεν τὸν πλοῦτον ὅνπερ ἔχομεν, συνῆξας καὶ τοὺς θησαυρούς. ἐγὼ δὲ μὴ ἀνταποκρινόμενος, ἔτι βόησον ἐρωτῶσά με. ποιήσασα δὲ τοῦτο ἡ γυνή, ἤκουσαν οἱ λῃσταὶ καὶ ἤρξαντο ἀκροᾶσθαι. εἶπε δὲ ὁ ἀνὴρ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ· ὁ Θεὸς ἐδωρήσατο ἡμῖν πλοῦτον πολύν, καὶ δεῖ σε φαγεῖν καὶ πιεῖν καὶ εὐφραίνεσθαι, καὶ μὴ ἐρωτᾶν περὶ πραγμάτων ὧν οὐ δύναμαί σε φανερῶσαι, μήπως ἀκούσωσι ταῦτά τινες καὶ

---

dormiensque tum forte, experrectus ad strepitum, facile intellexit fures adesse: cubitoque uxorem impellens et ipsam excitavit, insusurravitque excitatae in auriculam: Quantum intelligo, cara conjux, circumventi latrocinio sumus, nec procul a calamitate, nisi malum praevertimus astutia. Tu vero fac quod iubeo. Inclama ea vocis contentione quam videaris putare necessariam ad excutiendum mihi soporem altiorem, et dic: Rogo te, mi vir, unde aut quomodo parasti divitias hasce tam multas quibus circumfluimus? Ac mihi quasi nondum sentienti, ingemina iterum eadem, ac tertio, voce semper contentius sublata. Fecit extemplo mulier, quod vir imperaverat: mussaruntque statim fures, et ne indicium sui iam vigilantibus praeberent, immobiles haeserunt; curiositate praeterea cognoscendi quid vir responsurus esset, ad silendum auscultandumque invitante. Tum velut aegre tandem solutus somno vir, auditus est dicere: Nacti sumus, o uxor, divino beneficio copias opesque omnis generis plurimas: fruere his vescendo bibendoque, ac laetam vitam agendo, nec curiose percontare unde ista pararim; quod indicare tibi nequeo, metu ne aliquis exaudiat (aiunt enim et muros auritos esse): arcanum autem hoc tanti momenti

συμβήσεται ἡμῖν κίνδυνος. λέγει αὐτῷ ἡ γυνή, ὅτι οὐκ ἔστι τις πλησίον ἡμῶν τοῦ ἀκοῦσαι. λέγει αὐτῇ ὁ ἀνήρ· ἐπεὶ ἠνάγκασάς με, εἰπεῖν σε ἔχω, ἀλλ᾽ ὅρα μήπως γνῶσί τινες ἢ οἱ σοὶ ἀδελφοὶ ἢ συγγενεῖς, καὶ ἀπολέσωμεν τὴν ὠφέλειαν ἡμῶν· ταῦτα γὰρ ἀπὸ κλεψίας ἐσύναξα. λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· καὶ πῶς ἐσύναξας ταῦτα πάντα; ἅπαντες γάρ ὡς πιστὸν ἔχοντές σε, οὐ σκανδαλίζονται ἐν σοί. λέγει αὐτῇ· ἐπαοιδίαν τινὰ μεμάθηκα ἐπὶ τῇ κλεψίᾳ, καὶ δι᾽ αὐτῆς οὐ γινώσκει μέ τις οὐδὲ σκανδαλίζεται εἰς ἐμέ. λέγει αὐτῷ· καὶ πῶς λέγεις τοῦτο κύριέ μου; ὁ

---

est, ut ex eius evulgatione ultima capiti fortunisque nostris pernicies impendeat. Apage mi vir (mulier reposuit) intempestivam hanc formidinem: nox concubia est, clausa domus, nos hic soli: quem adesse posse tibi fingis qui quod loqueris audiat? Respondit vir: Quandoquidem me cogis, aperiam rem totam: sed vide pro eo quantum salus tibi tua meaque cordi est, ne umquam cuiquam prodas, non cognatis, non fratribus; nam dico tibi edicoque iterum, si a quoquam resciatur, omnes omnia perdemus, superque ipsi continuo peribimus. Haec videlicet (fatebor enim hic tibi) furto lucratus universa sum, nihil non mihi congestum ex rapina. Perculsa dicto mulier: Mira, inquit, mi vir, narras, nam et tam multa in possessione nostra sunt, quae difficillimum sit creditu corradi congregarique furando potuisse; et tua ipsius hanc opinionem refutat fama; vir enim bonus vulgo existimaris. Nempe, ait maritus, carmen magicum adhibui efficaciae mirificae, cuius vi arcana ita iuvabar in furando, ut quaecumque concupieram quantovis numero, quantivis pretii ac molis essent, attraherem congereremque unde ac quo volebam; idemque tamen, suspicione procul omni, existimationis apud omnes quam optimae possessionem inconcussam tuerer. Papae! (exclamat hic mulier) stupenda memoras, ut scire gestio quo id actum modo sit! Et

δὲ λέγει αὐτῇ· ἐξηρχόμην ἐν νυκτὶ φεγγώδει, καὶ μετ᾽ ἐμοῦ οἱ σύντροφοι μου, καὶ ἀνηρχόμεθα ἐπὶ τῶν θηρίδων τοῦ οἴκου, ἐν ᾧ ἠβουλόμεθα συλῆσαι, καὶ ἔλεγον τὴν ἐπαοιδίαν ταύτην ἐπὶ τῆς θυρίδος, τὸ Σελὲμ Σελέμ, ἕως ἑπτάκις, καὶ ἔδραττον τὰς ἀκτῖνας τῆς σελήνης, καὶ εἰσηρχόμην ἐν τῷ οἴκῳ, καὶ οὐκ ἐγινωσκόμην παρά τινος, καὶ ἐλάμβανον ἐκ τοῦ οἴκου ὅπερ ἤθελον. καὶ πάλιν κρατῶν τὰς τῆς σελήνης ἀκτῖνας, λέγων καὶ ἐπὶ στόματος τὴν ἐπαοιδίαν, ἀνηρχόμην ἐπὶ τοῦ δώματος, καὶ οὕτως ποιῶν διεσωζόμην. καὶ ἀκούσαντες οἱ κλέπται, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην λέγοντες· μεμαθήκαμεν ἐκ τοῦ οἴκου τούτου πρᾶγμα, ὅπερ κρεῖττον ἡμῖν ἐστιν παρὰ

---

ille: Pax, inqnit, sit rebus; si quiescis totum audies. Prodibam plenilunio per noctem. Erant una mecum comites. Adscendebamus in fenestras aedium quas depraedari constitueram. Ibi pronunciabam incantamentum meum in ipsam fenestram insusurrans magicum hoc vocabulum: *Semel, semel*; repetebam praeterea quinquies. Statim a replicato septies verbo, mira vis carminis! praebebant ecce sese nobis equitabiles rudii superne fulgentis orbe pleno lunae. His invecti ferebamus intra aedes, nemini prorsus intus degentium cospicui aut observabiles signo sensuve ullo. Tum iterum ego immurmurabam carmen meum; quo dicto quidquid pretiosum in illa erat domo e latebris erumpens suis confluebat sponte ad me. Eligebam quae placebant, portandaque dabam sociis. Mox rursus incantatione repetita inscendebamus radios lunae, famulantibusque illis per easdem fenestras evolabamus, nos praedamque in tutum recipientes. Haec fures audientes in sinu gaudebant; aiebantque gratulantes mutuo: Bonis avibus huc venimus; nullis umquam furibus tam propitiam Laverna se praebuit. En ubi minime putabamus, artem didicimus montes aureos parandi, securitate ab omni metu summa. Quin iam hinc indicato compendio utimur, et armis hunc suis petimus? Omnes assenserunt: expe-

πάντων τῶν ὄντων ἐν αὐτῷ, καὶ ὅπου δ' ἂν πορευθῶμεν, ἄφοβοι ἐσμέν. δοκήσαντες δὲ ὑπνῶσαι τὸν τοῦ οἴκου κύριον σὺν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ πιστεύσαντες τοῖς λόγοις αὐτοῦ, προσῆλθεν ὁ πρῶτος αὐτῶν τῇ θυρίδι, ὅθεν τὸ φῶς εἰσήρχετο, καὶ εἶπε Σελὲμ Σελὲμ ἑπτάκις· καὶ ἀγκαλισάμενος τὴν ἀκτῖνα τοῦ κατελθεῖν, ἔπεσε κατὰ κεφαλῆς. καὶ εἰσπηδήσας ὁ τοῦ οἴκου κύριος ἔχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ξύλον, καὶ εἶπε· σὺ τίς εἶ; λέγει αὐτῷ· ἐγώ εἰμι ὁ πεπλανημένος ὁ πιστεύων τὰ μὴ ἀληθῆ. οὗτος δέ ἐστιν ὁ καρπὸς τῶν θρησκειῶν αὐτῶν. καὶ φυλάξας ἐμαυτὸν ἀπὸ τῶν σκανδάλων, ὅπως μὴ γένηταί μοι ἀπώλεια, στραφεὶς πάλιν, ἐζήτησα περὶ θρησκειῶν, ὅπως κρατήσω ἐξ αὐτῶν τὴν ὠφέλειαν καὶ ἀλήθειαν· καὶ μὴ εὑρών τινα ἔχοντα πρός με ἀπολογίαν εἰς ὃ ἐζή-

---

ctatoque dum vir mulierque iterum obdormiscerent, ubi sopitos putarunt, progressus furum princeps ad fenestram per quam lunae radius subibat, septies protulit auditum incantamentum: *Semel semel* etc. Tum impetu insiliens quasi ad inequitandum lunario radio, in caput concidit, sonito magno; ad quem erumpens fuste correpto paterfamilias, afflictum valide pulsavit, ingeminans ad ictus singulos: Tu quis es? At ille: Cessa, inquit, et dicam: stulte credulus mihi nomen est. Idem ego ne mihi contingeret verebar, si somnia narrantibus sua multiformium superstitionum praeconibus citra pignus idoneum fidem addicerem. — V. Interim in hac mea varia et anxia inquisitione de sectis, illud tenebam, ne in scelera incurrerem, meque purum ab omni offensione servarem, quae perniciem posset afferre. Pergens autem interrogare illos, qui consulti peritique putabantur de dogmatibus quae pro indubitatis venditabant, satagebam proponendis argumentis in contrarium meis, responsisque ipsorum eliciendis, satisfacere animo meo, deprehendereque, si qua possem veritatem, certus ei semel inventae mordicus haerere. Sed cum ea quae superciliosi illi magistri

τουν τοῦ ἱκανῶσαι καὶ στέρξαι τὸν νοῦν μου ἐν αὐτῷ, ἠβουλήθην ἀκολουθῆσαι τοῖς ἐμοῖς γονεῦσιν ἐν οἷς ἐσέβοντο. καὶ πάλιν στραφεὶς παρήνεσα τῇ ψυχῇ μου λέγων πρὸς αὐτήν· ἀπαραίτητος εἶ ἐν τῷ ζητήματι τούτῳ· καὶ γὰρ εὑρήκαμεν τοὺς μάγους ἀκολουθοῦντας τοῖς ἑαυτῶν γογεῦσιν· καὶ ἐμνήσθην τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου τοῦ ἐσθίοντος ἀτάκτως, ὃς καὶ μεμφθεὶς ὑπό τινος εἶπεν· οὕτως εἶδον τοὺς γονεῖς μου ἐσθίοντας. καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἠδυνήθην μεῖναι ἐν τῇ τῶν γονέων μου θρησκείᾳ· καὶ πάλιν στραφεὶς εἰς ἀναζήτησιν τῶν θρησκειῶν, καὶ ἐρωτήσας τὰ ἐν αὐτοῖς, συνέβη μοι πλησιάσαι ἡ τελευτή μου καὶ ἡ τοῦ κόσμου

---

reponebant argumentationibus, veri characterem non praeferrent, nec omnino quidquam ostenderent satis solidum, ut ei secure possem inniti, aestuabam ut prius et incertus sententiae pendebam. Quare velut fessa peregrinationum anima mea eo inclinabat, ut acquiescendum sibi putaret domi: tenendum inquam, in negotio religionis duceret, quidquid demum parentes et exemplo praeivissent et verbo docerent. Sed retorsi ego eam ab isto proposito; monuique longe esse melius in priori quaerendi consilio perstare. Infirmam enim excusationem erranti fore domesticam doctrinam, ubi forte ipsius ductum secutus in exitium corruerit. Nam quis compertus magicarum artium, impune iudicium evasit allegando: fuisse sibi eas a patre mago traditas? non sane magis quam ebrietate ac crapula quotidiana valetudinem corrumpens, aut censori vitium obiurganti satisfaciet, aut curabitur a morbis intemperantia contractis, simul ac, etsi vere, dixerit: ea se disciplina educatum in paterna domo, talia genitorum exempla recordari. Istae me causae pepulerunt ad reprobandam parentum meorum de religione sententiam; unde hinc repulsus quasi novo principio in examen explorationemque sedulam sectarum animum admisi; quo dum diu versor in negotio, animadversi magnam me iam vitae par-

δρᾶσαι τὸν φόβον, καὶ μὴ τύπτειν τινά, μήτε αἰσχρολογεῖν, μήτε κλέπτειν, μήτε θυμωθῆναι, μήτε ἐν δολίῳ εἶναι· ἀπέδρασα δὲ καὶ τὴν ἡδονὴν τῶν γυναικῶν, καὶ ἐκτησάμην σωφροσύνην· ἐφύλαξα δὲ καὶ τὴν γλῶσσάν μου ἀπὸ ψεύδους καὶ ἀπὸ παντὸς λόγου ἀργοῦ καὶ βλαβεροῦ· ἠγάπησα δὲ καὶ τοῦ εἶναι πάντοτε ἀγαθόν, τὴν δὲ ἀνάστασιν καὶ ἀνταπόδοσιν οὐκ ἠπίστησα. ἐμακρύνθην δὲ καὶ τοῖς πονηροῖς, καὶ πλησιάσας τοῖς ἀγαθοῖς ἔγνων ὅτι οὐκ ἔστιν ἕτερος οὔτε φίλος οὔτε σύζυγος ὥσπερ ἀγαθοσύνη· καὶ γάρ, Θεοῦ θέλοντος, εὐκόλως κτᾶται· καὶ ὅτι αὕτη ἐνδοξοτέρα ἐστὶν ὑπὲρ γονέων καὶ φίλων, διδάσκουσα πάντοτε ἀγαθοποιεῖν· μεταδιδομένη δέ, οὐ πληροῦται, ἀλλὰ περισσεύεται πλέον·

---

danda beneficentia omnes, in aliis licet dissentientes, summa concordia sectae conveniunt. — VI. Constitui praeterea non solum homicidium cavere, sed et a pulsando quoquam ac vi quavis inferenda ulli omnino, temperare: decrevi quoque abstinere verbis maledicis ac turpibus, non furari, non irasci, nulli fraudem moliri. Abdicavi consuetudinem mulierum venereasque voluptates; adamavi et colui temperantiam; custodivi linguam meam a mendacio, ab omni verbo otioso et noxio; studui mitem ac humanum praebere me omnibus omnino. Atque haec statui, licet nondum plane persuasus essem de futura resurrectione deque praemiis bonorum poenisque malorum post illam repraesentandis. Longe me abiunxi a convictu et familiaritate hominum improborum; affectavi consuetudinem cum honestis et iustis. Prae omnibus fixum animo tenui: Nihil esse praestantius, honestius, amabilius beneficentia. Eam et amicis potiorem et coniuge cariorem mihi esse debere. Hanc, Deo volente, facile parari. Huic porro nihil comparabile. Plus enim illam gloriae afferre possidenti se, quam parentum claritatem, aut opes amicorum. Docet haec bene mereri de omnibus, benefacta ubique spargere. Eadem large licet tribuens, dispendia

οὐ φθείρεται, οὐ συμπαλαιοῦται, οὐκ ἀπαιτεῖται παρὰ ἐξουσίας, οὐ φείδεται πυρός, οὐ δειλιᾷ κλέπταις, οὐ φοβεῖται θηρία, ἀλλὰ πλεῖον κοσμεῖται, καὶ πάντοτε ἄφοβος ὑπάρχει. εὗρον δὲ τὸν ἀποδράσαντα πάντων τῶν ἀγαθῶν ἔργων καὶ ἀσχοληθέντα εἰς τὴν τοῦ βίου τρυφήν, πικρὰν γλυκύτητα καὶ ἡδονήν, ὅμοιον ἀνθρώπῳ ἀπολέσαντι χρήματα πολλὰ καὶ τὴν αὐτῶν ὠφέλειαν διὰ μιᾶς ἡμέρας γέλοια. Ἐρρέθη γὰρ ὅτι ἔμπορός τις ἐμισθώσατό τινα ἡμέραν μίαν εἰς νομίσματα ἑκατὸν τοῦ τρυπῆσαι αὐτῷ μαργαρίτας. γενόμενοι δὲ ἐν τῷ οἴκω, εἶδε σύστρα πάνο καλὰ κρεμάμενα, καὶ λέγει αὐτῷ· λάβε, κροῦσαι αὐτά. καὶ λαβὼν ἔκρουσε ταῦτα μεθ' ἡδονῆς. ἀκούσας ὁ μισθοσάμενος αὐτὸν ὅλην τὴν

---

non sentit; sed quo plus donat, plus abundat. Non corrumpitur, non veterascit, non circumvenitur a potentia, non horret ignem, non timet fures, non formidat bestias, non ullo tristi eventu conturbatur; magis quinetiam in calamitate nitet, et ubique perstat intrepida. Reperiebam autem apud me reputans, eos qui sectam vitae huic contrariam amplexi, omissa benefaciendi aliis cura, sibi unis omni voluptate saginandis unice intenti essent, sibi pessime consulere, et amaritiei plurimum inter luxus ac deliciarum falsas dulcedines gustare. Similesque istos esse homini parum sano, qui levem dieculae unius iucunditatem magna pecuniae iactura gravique rerum suarum detrimento emerit. Fuit nimirum institor gemmis peregrinis dives, qui artificem unionibus forandis diurna centum nummorum mercede conduxit. Praesto ex condicto adfuit operarius in locantis domo cum instrumentis artis. Hic dum expedit se operi, videt forte suspensam e clavo citharam, et eam scire se pulsare significat. Praesens margaritarum dominus eo animadverso: Tu vero, inquit, sume sis lyram; libenter operam canenti dedero. Ille arreptum organum non inscite tangere aggressus, mire placuit voluptuario patrono; adeo ut

ἡμέραν ἡδύνετο. ὀψίας δὲ γενομένης, ᾐτήσατο ὁ μισθωτὸς τὸν μισθὸν αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ· ὥσπερ προσέταξας, οὕτως ἐποίησα. ἄκων δὲ ἐπλήρωσε τὸν μισθὸν αὐτοῦ· καὶ κατελείφθησαν αἱ μαργαρίται αὐτοῦ ἀτρύπητοι. Καταμαθὼν γὰρ τὰς τοῦ κόσμου ἀσυστάτους ἡδονὰς ᾑρετισάμην τὴν ἄσκησιν· καὶ γὰρ δι᾽ αὐτῆς εὐθεῖαί εἰσιν αἱ ὁδοὶ τῆς ἀνα-

---

is sua seria ludo posthabens, totum diem inhianter audierit vibrantem fides terebratorem unionum. Ad vesperam centum nummos citharoedo petenti commotus institor: Atqui, mi homo, inquit, non plectri movendi, sed terebri tractandi mercedem istam pronunciaram. Sane ita est, artifex ait, caeterum mihi parato ad locatam operam, quis alius, quam tu ipse, ne defungerer obstitit? Mei iudicii non erat quanti aestimares avocamenta tua: mihi fraudi esse non debet tibi obtemperasse: quare ne te oblectaveris mercenarii damno, promissum diurnae operae praetium redde. Aequum dicebat, et vel invitus mercator centum nummos persolvit, inelaboratis ipsi manentibus unionibus. Ad hoc exemplum ego veritus ne ludicris seria perderem, remissionibus posui modum, attentusque officii negotio me impendi totum, nugis abiectis. — VII. Pertaesus inter haec voluptatum vitae, quod harum instabilitatem et inanitatem noram, collegi me in considerationem attentiorem, et ut huic aptum otium nanciscerer, in solitudinem me abdidi. Ibi altius ingressus in contemplationem rerum, permagnum eius operae fructum retuli. Intellexi enim, naturae humanae statum et universi gubernationem mecum reputans, deesse non posse quin sit aliquando futura mortuorum resurretio, ad quam omnes tendant suis quique viis; moribus videlicet actisque, magno discrimine sub finem deprehendendo bonorum malorumque nunc permixtim agentium. Haec asceticae disciplinae in secessu exercitae doctrina est, quam illa velut bona mater suis

στάσεως, ὥσπερ οἱ γονεῖς παρέχουσιν εὐθείας ὁδοὺς εἰς τοὺς ἑαυτῶν παῖδας. καὶ εἶδον αὐτὴν ὡς πύργον ὀχυρόν· καὶ ἡ πύλη αὐτῆς ἀνεῳγμένη ὑπάρχει τοῖς θέλουσιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν αἰώνιον τρυφὴν τοῦ παραδείσου. εὗρον δὲ τὸν ἀσκητὴν ἐν ἡσυχίᾳ πρόσχαρον, εὐχάριστον, αὐτάρκη, ἀμέριμνον, ταπεινόν, ἀποφυγόντα τοῦ κόσμου πάντα, καὶ γεγονότα πάσης βλάβης καὶ θλίψεως ἀνώτερον. καὶ ἀποφυγὼν τὸν φθόνον ἐκωλύθην τῇ ἀγάπῃ, καὶ καταφρονήσας τῶν ῥεόντων τέλειος γέγονα τῇ συνέσει, καὶ ἰδὼν τὰ μέλλοντα ἄφοβος ἐγενόμην, καὶ μὴ ἁμαρτήσας ἐρρύσθην. καταμαθὼν δὲ τῶν ἀσκητῶν ὁδόν, πλεῖον ταύτην

---

cultoribus, ubi morigeris filiis, tradit: quantivis istud praetii momentique omnium maximi dogma est: unde vitae recte dirigendae spes et ratio pendet universa. Turris haec quaedam munitissima est, in quam qui se receperit, non modo tutus permanebit ab incursu malorum omni; sed et per eam pandi sibi aditum in paradisum aeternae voluptatis, quo, si velit, securus penetret, grutulans experietur. Comperi plane nihil melius attenta ista tranquillaque meditatione rerum ad salutem animae spectantium: comperi autem id non usu solum meo, sed et exemplis experientiaque aliorum ei se dedentium. Hos enim animadverti, apparere pacatos et laetos semper, gratos erga omnes, suo contentos, securos, subnixos generoso contemptu cunctarum mundi vanitatum, supra omnem noxae aleam in alta quadam arce mentis extantes. Horum igitur felicitatem aemulans, livore atque invidentia repudiatis, caritati me dedidi; spretisque fluxis ac caducis, perfectionem affectavi sapientiae, qua monstrante providens futura, imperterritus ibam, certus nihil se obiecturum quod viam intercluderet ad scopum, quem intuebar verae beatitudinis, meque averteret aut turbaret. Per hunc modum experimento capto vitae ascetarum, gusto illectus tam santi ac salubris instituti, magnopere affici

ἐπόθησα, ὥστε βουληθεὶς μετ' αὐτῶν εἶναι, πάλιν ἐφοβήθην, μήπως οὐ δυνηθῶ ὑπομεῖναι διὰ τὰ προλαβόμενά μου ἤθη, καὶ βλαβῶ πλεῖον. καὶ δειλιάσας, μήπως τὸν κόσμον καταλιπὼν ἀκολουθήσω ταῖς ἀσκηταῖς καὶ απολέσω τὴν εὐεργεσίαν δι' ἧς ἤλπιζον τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, καὶ ἔσομει ὥσπερ ὁ κύων ὁ βαστάζων ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ μέρος τι κρέατος, ἐλθὼν δὲ ἔν τινι ποταμῷ καὶ ἰδὼν τὴν σκιὰν τοῦ κρέατος ἐν τῷ ὕδατι, εἰσεπήδησεν τοῦ λαβεῖν αὐτό, καὶ ὅπερ κατεῖχεν ἐχάωσε, καὶ κατελείφθη κενός· καὶ δειλιάσας τὴν ἄσκησιν λίαν, καὶ φοβηθεὶς μήπως ἀγανακτήσω καὶ οὐ δυνηθῶ φέρειν τὴν αὐτῆς ὑπομονήν, ἠβουλήθην μεῖναι εἰς τὴν αὐτὴν τάξιν. Καὶ πάλιν διακρίνας ἀναμε-

---

me sensi ad istam professionem capessendam, meque cum his aggregandum. Retrahebar autem ab hac voluntate eo metu, ne non par essem ferendis illius disciplinae laboribus propter contrarios longo usu educationis diversissima contractos habitus moresque assuetudine coalitos in naturam: itaque verebar, ne supra vires connisus, non modo non assequerer optata, sed et damnum acciperem iacturamque paterer iam adeptorum. Illud etiam talia cogitantem conturbabat me, quod videbam, si mundo valedicens migrarem in solitudinem, ibique amplecterer institutum ascetarum, eripiendam mihi facultatem bene merendi de hominibus iuvandique beneficiis inopes: cuius tamen in exercitatione virtutis magnam mihi spem constitutam arbitrarer perennium bonorum acquirendorum: quare metuebam, ne similis fierem cani frustum carnis ore portanti, qui eius umbram in flumine vicino maiorem videns, omisso quod tenet, insilit ad captandum quod apparet; ac sic utrumque perdens, vacuus impastusque stultitiam sero suam damnat. Sic sudductis mecum rationibus spei metusque, statui sustinere me ab incoepto non satis exploratae utilitatis, permanereque interim in ordine ac statu vitae priori. — VIII. In hoc tamen

ταξὺ τοῦ ἀσκητοῦ καὶ φιλοκόσμου, καὶ τὰ συμβαίνοντα αὐτοῖς πάντα, ἐφάνησάν μοι ἐπίσης, δι᾽ ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ κόσμῳ ἡδονή τις ἡ μὴ προξενοῦσα βλάβην καὶ θλίψιν. καὶ γὰρ ὁ κόσμος ἐστὶν ὡς ἁλμυρὸν ὕδωρ· ὅσον τις πίνει, τοσοῦτον διψᾷ. καὶ ὥσπερ τὸ ὀστοῦν τὸ ἔχον κρέατος ὀσμήν, ὅπερ ὁ κύων < εὑρὼν > καὶ ζητήσας τὴν τοῦ κρέατος ἡδονήν, ἐπληγώθη τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ ὅσον ζητεῖ τοῦ φαγεῖν αὐτό, τοσοῦτον πληγοῦται· νομίζων γὰρ κρέας μαστίζειν, μειζότερον πλήττεται, καὶ μὴ τιτρώσκων, μᾶλλον τιτρώσκεται. καὶ ὥσπερ ἡ γὺψ ἁρπάσασα μέρος τι κρέατος, εἶτα ὑπὲρ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ περικυκλωθεῖσα, καὶ ἄκουσα τούτου στερεῖται, μηδὲν ὠφεληθεῖσα, εἰ μὴ κόπους καὶ μόχθους ἀποκερδήσασα. καὶ ὥσπερ τὸ ἀγγεῖον τὸ ἔχον μέλι, κάτωθεν δὲ τοῦ μέλιτος δηλητήριον· καὶ οἱ ἐσθίοντες αὐτό, πρῶτον μὲν

---

sic constituto ne conquiescerem, abripiebat me novus aestus comparantem inter se vitam ac statum, hinc ascetae, illinc amatoris mundi; et ea collocatione reperientem, haud fere plus voluptatis ac suavitatis contingere mundanis, quam solitariis, utcumque hi videantur omni vitae mortalis fructu destitui, contra illi deliciis abundare. Quae enim tandem istae deliciae sunt, quas penitus introspiciens reperiebam, plus ad extremum conciliare damni moestitiaeque, quam initio attulerint voluptatis? Est enim mundus instar aquae salsae, unde quanto plus biberis, tanto plus sitias: instar ossis aridi, carnis odore quodam allicientis canem, qui miser eo rodendo nihil nisi dentes atterit et fauces convulnerat: instar frustuli carnis raptae a vulture, in quem convolantes undique aliae rapaces aves abiicere praedam cogunt, necessaria sui tuenda cura, plagisque contuso ac pugna fesso, non alium rapinae suae fructum relinquunt, quam famem et moestam memoriam inanium laborum: instar vasis mellea superficie venenum suppositum tegentis, ex quo qui dulcedine illectus mellis gustaverit,

γλυκαίνονται, ὕστερον δὲ ἀπολοῦνται. καὶ ὥσπερ ὁ βλέπων ἐνύπνιον καὶ χαίρων αὐτῷ ἐν ἑαυτῷ, ὅταν δὲ ἔξυπνος γένηται, ἀπώλλυται ἡ χαρὰ αὐτοῦ. καὶ ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ ἡ φαίνουσα τῷ ὁδοιπόρῳ ῥιπῇ· παρελθούσης δὲ, μένει ἐν τῇ σκοτείᾳ. καὶ ὥσπερ ἡ σκώληξ τοῦ μεταξίου ἡ νήθουσα καθ᾽ ἑαυτῇ· ὅσον γὰρ νήθει, πλέον μακρύνεται ἡ ἐργασία αὐτῆς. Καταμαθὼν δὲ τῶν τοιούτων πραγμάτων, ἠμεισάμην τὴν ἄσκησιν, καὶ εἶπον τῇ ψυχῇ μου· οὐ δεῖ σε φυγεῖν τὴν ἄσκησιν καὶ μένειν ἐν τοῖς βιωτικοῖς, ὅταν ἐννοῇς τοὺς κόπους καὶ τὴν στένωσιν ἣν ἔχει. οὐδὲ πάλιν τοῦ βίου μακρυνθήσῃ, ὅταν ἐννοήσεις τὰς ἐν αὐτῷ πονηρίας, οὐδὲ τότε δυνήσῃ ἐκφυγεῖν. ἐμπεσὼν τοίνυν εἰς βυθὸν ἀπορίας καὶ μὴ δυνηθεὶς ἐγνωκέναι πῶς δεῖ με εἶναι, ἐγενόμην ὥσπερ ἀσύνετος κριτὴς ὁ κρίνων καὶ δικαιῶν τὸν ἐνάγοντα, καὶ πάλιν δικάζων αὐτόν. Πάλιν δὲ καταμαθὼν τὸν ἀγῶνα τῆς ἀσκήσεως καὶ

---

mox cum cruciatu exanimatur: instar laetum somnium videntis, qui mox evigilans in familiares miserias revolvitur: instar fulguris momento illuminantis nocturnum viatorem. suis statim tenebris reddendum: instar bombycis, assidue nendo nihil lucrantis, nisi sterilem continuationem infiniti laboris. Talia reputans rursus resorbebar in desiderium vitae solitariae sectandae, rursusque retrahebar in propositum non abdicandi vitae commoda, dum ea comparans cum aerumnis, angustiis, laboribus vitae inopis in solitudine degendae, haudquaquam mihi faciendum putabam, ut haec ultro abiicerem, quae forte postmodum frustra requirerem. Inter hos quasi fluctus ancipites sensuum ac votorum alternis praevalentium ambigue iactatus, similis eram imperito iudici, leviter mutanti calculos, et modo damnanti quem absolverat, mox quem damnaverat rursus absolventi. — IX. Aliquid tamen certi fructus ex his altercantis secum mei animi contrariis assultibus collegi. Considerans enim tantam illam in victu cultuque duritiem asce-

τὴν ἔνδειαν αὐτῆς τὴν πρόσκαιρον καὶ τὴν μετ᾽ αὐτῆς τρυφὴν καὶ ἄνεσιν αἰώνιον, ταύτην ἡρετισάμην· καὶ βλέψας τῆς ψυχῆς τὴν ἀκορεσίαν πρὸς τὴν τοῦ βίου ἡδονήν, εἶπον· ὢ πόσην πικρότητα καὶ δριμύτητα ἔχει. εἶπον δὲ πάλιν· πόσα τρυφὴ καὶ ἡδονή ἐστι ἡ παρὰ μικρὰν πικρότητα δι᾽ ἀένναον γλυκύτητα; καὶ γὰρ ἐὰν συμφωνηθῇ ἀνθρώπῳ τινὶ ζῆσαι ἑκατὸν ἐν λύπῃ καὶ στενοχωρίᾳ καὶ μετὰ ταῦτα ἀπελθεῖν εἰς ἄνεσιν καὶ ἀνάπαυσιν αἰώνιον, προέκρινεν ἑαυτὸν ζῆσαι ἐν στενοχωρίᾳ μικρὸν διὰ τὸ ἀπολαῦσαι αἰωνίως. ἢ οὐκ ἔστιν ὁ βίος οὗτος πολυώδυνος, καὶ ἡ ἀναστροφὴ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ἐν αὐτῷ θλίψις καὶ ἀνάγκη καὶ βάσανος ἀπὸ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ μέχρι τέλους; καὶ γὰρ

---

tarum, tolerabilem ipsis, imo suavem videri, idcirco quod brevis sit nec ultra vitae mortalis spatium exeat, vicissim autem excipiatur gaudiis aeternis; decrevi ego quoque, parvi ducere bona praesentia, spe ac comparatione futurorum. Hinc quasi consolans animam meam, et comprobans inexplebilia illa desideria, quibus inhiaverat prof ssioni vitae cum virtutae coniunctae, dicebam: O quantum in hoc vitae genere aspero destitutoque laborum aerumnarumque sentitur! sed rursum quam brevis et fluxa est voluptas indulgentium genio! quam fallax suavitas momentaneo gustu evanescens! Quis porro tam laevae mentis, non abunde compensari, non bene condiri putet experientiam brevem parvae amaritudinis expectatione certa dulcedinis sempiternae? Quis homo est, cui si conditio feratur subeundae per tempus non longum arcti carceris angustiae, ut mox in aeterna amoenitatis beata spatia laxetur, recuset aut dubitet admittere? An non est haec vita plena doloribus, acerba cladibus, auxia periculis: imo, quid hominis in terra conversatio aliud est, quam iugis afflictio, textum necessariae miseriae, continuum tormentum uno saevitiae tenore a principio ad finem pertinens? Enimvero ipsa hominis prima origo

ἡ ἀρχὴ τοῦ ανθρώπου, ὡς ἐρρέθη παρ' ἰατροῖς, ἐστὶν ὥσπερ ἡ μύξα πεσοῦσα ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς γυναικός, καὶ συναφθεῖσα τῷ αἵματι αὐτῆς καὶ παχυνθεῖσα διαμερίζεται εἰς μέλη, καὶ ἔστιν ἐν σκοτείᾳ καὶ στενοχωρίᾳ, οὐκ ἐσθίων, οὐ πίνων· ὅταν δὲ ἔλθῃ ἡ ὥρα τῆς γεννήσεως αὐτοῦ, μετὰ βίας πολλῆς καὶ πόνου ἐξέρχεται· ὅταν δὲ ἐξέλθῃ, ὑπομένει τὰς τῆς βρεφουργίας ἀνάγκας, ἀπό τε πείνης, δίψης καὶ κρύους, καὶ ἡ θλίψις ἡ τελευταία καὶ μεγάλη ἡ ἀπογαλάκτησις, ἔτι καὶ ἡ τῶν μαθημάτων παίδευσις, ἥτις διὰ πόνου καὶ πολλοῦ ἀγῶνος φέρεται, καὶ αἱ ἀσθένειαι, καὶ οἱ πόνοι, καὶ φαρμακοποσίαι. ὅταν δὲ νόμου ἡλικίας γένηται, ἀγωνίζεται περὶ ἀκορεσίας και μόχθου καὶ πραγμάτων ἐπικιδύνων, καὶ ἀναφέρεται ἐν τούτοις, ἔχων μεθ' ἑαυτῶ

---

quam vilis? Mucus nempe quidam (ut aiunt medici) delapsus in uterum mulieris, ibique cum ipsius sanguinine commixtus, inde concrescens dispertitur in membra, moramque ducit longam in illis tenebris et angustiis sine cibo et potu; tum maturo partus tempore cum nisibus et summis doloribus eiicitur. Natus puer multiplici ministerio gerulorum et nutricum, per fletus fere assiduos ad creberrimum sensum famis, sitis, algoris similiumque malorum, quibus subiacet imbecilla infantia, perducitur ad molestissimam ipsi ablactationem. Inde magistris edocendus, hoc est excruciandus, traditur, subigendusque terrore ac plagis ad litteras aut artes caeteaamque disciplinam improbo labore arripiendas. Mitto febres variosque languores, et peiora malis remedia amarissimarum potionum. Sic in robustiorem educto aetatem alius non faciliorum certaminum campus aperitur, latissime patens in curas contentionesqne solicites diversi generis: in divitiis parandis partisque tuendis, quaerenda et curanda coniuge, liberis educandis promovendis, ambiendis honoribus, commerciis miscendis, amicitiis contrahendis, invidiae petitionibus declinandis, periculis iudiciorum,

ἐχθροὺς τέσσαρας, τὸ αἷμα, τὸ φλέγμα, τὸν χυμὸν καὶ τὴν χολήν * τὰ δηλητήρια, τὰ ἰοβόλα θηρία, τὰ ἕρποντα, τοὺς λέοντας, τὸν καύσωνα τῆς νερουσίας· καὶ ἐὰν τὰ προρρηθέντα οὐ φοβηθήσῃ, κἂν τοῦ θανάτου τὴν ὥραν δεῖ φοβεῖσθαι, καὶ τὴν ἀποχώρησιν τοῦ κόσμου τούτου, τέκνων καὶ συγγενῶν καὶ φίλων καὶ ἀδελφῶν καὶ πάντων ἐλπιζομένων ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, ἔπειτα τὴν τῶν κολάσεων μνήμην. ὅστις δὲ οὐ φοβεῖται ταῦτα καὶ ἀσχοληθῇ εἰς τὸν βίον τοῦτον καὶ εἰς τὰς αὐτοῦ ἡδονὰς τὰς φθειρομένας καὶ ῥεούσας, ἄφρων καὶ ἀσύνετος καλεῖται. καὶ γὰρ ἐάν ἐστι βασιλεὺς ἐκ Θεοῦ εὐτυχέστατος καὶ πάντων

---

fraudum insidiis anxia providentia cavendis. Senescit inter haec circumferens in suis ipse visceribus ac venis hostes numquam quiescentes quatuor, sanguinem, phlegma, chymum et bilem, obsessus exterius infestis semper periculis toxicorum, viperarum, serpentum genere omni, tum leonum ferarumque rabidarum. Praetereo vaporem noxium solis ardentis, frigora hyemum ac nivium, pestilens coelum, luesque aurae tractu atque halitu vulgabiles, inundantium imbrium, tela nubium et fulminum horrores. Per has minas nusquam non intentas, si quis varie vitabundus pertingat ad decrepitam aetatem, ibi reperit cur tamdiu vixisse poeniteat. Super omnia mors ingruit incerta sui expectatione vexatis, tristissimamque a mundo, a patria domoque, a complexu carorum, a liberis, consanguineis, amicis fratribus, a spebus vitae cunctis migrationem inexorabiliter edicens; multo interim magis crucians, conscia suspicione poenarum animae mox corpore solutae luendarum ob non expiata vitae scelera. Erit ne quisquam sanae mentis his perpensis, quem huius aerumnosae ac corruptibilis vitae non taedeat? qui libenter hic sit? qui voluptatum et turpium et fugacium gustu capiatur? qui fluxis et caducis inaedificare spes ambitiosas et secure insistere non dubitet? Sit ille licet rex, sit, Dei singu-

τῶν θλιβερῶν καὶ θλίψεων ἀνώτερος καὶ πάσας τὰς ἀρετὰς κεκτημένος, ὁ βίος αὐτοῦ δὲ φθαρτὸς ὀπισθοποδεῖ αὐτὸν πανταχόθεν. καὶ εἰς ἔννοιαν ἐλθὼν τῶν τοῦ βίου πραγμάτων, εἶδον τὸν ἄνθρωπον τιμώτερον πάντων τῶν κτισμάτων καὶ αὐτὸν ἐπὶ τὰ πονηρὰ βλέποντα καὶ μὴ φροντίζοντα τῆς σωτηρίας ἑαυτοῦ διὰ τῆς τῶν αἰσθητῶν ἡδονῆς· καὶ πλήρης θαυμασίας εἶπον· ὅμοιός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἀνδρί τινι, ὅστις ἔφυγεν ἀπὸ φόβου δεινοῦ, ἐντυχὼν δὲ λάκκῳ ἔχοντι ἐν τῷ χείλει δένδρον, ἐκρεμάσθη ἐν αὐτῷ. κρατῶν δὲ κλάδους δύο τοῦ δένδρου τοῖς χερσίν, ἔθηκε τοὺς πόδας αὐτοῦ ἐν τόπῳ τινὶ τοῦ στερεωθῆναι ἐν αὐτῷ. ἦσαν δὲ ὄφεις τέσσαρες ἐκβάλλοντες τὰς ἑαυτῶν κεφαλὰς ἐκ τῶν τρωγλῶν αὐτῶν. παρακύψας δὲ κάτωθεν εἶδε δράκοντα ἀνεῳγμένον

---

lari beneficio, cunctis naturae dotibus, fortunae favoribus ornatus; vigeat valetudine, gaudeat opibus, floreat existimatione ac fama, extet alte conspicuus in arce quadam humanae felicitatis a cunctis vulgarium incommodorum protectus insultibus: feret tamen secum, quocumque ascendet, rodentem intus tineam lente grassantis exitii; et insidiantium undique calamitatum unum reperiet exitum in clade ultima, animam ipsi ac spiritum extremis angoribus extortura. — X. Post haec ingressus ego rursus in altiorem considerationem rerum, quae visuntur in hoc orbe, animadversi creaturarum omnium facile praestantissimum esse hominem; verum eumdem negligentem sui, ac propriae salutis incuriosum, illam posthabere voluptatibus sensuum. Tum sic apud me dixi: Similis est homo viro cuipiam fugienti a facie feri monocerotis, et cursu illo delato in praecipitium imminens lacui; ubi reperta ingenti arbore, conscendit in ramos eius inferiores, iisque suspensus haesit. Nidulabantur sub cavo cortice eius arboris angues quatuor, terebrantes ipsam et per foramina, quae rodendo fecerunt, capita ostentantes. Despiciens inde ad radices arboris vidit accuban-

ἔχοντα τὸ στόμα, καὶ δύο μύας, λευκὸν καὶ μέλανα, ἐσθίοντας τὰς ῥίζας τῶν κλάδων ὧν ἐκράτει. ἐν ἀπορίᾳ δὲ γενόμενος περὶ τούτων ἐζήτει πῶς δεῖ αὐτὸν ταῦτα ἀποδράσειν. ἀναβλέψας δὲ εἶδε μέλι ῥέον ἄνωθεν ἐκ τοῦ δένδρου, καὶ γευσάμενος αὐτό, ἐγλυκάνθη τῆς ἡδονῆς, καὶ ἀπελάθετο τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, καὶ οὐκ ἐμνήσθη τῶν τεσσάρων ὄφεων τῶν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, οὔτε τῶν δύο μυῶν τῶν ἐσθιόντων τὰς ῥίζας τῶν κλάδων, οὐδ᾽ ὅτι, ὅταν φάγωσιν αὐτὰς καὶ ἐκκοπῶσιν τοὺς κλάδους, πεσεῖται ἐν τῷ φάρυγγι τοῦ δράκοντος· ἀσχοληθεὶς καὶ ἐν τῇ γλυκύτητι, ἀπώλετο. εἶδον δὲ καὶ μονόκερον ζῶον ἀκολουθοῦντα τῷ ἀνθρώπῳ διὰ παντός, ὃν καὶ ὡμοίωσα τῷ θανάτῳ τῷ διὰ παντὸς

---

tem draconem immanem, vasto diductarum faucium hiantem spatio, ad se, ubi decidisset, absorbendum. Vidit et mures duos, album unum, nigrum alterum, rodere assidue illos ipsos quibus insistebat ramos, admordentes eos sine intermissione, qua parte committebantur trunco; profeceruntque arrosione continua tantum, ut plus media crassitie accisa, tenui tantum segmine, ac velut filo nutanti, ramalia illa, quae ipsum sustentabant, plantae stipiti haererent. In his miser angustis, prout par erat, aestuabat animo, solicitus quonam pacto ex tot undique ingruentibus periculis salvus evaderet. Tali cura suspiciens forte observavit, ex cacumine arboris, ubi apes favos fecerant, mel defluens stillare, quod usus opportunitate gustare coepit; tantumque illa dulcedine oblectatus est, ut oblitus circumstantium monstrorum, feri monocerotis, horribilis draconis, hydrorum quatuor, duum murium ramos, quibus sustinebatur ne in gulam draconis caderet, stirpitus succidentium, suaviter acquiesceret, avide ac secure captans superne destillantem liquorem melleum. Id dum agit, abruptis tandem ramis, decidens infelix, esca factus draconis inhiantis, interiit. In hac imagine ferus rhinoceros designat mortem pertinacissime instantem homini

ἀκολουθοῦντι καὶ συμπαραμένοντι τῷ ἀνθρώπῳ, ὃν καὶ οὐ δύναταί τις ἐκφυγεῖν, εἰ καὶ ἐν τοῖς μείζοσι πέφυκεν. τὸν δὲ λάκκον ὡμοίωσα τῷ βίῳ τούτῳ τῷ πλήρει κακίας καὶ πονηρίας καὶ δεινῆς διατριβῆς καὶ ἀπωλείας ὑπάρχοντι· τοὺς δὲ τέσσαρας ὄφεις, τοῖς τέσσαρσι χυμοῖς τοῖς τῷ ἀνθρώπῳ συνοῦσι καὶ συνιστῶσι τὸ σῶμα διὰ τῶν φαρμάκων αὐτῶν, καὶ ὅταν τις τῶν τοιούτων χυμῶν ἐπαναστῇ τῷ ἑτέρῳ, ἔοικε τῷ δράκοντι τῷ θανατοῦντι διὰ τοῦ δείγματος τὸν ἄνθρωπον. τοὺς δὲ δύο κλάδους, τὴν πρόσκαιρον ζωὴν ταύτην· καὶ τοὺς δύο μύας, τόν τε λευκὸν καὶ τὸν μέλανα, τὴν ἡμέραν τε καὶ τὴν νύκτα, αἵτινες πρὸς μικρὸν διαφθείρουσι τὴν ὠκύμορον ζωὴν τοῦ ἀνθρώπου· τὸν δὲ δράκοντα, τὸν θάνατον, ὃν οὐ δύναταί τις διαφυγεῖν κἂν εἰς οὐρανοὺς πετασθῇ· τὸ δ' ἄνωθεν τοῦ δένδρου διαρρέον μέλι, τὴν πικρὰν γλυκύτητα τοῦ βίου τούτου, τὴν πρὸς μικρὸν μὲν ἡδύνουσα τὰς τοῦ ἀν-

---

et quocumque se contulerit eum perseqnentem, nullis usquam ei tutis ab ea latebris. Lacus est vita haec misera, monstris scatens, infesta naufragiis, infamis cladibus, regio infausta lacrymarum. Rami duo suppositi pedibus, arrosi a muribus, temporariae opes et fluxae commoditates, quibus aegra mortalitas innititur. Quatuor angues sinu ipso clausi arboris, humores quatuor figurant, quorum temperie, mutuis invicem cunctorum librata certaminibus, corpus vivit. Perforant ii truncum caputque exerunt, quoties unus, supra omnes praevalens, morbos creat, interitum minans, nisi vis eius medicaminibus retusa ad temperamentum concentumque redigatur. Draco inferne accubans orcus est, quo inevitabiliter cuncti trudimur. Duorum murium candidus diem, ater noctem significat. Hae fulcra vitae subruunt, indesinenti detractione spatium vivendi minuentes. Fallaces noxiaeque voluptates, mellis supreme affluentis insidiosa stillatione adumbrantur. Haec enim perniciose mortales oblectat, avocans mentes eorum a salutis cura, affi-

θρώπου αἰσθήσεις, ἀηδῶς δὲ καὶ μετὰ πικρίας χωρίζουσαν αὐτὸν ἀπὸ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ. Καταμαθὼν δὲ ταῦτα πάντα, ἠράσθην τῆς ἐμαυτοῦ πολιτείας, καὶ μεγάλως ἠγωνίσθην τῆς ἀγαθοεργίας πρὸς τὴν ἐμαυτοῦ σωτηρίαν. καὶ στέρξας ἐν τούτοις, ὑπέστρεψα εἰς τὴν ἐμὴν χώραν, μεταγράψας καὶ βιβλία ἱκανά· ἐξ ὧν δὴ καὶ τὸ τοιοῦτον βιβλίον ὑπάρχει ἕν, ὅπερ ὠνόμασται ΣΤΕΦΑΝΙΤΗΣ ΚΑΙ ΙΧΝΗΛΑΤΗΣ.

---

xosque ipsos fluxis gaudiis, ne sempiterna sibi provideant, detinens. His ego perpensis attente omnibus, decrevi perstare contentus professione mea, magnopereque incubui ad benemerendum de indigentibus, et quoquo modo quave opera possem, inopes iuvandos; sic reputans, hanc esse debere, si ulla sit, salutis viam; speransque felicitatem, cuius innatum homini desiderium est, tali potissimum affectandum conatu. Ita composita e prius memoratis fluctuationibus mente, missus sum a rege Chosroe in Indiam; indeque in patriam redux edidi multos libros, e quibus hic unus est nuncupatus Specimen sapienliae Indorum.

VARIAE LECTIONES

I.

L. **I**, m. rec. (**B**) — 273, 2. καὶ δαδ B (Davidis filius P) — 4. ἔχων, sed γρ. ἔχοντος in marg. l. — 6. Κηλίλαι — 274, 1. πλήρης, sed ς del. l. — 2. καλουμένω, γρ. καλούμενον l. — 10. αὐτὸν, γρ. αὐτῷ l. — 13. δεηθεὶς — 276, 6. πλήρης L πλῆρις B, ς del. l. — 8. ἐκπλη | τῆς δουλείας sic, γρ. ἐκπλήσας l. — 277, 3-5. Interpol. — 5. Ἰνδῆς sic, cfr. 281, 3. 7. — 280, 9. εἰς μέγιστόν σοι φόνον (θ (sic)) ἐνέβαλλε L εἰς μέγιστόν σοι φόνων ἐνέβαλε B — 281, 1. βοηθήση L βοηθῆσι B — 3. διὰ τὸ del. — 5. ἀποκρινομένῳ, γρ. ἀποκρινομένου l. — 10. ἠδύνθη, γρ. ἠδύνθην l. — 282, 3. ὥστε, γρ. ἥτις l. — 4. σεσάλευται, γρ. σαλεύεται l. — 284, 9. ἀσουροάνον L ἀσουράνον B — 285, 3. περιμερίας sic L περημερίας B — 8. ὑπέμειν (α) L, γρ. ὑπέμεινε l. ἠπέμηνενεν B. — 287, 2. οὖσα, γρ. ὅσα l. — 288, 11-12. καὶ οὐκ...... καὶ ταῦτα om. B — 11. ἀπὸ πεμφθεὶς sic L — 289, 1. ὑπέστη — 11. ἀνάρρυσιν, γρ. ἀνεύρεσιν l. — 290, 1. ἀναφέρεται, γρ. ἀναφέρεσθαι l. — 291, 2. συμβησόμενα sic.

A. 273, 1-2. ὁ καὶ .... υἱός om. — 3. τῇ αὐτῇ — 5. δὲ om. — αὐτοῦ — 6. κηλίλε καὶ δίμνε — ὁ (sic) ἀπόκειται — 7. κεκρυμένον — πληροφορηθεὶς — 8. λαβὼν om. — 9. εἰδήμονον — 274, 2. ἰατρὸν τὴν ἐπιστήμην — Περζωὲ, ut sol. — ὅς om. — 3. ἐνώπιον τοῦ

βασιλέως — 4. λέγει pro ἔφη — μου — 5-6. τῆς γνώσεως σου — ἀνήγγειλαν δέ μου περὶ βιβλίου — 6. ὄντος καὶ.... τυγχάνοντος om. — 6-7. ὅτι μοι om. — 7. ἐπιθυμία μοι ἐγένετο τοῦ κτ. — τὴν om. — ταύτην — βίβλον om. — 7-9. διὰ τοῦτο προστάσσω σοι ἵν' ἀπέλθῃς εἰς τὴν αὐτῆς ζήτησιν, καὶ πᾶσαν σπουδὴν καὶ ἀκρίβειαν ἐνδεῖξαι εἰς τὴν ταύτης ἀνάρυσιν καὶ ἑτέρων — 10. μὴ ὑπαρχόντων ἐν τῇ ἡμετέρᾳ βασιλείᾳ — 10-11. προσέταξεν δοῦναι αὐτῷ χ. ἱ. ἕνεκεν τῆς ὁ. αὐ. καὶ τῆς χρείας αὐτοῦ — 11-13. καὶ πρὸς ἄλλο.... πλήρωσον om. — 275, 1. δὲ pro τοίνυν — 2-3. ταῖς βασιλικαῖς πόλαις διατρέχων ἐν αὐταῖς ἔν τε τῶν μεγιστάνων καὶ τῶν σοφῶν καὶ γνωστικῶν ἁπάντων — 3-4. καὶ ἀπήρχετο.... αὐτοὺς om. — 4. ἑαυτὸν ἐποίει πᾶσιν — 4-5. διὰ τῆς.... αὐτοῖς om. — 5-276, 2. καὶ ὅτι ἕνεκεν ὠφελείας καὶ διδαχῆς κατέλαβεν καὶ ἐδέετο τῆς παρ' αὐτῶν βοηθείας, τὴν δὲ ἑαυτοῦ σοφίαν ἑαυτοῖς (sic) ἀπέκρυβεν — 276, 3. τὰ δὲ om. — περὶ δὲ — καὶ τῆς ταύτης ζητήσεως om. — 5. ἔκ τε τῶν — καὶ ἰδιωτῶν — 6. ἐκ τῶν τ. ἄνθρωπόν τινα — 7. κατ' αὐτὸν — τὴν αὐτοῦ πίστιν — 8. ἐν τοῖς μ. — 8-9. καὶ ἐπιτήδειον τὸ ἐκπληρῶσαι τὰ τῆς ἐπιθυμίας — 9. ἀνήγγειλεν αὐτῷ δι' οὗ παραγέγονεν — 10. καὶ ποιεῖν ἐξόδους ἱκανάς — 277, 3. οὐ οὐκ — καὶ γὰρ ὁ — ἐκ τῶν — 4. γνωρίζει τὰ τοῦ ὁμιλοῦντος πρὸς αὐτὸν — 5. δὲ ταῦτα ὁ 'Ινδὸς — 6-7. ἐλήλυθας· ἔγνωκα γὰρ ἐκ πρώτης ὁμιλίας σου, ἀλλ' οὐκ ἠβουλήθην — 8. περὶ τούτων om. — 8-278, 1. διὰ τὸ μᾶλλον πειραθῆναί με ἐν τῇ σοφίᾳ καὶ γνώσει καὶ παιδεύσει σου — 278, 1. τὰ τελέσματα om. — 2. ἤρξω — περὶ τούτων om. — 3. ἐπὶ τούτῳ — 4. συλήσων — 5-279, 1. σου. ἀλλ' οὖν τὰ τῆς ὑπομονῆς σου καὶ προθυμίας ἰδὼν — 279, 2. ὅμοιον om. — 3. καὶ παιδεύσεως om. — 3-4. κρύπτειν τὰ ἑαυτοῦ μυστήρια καλῶς, καὶ ὅτι ἐν — 4-5. καὶ βασιλείᾳ ξένῃ (sic) καὶ ἐν — 5. ἑαυτῶν — καὶ γὰρ ὁ νουνεχὴς — 6. εἴδει (εἴδεσι con. Auriv.) τῶν ἀρετῶν — 8. τρίτον ἐκ τοῦ — τοὺς βασιλεῖς — ἑαυτῶν — 9. φανερεῖν — 10-11. διατρίβειν τὰς βασιλικὰς πόλας — 11-12. ἅπαντας

τοὺς τοῦ — 280, 1. καὶ μὴ κοινωνεῖν αὐτὰ om. — τῶν κακοηθῶν ἀνδρῶν καὶ ἑτέρων· ἕβδομον — 2. γλῶσσαν καὶ τὸ μὴ — 2-3. ἀφελῆ καὶ βλαβερὸν λόγον — 3-4. ἀποκρίνεσθαι ἐν ἀγωγῇ περὶ ὧν οὐκ ἐρωτᾶται, καὶ ὁ — 5. ἔσται ἁπάσης — 7. καὶ αὗται αἱ ὀκτὼ — τῷ om. — σοι — ἐπιτυχεῖν om. — εἰς ὁ (sic) ποθεῖς καὶ ζητεῖς — 8-9. πλὴν ὁ (sic) ζητεῖς ἐνέβαλέν με εἰς φόβον μέγαν — 9-281, 1. ἐστι δὲ δυσεπίτυχον, ἀλλὰ θεοῦ τὴν ἐπικουρείαν αἰτησόμεθα. μαθὼν δὲ — 281, 3. Ἰνδῷ — καὶ ὅτι καθαρά — 3-5. πρὸς αὐτὸν, καὶ ὅτι οὔτε ἐκάκησεν αὐτὸν οὔτε κακόν τι πρὸς αὐτὸν ἐφθέγξατο — 6. θάρσος ὅτι τύχῃ τῆς ἐπιθυμίας — 7. Ἰνδός· ἔστησά σου — 8-9. παγίδας πολλὰς τοῦ συλῆσαι λόγον ἀπὸ σοῦ. καὶ κατέλαβον ἀπὸ τῶν μικρῶν σου ῥημάτων — 10. μεγάλως ἠρέσθην εἰς τὴν σὴν γνῶσιν καὶ παίδευσιν — 282, 1. γὰρ om. — τι om. — προτεθῇ μυστήριον — αὐτῷ om. — 2. παθόντος — 3. ἑαυτοῦ — 3-5. πέτραν στερεὰν ἣ κατεύη ἡ βροχὴ καὶ οὐκ ἐσάλευσεν, ἢ ἐπὶ ὄρος ἀσάλευτον ὃ παρ' ἀνέμων οὐ σαλεύεται. ἀλλ' οὐ γὰρ ὑπάρχει — 5-6. κρεῖττον τῆς καθαρᾶς ἀγάπης — 6. αὐτὴν — 7. καὶ om. — αὐτοῦ om. — πρώτη — 283, 1. ἡ τῆς παιδεύσεως — τοῦ φυλάττειν τὰ μυστήρια, εἰ τάχα καὶ — 2. ὁπότ' ἂν ῥηθῇ μυστήριον ἐν δυσὶν ἀνθρώποις — 3. καὶ ὅταν — πᾶσιν — 4. καὶ ὥσπερ νέφος ἐσκορπισμένον ἐστίν — δὴ om. — 6. ἀναγκαῖόν ἐστι om. — 6. ὁπότ' ἂν — 7. φανῇ, ἀπώλειά μου ἐστὶ τελεία, καὶ τότε οὔτε — 9. καὶ om. — κολάζων — πράγματος μή τοίγε τοιαύτου — 10-13. οἱ φιλόσοφοι μεγάλως ἐπῄνεσαν του κρύπτοντα τὸ μυστήριον τοῦ ἑαυτοῦ φίλου εἰ τάχα καὶ ἐπώδυνον καὶ ἐπικίνδυνον καὶ ἐπιζήμιόν ἐστι. οὕτως θαρρῶ κἀγὼ καὶ ἐλπίζω ἀπό σου τέλος τῆς ἐμῆς δουλείας, διὰ τὸ φανερῶσαί με τὸ μυστήριόν μου πρός σε. καὶ γὰρ — 14. εἰ καὶ μετὰ φόβου καὶ κόπου ἐκπληροῖς μοι τὴν ἐπιθυμίαν μου. πλὴν — 15. ὅτι οὐ μὴ ἀβλαβὴς ἔσῃ ἐξ ἐμοῦ — 284, 1. τι om. — ἰδοὺ om. — 1-4. ἐλπίζω οὐ μὴ γνωσθῇ διότι ἐγὼ ἀπέρχομαι, σὺ δ' ἐνταῦθα μένεις. καὶ ἀναμεταξὺ ἡμῶν ἄλλος οὐχ ὑπάρχει εἰ μὴ μόνος ὁ τὰ πάντα ὁρῶν ὀφθαλμὸς καὶ ἀποδημοῦντός μου ἔσῃ ἄφοβος —

4. Ἰνδὸς — 5-8. ποιήσας ἐν αὐτοῖς χρόνον ἱκανὸν ἐν κόπῳ καὶ ἐγρηγόρσει καὶ δαπανήσας πάντα ὅσα δὴ καὶ ἐκέκτητο καὶ τὸ σῶμα κατατήξας διὰ τὸν τοῦ βασιλέως — 8. ἐπλήρωσε — ἕτερα — βιοφελῆ om. — 9. Ἀνασουράνον om. — τε om. — 10. κόπον, ὅτι ἐπλήρωσε τὴν αὐτοῦ δουλείαν καὶ τὴν τοῦ βασιλέως πρόσταξιν — 10-285, 1. περαιώσας τὸ αὐτοῦ καταθύμιον om. — 285, 1. καὶ om. — ἐγένετο — 2. καὶ αὐτίκα — 2. χρήματα ἱκανὰ - 3. ταχέως ἐλθεῖν — 3-4. μήπως συμβῇ αὐτῷ διὰ τὴν μακροημερίαν ἐναντίον τι καὶ ὑστερηθῇ τοῦ ζητουμένου ἐρετοῦ — 4. δὲ τῷ θεῷ — 5. δωρησαμένῳ om. — 6-8. καὶ αὐτῷ ἀνταμείψεσι (ἀνταμείψασθαι, vel rectius ἀνταμείψας. Auriv.) καὶ τιμὰς πολλὰς καὶ μεγίστας καὶ τὴν λογοθεσίαν περὶ ὧν κόπων ὑπέμεινεν. ἀναγνοὺς — 9. αὐτοῦ om. — Περσίαν — 10. ὁδόν om. — ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς — αὐτὸν om. — ἐδέξατο — 11. Εἶτα λέγει — 12. χαῖρε — 12-14. καὶ γὰρ πάντα τὰ ὑποσχεθέντα σοι παρ' ἐμοῦ δωρούμεθά σοι καὶ πλέον τούτων ἕξεις ὑπὲρ τοῦ κόπου οὗ ὑπέστης. εὐθὺς κελεύει αὐτὸν ἀναπαυθῆναι ἐπὶ ἡμέρας ἑπτὰ — 14-15. οἴκοι καταμένειν καὶ ἀνάπαυλαν γενέσθαι τῶν κόπον αὐτοῦ om. — 15-286, 1. καὶ μετὰ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας προσκαλεσάμενος — 286, 1-2. σύγκλητον αὐτοῦ καὶ πάντα τὸν λαὸν — 3. ἀνεγνώσθησαν ἐνώπιον πάντων. ἀκούσαντες δὲ — 4. τὴν φιλοσοφίαν καὶ τὴν γνῶσιν καὶ παίδευσιν — 5-8. γλώττης τῶν ἀλόγων ζώων καὶ τῶν πετεινῶν ἐλάλησεν, εὐχαρίστησαν τῷ βασιλεῖ τοῦ προνοησαμένῳ αὐτοῖς τὴν τοιαύτην γνῶσιν, ὁμοίως καὶ τῷ Περζωὲ εὐχαρίστησαν διὰ τοὺς ἑαυτοῦ κόπους πόνους τε καὶ μόχθους. 8-287, 1. κελεύει τοίνυν ὁ βασιλεὺς ἀνεωχθῆναι τὰ χρήματα τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα, τά τε τῶν μαργαριτῶν καὶ — 287, 1. αὐτοῦ om. — 2. καὶ τῶν λοιπῶν om. — Εὐθὺς δὲ μεθ' ὅρκου — 2-5. αὐτὸν λαβεῖν ὅσα βούλεται καὶ ποθεῖ. προσκυνήσας οὖν ὁ Περζωὲ τὸν βασιλέα καὶ πολυχρονίσας αὐτὸν εἶπεν — 5. ὁ χαρισάμενός σε om. — 5-7. ἔνδοξε βασιλεῦ, ἐχαρίσατό σοι ἐν τῷ νῦν αἰῶνι μεγίστην δόξαν ἀξιώσῃ σε δὲ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. ἐγὼ δὲ — 7-8. οὐ χρείαν ἔχω περὶ τῶν τοιούτων τοῦ κό-

τοὺς τοῦ — 280, 1. καὶ μὴ κοινωνεῖν αὐτὰ om. — τῶν κακοηθῶν ἀνδρῶν καὶ ἑτέρων· ἕβδομον — 2. γλῶσσαν καὶ τὸ μὴ — 2-3. ἀφελῆ καὶ βλαβερὸν λόγον — 3-4. ἀποκρίνεσθαι ἐν ἀγωγῇ περὶ ὧν οὐκ ἐρωτᾶται, καὶ ὁ — 5. ἔσται ἀπάσης — 7. καὶ αὗται αἱ ὀκτὼ — τῷ om. — σοι — ἐπιτυχεῖν om. — εἰς ὁ (sic) ποθεῖς καὶ ζητεῖς — 8-9. πλὴν ὁ (sic) ζητεῖς ἐνέβαλέν με εἰς φόβον μέγαν — 9-281, 1. ἐστι δὲ δυσεπίτυχον, ἀλλὰ θεοῦ τὴν ἐπικουρείαν αἰτησόμεθα. μαθὼν δὲ — 281, 3. Ἰνδῷ — καὶ ὅτι καθαρά — 3-5. πρὸς αὐτὸν, καὶ ὅτι οὔτε ἐκάκησεν αὐτὸν οὔτε κακόν τι πρὸς αὐτὸν ἐφθέγξατο — 6. θάρσος ὅτι τύχῃ τῆς ἐπιθυμίας — 7. Ἰνδός· ἔστησά σου — 8-9. παγίδας πολλὰς τοῦ συλῆσαι λόγον ἀπὸ σοῦ. καὶ κατέλαβον ἀπὸ τῶν μικρῶν σου ῥημάτων — 10. μεγάλως ἠρέσθην εἰς τὴν σὴν γνῶσιν καὶ παίδευσιν — 282, 1. γὰρ om. — τι om. — προτεθῇ μυστήριον — αὐτῷ om. — 2. παθόντος — 3. ἑαυτοῦ — 3-5. πέτραν στερεὰν ἣ κατεύη ἡ βροχὴ καὶ οὐκ ἐσάλευσεν, ἢ ἐπὶ ὄρος ἀσάλευτον ὃ παρ' ἀνέμων οὐ σαλεύεται. ἀλλ' οὐ γὰρ ὑπάρχει — 5-6. κρεῖττον τῆς καθαρᾶς ἀγάπης — 6. αὐτὴν — 7. καὶ om. — αὐτοῦ om. — πρώτη — 283, 1. ἡ τῆς παιδεύσεως — τοῦ φυλάττειν τὰ μυστήρια, εἰ τάχα καὶ — 2. ὁπότ' ἂν ῥηθῇ μυστήριον ἐν δυσὶν ἀνθρώποις — 3. καὶ ὅταν — πᾶσιν — 4. καὶ ὥσπερ νέφος ἐσκορπισμένον ἐστίν — δὴ om. — 6. ἀναγκαῖόν ἐστι om. — 6. ὁπότ' ἂν — 7. φανῇ, ἀπώλειά μου ἐστὶ τελεία, καὶ τότε οὔτε — 9. καὶ om. — κολάζων — πράγματος μὴ τοίγε τοιαύτου — 10-13. οἱ φιλόσοφοι μεγάλως ἐπῄνεσαν τον κρύπτοντα τὸ μυστήριον τοῦ ἑαυτοῦ φίλου εἰ τάχα καὶ ἐπώδυνον καὶ ἐπικίνδυνον καὶ ἐπιζήμιόν ἐστι. οὕτως θαρρῶ κἀγὼ καὶ ἐλπίζω ἀπό σου τέλος τῆς ἐμῆς δουλείας, διὰ τὸ φανερῶσαί με τὸ μυστήριόν μου πρός σε. καὶ γὰρ — 14. εἰ καὶ μετὰ φόβου καὶ κόπου ἐκπληροῖς μοι τὴν ἐπιθυμίαν μου. πλὴν — 15. ὅτι οὐ μὴ ἀβλαβὴς ἔσῃ ἐξ ἐμοῦ — 284, 1. τι om. — ἰδοὺ om. — 1-4. ἐλπίζω οὐ μὴ γνωσθῇ διότι ἐγὼ ἀπέρχομαι, σὺ δ' ἐνταῦθα μένεις. καὶ ἀναμεταξὺ ἡμῶν ἄλλος οὐχ ὑπάρχει εἰ μὴ μόνος ὁ τὰ πάντα ὁρῶν ὀφθαλμὸς καὶ ἀποδημοῦντός μου ἔσῃ ἄφοβος —

4. Ἰνδὸς — 5-8. ποιήσας ἐν αὐτοῖς χρόνον ἱκανὸν ἐν κόπῳ καὶ ἐγρηγόρσει καὶ δαπανήσας πάντα ὅσα δὴ καὶ ἐκέκτητο καὶ τὸ σῶμα κατατήξας διὰ τὸν τοῦ βασιλέως — 8. ἐπλήρωσε — ἕτερα — βιοφελῆ om. — 9. Ἀνασουράνον om. — τε om. — 10. κόπον, ὅτι ἐπλήρωσε τὴν αὐτοῦ δουλείαν καὶ τὴν τοῦ βασιλέως πρόσταξιν — 10-285, 1. περαιώσας τὸ αὐτοῦ καταθύμιον om. — 285, 1. καὶ om. — ἐγένετο — 2. καὶ αὐτίκα — 2. χρήματα ἱκανὰ - 3. ταχέως ἐλθεῖν — 3-4. μήπως συμβῇ αὐτῷ διὰ τὴν μακροημερίαν ἐναντίον τι καὶ ὑστερηθῇ τοῦ ζητουμένου ἐρετοῦ — 4. δὲ τῷ θεῷ — 5. δωρησαμένῳ om. — 6-8. καὶ αὐτῷ ἀνταμείψεσι (ἀνταμείψασθαι, vel rectius ἀνταμείψας. Auriv.) καὶ τιμὰς πολλὰς καὶ μεγίστας καὶ τὴν λογοθεσίαν περὶ ὧν κόπων ὑπέμεινεν. ἀναγνοὺς — 9. αὐτοῦ om. — Περσίαν — 10. ὁδόν om. — ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς — αὐτὸν om. — ἐδέξατο — 11. Εἶτα λέγει — 12. χαῖρε — 12-14. καὶ γὰρ πάντα τὰ ὑποσχεθέντα σοι παρ' ἐμοῦ δωρούμεθά σοι καὶ πλέον τούτων ἕξεις ὑπὲρ τοῦ κόπου οὗ ὑπέστης. εὐθὺς κελεύει αὐτὸν ἀναπαυθῆναι ἐπὶ ἡμέρας ἑπτὰ — 14-15. οἴκοι καταμένειν καὶ ἀνάπαυλαν γενέσθαι τῶν κόπον αὐτοῦ om. — 15-286, 1. καὶ μετὰ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας προσκαλεσάμενος — 286, 1-2. σύγκλητον αὐτοῦ καὶ πάντα τὸν λαὸν — 3. ἀνεγνώσθησαν ἐνώπιον πάντων. ἀκούσαντες δὲ — 4. τὴν φιλοσοφίαν καὶ τὴν γνῶσιν καὶ παίδευσιν — 5-8. γλώττης τῶν ἀλόγων ζώων καὶ τῶν πετεινῶν ἐλάλησεν, εὐχαρίστησαν τῷ βασιλεῖ τοῦ προνοησαμένῳ αὐτοῖς τὴν τοιαύτην γνῶσιν, ὁμοίως καὶ τῷ Περζωὲ εὐχαρίστησαν διὰ τοὺς ἑαυτοῦ κόπους πόνους τε καὶ μόχθους. 8-287, 1. κελεύει τοίνυν ὁ βασιλεὺς ἀνεωχθῆναι τὰ χρήματα τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα, τά τε τῶν μαργαριτῶν καὶ — 287, 1. αὐτοῦ om. — 2. καὶ τῶν λοιπῶν om. — Εὐθὺς δὲ μεθ' ὅρκου — 2-5. αὐτὸν λαβεῖν ὅσα βούλεται καὶ ποθεῖ. προσκυνήσας οὖν ὁ Περζωὲ τὸν βασιλέα καὶ πολυχρονίσας αὐτὸν εἶπεν — 5. ὁ χαρισάμενός σε om. — 5-7. ἔνδοξε βασιλεῦ, ἐχαρίσατό σοι ἐν τῷ νῦν αἰῶνι μεγίστην δόξαν ἀξιώσῃ σε δὲ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. ἐγὼ δὲ — 7-8. οὐ χρείαν ἔχω περὶ τῶν τοιούτων τοῦ κό-

σμου χρημάτων· ἀρκεῖ γάρ μοι ἡ δοθεῖσα μοι — 9. Ἀλλ᾽ οὖν διὰ τὸ σοὶ ἀρέσαι αἰτοῦμαι στολὴν μίαν — 288, 1. λαβεῖν om. — 1-2. ἵνα ἐν αὐτῇ δοξασθήσομαι ἐν πάσῃ τῇ συγγενείᾳ μου — 2. λαβὼν δὲ ἐκ τῶν βασιλικῶν ἱματίων εὐχαρίστησε — 3. καὶ εἶπεν — εἰς τοὺς αἰῶνας ζῆθι, βασιλεῦ — 4. παρά σοῦ δοθέντας — 5. δοθῇ — 6. τῇ σῇ — σου om. — 6-7. μεγάλῳ θεῷ — 7. διάγειν σε — 7-8. πλὴν μίαν μικρὰν αἴτησιν ἔχει ὁ δοῦλός σου παρὰ τῆς σῆς βασιλείας λαβεῖν, καὶ αὕτη — 9. ἐστὶ om. — λέγει οὖν — 10. μοι om. — 10-14. τὸ αἴτημά σου παρ᾽ ὁποῖον ἐμοί, καὶ γὰρ δώσω σοι ἄχρι τοῦ ἡμίσους τῆς βασιλείας μου διὰ τὸν κόπον ὃν ὑπέστης εἰς τὴν ἡμετέραν δούλευσιν. Λέγει αὐτῷ ὁ Περζωέ — 14-15. τὸν ἄξιον μισθὸν ἀποδώσῃ σοι, ὅτι — 15. καὶ om. — 15-289, 1. με εὐεργέτησας καὶ δέομαι ἵνα πληρώσεις τὴν σὴν εὐεργεσίαν πρὸς τὸν σὸν δοῦλον καὶ προστάξεις τὸν υἱὸν Παχτηκή, ἵνα τὴν ἐμὴν πράξιν καὶ ὀνομασίαν ἐν ταῖς πίναξι γράφει καὶ ἅπαντα τὰ συμβάντα μοι, καὶ ὅνπερ ὑπέστην κόπον εἰς τὴν τοιαύτην δουλείαν, καὶ θήσῃ τὸν πίνακα τὸν ἔχοντα τὴν ἐμὴν ἀναφορὰν ἐν ταῖς πίναξι — 289, 2. τεθήσεσθαι om. — κηλίλε — 3. αὐτῷ — καὶ μετὰ τοῦ θανάτου μου ἔσται εἰς δόξαν ἐμὴν καὶ — 5. αὐτοῦ τὰ ῥηθέντα παρὰ τοῦ Περζωὲ, ἐθαύμασαν τὴν αὐτοῦ νουνεχῆ — 6. ἐν τῷ νῦν αἰῶνι μένουσαν — 7. γενήσεται — 10. τὴν εὐγνωμοσύνην τοῦ Περζωὲ τὴν πρὸς ἡμᾶς, καὶ τοὺς — 11. οὓς ὑπέστη εἰς τὴν ἀνάρυσιν τῶν τοιούτων βιβλίων — 12. καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν — καὶ ἠβουλήθην ἀνταμείψασθαι αὐτὸν — 13. ἐκ τῶν τοῦ κόσμου χρημάτων — ἀλλ᾽ οὖν — 14-290, 7. ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ βιβλίου τούτου καὶ μνημονεῦσαι πάντα τὰ πεπραγμένα ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀπ᾽ ἀρχῆς μέχρι τέλους· διὰ τοῦτο ἐπαίνεσον αὐτὸν, κατὰ τὴν σὴν δύναμιν, καὶ ἐν τῷ ἐγκωμιάσαι αὐτόν σε, εἰς σε τὸ ἑαυτοῦ ἐγκώμιου ἀναστρέφεται καὶ κοινωνὸς ἔσῃ εἰς τὴν τούτου ἀνάμνησιν. καὶ τοῦτο ποιήσας, ὑπόμνησον ἡμᾶς, ὅπως συνάξομεν τὴν σύγκλητον καὶ ἀναγνωσθήσεται ἐνώπιον πάντων, ἵνα γνώσωσι — 290, 7. τε om. — 7-8. τὴν παρ᾽ ἡμῶν πρὸς αὐτὸν — 8. ὁ Περζωὲ — 9. ὅτι ταύτης — τε om. τετύχηκεν — 10. προσκυνήσας — καὶ om.

— εὐχαρίστησεν — ἐξῆλθεν om. — 10-11. Ἐξελθὼν δὲ ὁ Π. — 11. τὸν πίνακα καὶ ἀναφέρειν ἐν αὐτῷ πάντα — 12. τῆς μαθήσεως καὶ τῆς — 291, 1. αὐτοῦ, μέχρις ὥρας ἧς ἀπεστάλη — τὴν om. — 2. συμβάντα — 2-6. αὐτῷ εἰς τὴν τοιαύτην δουλείαν, κατὰ δὲ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ἐπήνεσεν αὐτόν· φανερὸς δὲ ἐγένετο ἅπασι τοῦ Περζωὲ ὁ ἔπαινος, ὡς καταφρονήσας τὰ πρόσκαιρα καὶ ἐπιποθήσας τὰ μέλλοντα. καὶ πληρώσας πάντα ὑπέμνησεν τῷ βασιλεῖ περὶ τούτων καὶ ὅτι ὡς προσετάγη ἔγραψεν τὰ περὶ τὸν Περζωέ. καὶ προσκαλεσάμενος — 6-7. τοὺς αὐτοῦ ἄρχοντας — 7. καὶ τοὺς σοφοὺς καὶ τοὺς ἐνδόξους ὁμοίως καὶ τὸν Π. — 7-8. ὑπάρχοντος καὶ τοῦ Π., ἀνεγνώσθησαν τὰ γραφέντα — 9. ἐνώπιον om. — γενόμενος ὁ βασιλεὺς — 9-10. οἱ παρόντες ἐπὶ τοῖς γραφεῖσιν παρὰ τοῦ Παρζετζεμχὰρ, καὶ λίαν θαυμάσαντες τὴν τούτου γνῶσιν καὶ σοφίαν — 11-292, 2. πῶς ἐγκωμίασε τὸν Περζωὲ κατὰ τὴν τάξιν ἀψευδῆ. ὁμοίως καὶ ὁ βασιλεὺς εὐχαρίστησεν αὐτῷ καὶ προσέταξεν δοῦναι αὐτῷ τινας χάριτας — 292, 2. χρυσοῦ — 3. γε om. — τῷ Π. — 4. καὶ δοξάσας τὸν βασιλέα, εἶπεν — 4-5. τὸν αἰῶνα — 5. ὑπὲρ οὗ τετίμηκάς με — 6. με om. — τοῦ ἀναφέρεσθαι τὸ ὄνομά μου — 7. συστάσεως τοῦ κόσμου τούτου — 7-8. ὅθεν καὶ.... παρόντι αἰῶνι om. — 8. καὶ τῆς — 9. μετὰ πολλῆς χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης. ὁμοίως καὶ τὸν Παρζετζεμχὰρ ἀνταμείψεται ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἐμοῦ. ἡ γὰρ γλῶσσα — 10-11. ἀδυνατεῖ εἰς τὴν ἡμῶν εὐχαριστίαν καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν ἔστω μεθ' ἡμῶν, ἀμήν.

II.

L. (B). — 293. 2. τὰ αὐτῶν, γρ. αὐτῆς L. — 4. ἐκθέμενοι, ἴσως (sic), ἐκθεμένη L. — 294, 1. πολὺ τιμιώτερα — 9. γινώσκον B. — ἀναγινώσκει — 12. διάγνωσις καὶ διάγνωσις — 296, 10. ἵνα μὴ....

θησαυρόν om. — 12. μηδεὶς ἐξ ὑμῶν — 15. ἐκ τῆς ὑμετέρας σοφίας sic — 298, 2 *** L. (in marg.): μηδὲν ὠφεληθῇς. εἰ μὴ κόπους | καὶ πόνους καὶ ἀγῶνας. οὕτω δὴ λοιπὸν | γινώσκοντα τὸ βιβλίον τοῦτο γνω | κρυπτῷ ἑρμηνείαν αὐτ τότε | ἑτέρου λόγου. εἰ γὰρ μὴ γνω | τὴν δῦΧ οὐδεμίαν ὠφέλειαν | ἐκ τοῦ φανεροῦ λόγου. B: μηδὲν ὀφεληθῇς, ἤμει κόπους καὶ πόνους καὶ ἀγόνας. Οὕτω δεῖ λιπὸν οἱ ἀναγηνώσκοντες τῷ βιβλίῳ τοῦτῳ. γνῶνε τὴν κρήπτω ἑρμηνήαν αὐτῷ. καὶ τῷ τε καὶ ἑτέρου λόγου. εἰ γὰρ μὴ γνῶναι τὴν σὴν οὐδεμίαν ὠφέληαν ὁ ἐκ τοῦ φαναιροῦ λόγου. — 4-5. κίτρινον, in marg. πυῤῥόν, ἢ Κρόκινον l. — 10. κίτρινος, in marg. κρόκινος l. — 299. 4. ἐρέθη, in marg, ἐῤῥέθη l. — 9. Λέγεται γὰρ ὡς ἐῤῥέθη sic — 305, 2. κἂν σκέπην, in marg. οὔτε σκέπην, ἢ κάλυμμα, ἢ πῶμα, ἢ ἐπίθημα. — 8-9. ἐγέμησεν... βαστάσαι αὐτόν om. — 11. Lac., cfr. Possin.

A. — 293, 3. τεχνουργεύματα — 4. πετεινῶν, καὶ ποιήσαντες αὐτῶν καταλόγων, ὅπως γένηται — 5. τοῖς ἄφροσι δὲ καὶ ἀπαιδεύτοις ὡς ἐμέ — 6. καὶ ἄλλοις τοῖς β. — 7-8. μανθάνειν καὶ εἰς τέλος ἐκπιθίζειν. ὅταν δὲ τοῖς νομίμοις ἡλικίας γίνονται κυβερνήσωσιν — 9-294, 3. θησαυρούς, καὶ ἔσεται αὐτοῖς ἀντὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου. ὥσπερ γάρ τις εὑρεῖ τὸν θησαυρὸν τῶν γονέων αὐτοῦ, ὃν ἐθησαύρισαν λόγου αὐτῶν, ἵνα μὴ ἐνδεεῖς γίνονται ἑτέρου, μήτε μοχθῶσιν. ἢ γὰρ — 294, 3. καὶ ἡ ῥίζα — 4-7. παρὰ σοφῶν καὶ γνωστικῶν. καὶ δέον ἐστὶ τὸν ἀναγινώσκοντα τὸ παρὸν βιβλίον γνῶναι τὴν δύναμιν — 7-9. τοῦ λόγου αὐτοῦ, καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἐγράφη ἓν καθ' ἓν κεφάλαιον καὶ μὴ παρατρέχειν — 9-295, 1. γινώσκειν ἀκριβῶς τὰ ἀναγινωσκόμενα, μηδὲ ἀγνοεῖν τὸν ἐγκείμενον τοῖς τρόποις νοῦν. καὶ ζημιωθήσεται καὶ γενήσεται ἡ τούτου ἀνάγνωσις καὶ ἀνωφελής. καὶ ὁμοιωθῇ — 295, 2. καὶ om. — εὑρὼν δὲ — 2. σκεῦος πλήρη — 3-5. π. καὶ ἐξετάσω σοφὸν ἄνθρωπον καὶ ἐρῶ ἀὐτὸν πῶς τὸ θ. τοῦτον καὶ τίνι τρόπῳ πρὸς τὸν ἐμὸν οἶκον δυνήσομαι φέρειν — 5-6. εἰς τὴν ἀφροσύνην αὐτοῦ εἶπεν· οἴ μοι οἴαν — 7-9. καὶ γὰρ τὸ τοιοῦτον ὁ ἄθλιος εἰ

ἐπραξάμην, μερίδιον ὁ ὁδηγήσας με ἐξ αὐτοῦ ἐζήτησεν· οὐχὶ κρεῖττόν ἐστι ἐμὲ μόνον ταῦτα φυλάξαι, ἢ μετὰ ἄλλου τινὸς μοιρᾶσαι; πορευθεὶς οὖν οὗτος ὁ μωρὸς — 10. καὶ τῷ ἰδίῳ ἀναισθήτῳ — 11. ἐξ ἔθους om. — καὶ εἶπεν αὐτοῖς — 13. ὅπου θέλεις πορευθῶμεν — 14. παρέβαλεν ἐκ τῶν ὠμοφόρων — καὶ ἐπορεύθη — 14-15. μετ' αὐτῶν ἔνθα ἦν ὁ θησαυρὸς — 15-296, 1. ὃν ὁ προρηθεὶς εὗρεν ἄφρων ἄπληστος καὶ πλεονέκτης ἀνήρ. Εὐθέως οὖν ἀνοίξας τὸν θησαυρὸν ἐκεῖνον ἔφη· δεῦτε, φίλοι, καὶ π. — 296, 2. ἐκ τοῦ χρυσοῦ — 3. βαστάσαντες αὐτὰ — ταῦτα πάντα om. — ἔνδοθεν τοῦ οἴκου εὐρυχωρίας — 4-5. ἀνοήτου ἀνδρὸς ἀκούσαντες — 5-7. μεγάλῃ λέγοντες· εὖ ἂν ἔχει, ἡδέως τὸ προσταχθὲν ποιήσομεν. καὶ εὐθέως ἔπλησαν τοὺς σάκκους — 7. τε om. — 8. λίθων. εἶτα εἶπον — ἐκείνῳ ἀνδρὶ — 10. συμβουλίας — 11-13. αὐτοὺς ἔφη· κἀγὼ διὰ τοῦτο ἤνεγκα ὑμᾶς ἐνθάδε, ἵνα μή τι ἐξ αὐτῶν ἀπόλλυται. οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· κύριε — 13-16. τις om. — 14. θεωρήσει τις ἢ γνωρίσει καὶ ἀπολέσομεν ταῦτα πάντα τὰ ἀγαθά. ἀλλὰ μᾶλλον — 16. εἰς τὸν οἶκόν σου — 297, 1. ὅθεν ἐξῆλθεν om. — τοῦ θησαυροῦ ἕως ἂν — πάλιν — 2-3. ὑποστρέψομεν πρὸς σὲ μετὰ σπουδῆς. καὶ ἤρεσεν ἡ βουλὴ αὐτῶν τῷ ἀνοήτῳ ἀνδρὶ ἐκείνῳ, καὶ εἶπεν — 3. καὶ om. — οὕτως — 4. εἷς ἕκαστος — πεπληρωμένου — 5. λίθων πολυτελῶν καὶ ἐπορεύθη ἕκαστος ἔνθα ἠβουλήθη. οὐδεὶς δὲ ἐξ αὐτῶν ἀπῆλθεν εἰς τὸν τοῦ μωροῦ οἶκον. Ἑσπέρας — ἤδη om. — 6-7. γενομένης, στραφεὶς ὁ μωρὸς ἐκεῖνος μετὰ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης εἰς τὸν ἑαυτοῦ οἶκον, λέγει — 8. ποῦ κατέθηκας om. — 9. ὅπως ἴδωμεν om. — μή πώς τι — ἔκλειψαν ἢ ἐνοσφίσαντο — 10. εἶπεν — 10-11. λέγεις — 11-12. ἡ δέ· ἤκουσα ἔκ σου ἅπερ οὐδὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου εἶδον, οὐδὲ ταῖς — 13. εἶπε αὐτῇ — 14. πλέον — 15. κύριέ μου, ἢ τί σοι ἐρῶ περὶ τούτου, ἀγνοῶ — 16. ἔγνωσεν — 298, 1-3. ὑπελείφθη ὁ οἶκος τοῦ ἀνοήτου καὶ ἀπλήστου κενὸς καὶ ἄπρακτος. Ἄνθρωπος δὲ ἐζήτει — 4. τινὰ om. — βαστάζων καὶ — 5. ᾐτήσατο αὐτῷ — 6. ταύτην. καὶ om. — λαβὼν δὲ τὸ — 7-8. ἀνερμηνεύτως

ἤρξατο δὲ καθέζεσθαι μετὰ τῶν ἀνθρώπων δοκῶν ἐν ἑαυτῷ μεμαθηκέναι τὴν λέξιν — 9. μετ' αὐτῶν om. — ὦ τάν, ἔσφαλες — ὦ φίλε om. — 10. ἔσφαλεν — 10-299, 1. οὕτω γὰρ δεῖ τὸν — 299, 1. ὅπως νοεῖ τὰ ἀναγινωσκόμενα — 2-4. καὶ.... ζήτησιν om. — 4. Λέγεται γὰρ ὅτι ὁ ά. — 5-6. τὴν γνῶσιν καὶ τὴν παίδευσιν — 6. καθαίρουσιν τὸν νοῦν καὶ λαμπρὸν ἀπεργάζονται, ὥσπερ — 7. ὁ φωτίζων — παιδεία ὑψοῖ — 9. παρά — 10-11. ἔξυπνος γενόμενος εἶπεν — 11. τοῦτον συνάξαι ἅπερ — 300, 1. πηδήσας — αχαρῆ — 2. ποιήσω — 3. πάντα ἀπέδρασεν — ὁ δὲ ἀναστὰς ἀπὸ — 4. ἔγνωσεν ὅτι — 5. μὴ πράξαι αὐτὸν κατὰ τὴν ὥραν — 5-6. καὶ πρᾶξαι... κλέπτην om. — 6. τὸ δένδρον καὶ ἡ π. — 7. αὐτῆς om. — οὕτως — τῆς ἐξ αὐτῆς om. — 8. τοῦ μαθεῖν αὐτήν, πάνυ καλόν. εἰ δὲ — 8-9. ζητεῖ — 9. τις ἄνθρωπος — ὁδὸν ἐπίφοβον — 10-11. καὶ κακίσουσιν ἅπαντες τὴν — 11. καὶ ὡμοίωται — 11-12. τῷ θελήματι αὐτοῦ καὶ τῇ αὐτοῦ μωρίᾳ καὶ — 12-13. γνώσεως. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἀσθενὴς ὁ ἰδὼν τῶν βρωμάτων τὸ βλαβερὸν καὶ τὸ ἀβλαβές, καὶ νικᾶται παρὰ τῆς — 301, 1. καὶ ἀκορεσίας καὶ ἐσθίει — ψεγήσεται παρὰ — 2-3. τὸ πονηρὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ καταλείψας — 3-7. πονηρόν, οὐχὶ κακισθήσεται ὑπὸ πάντων; ὥσπερ δύο τινὲς πεσόντες εἰς λάκκον, ὁ εἷς βλέπων, ὁ δὲ ἕτερος τυφλός, οὐχὶ μεμφθήσεται περισσοτέρως ὁ βλέπων; καὶ πάλιν — 7. ὠφελείας — τῇ πυγῇ — 8. μή — 9. εἶτα διδάξαι — 10. δέον ἐστὶ τοῦ κτήσασθαι — καὶ πλοῦτον — 11. λέγεται γὰρ ὅτι — 302, 1-3. καὶ ὃς δ' ἂν ἀναγνώσει ταύτην τὴν βίβλον καὶ ἀγωνισθῇ εἰς τὴν ταύτης μάθησιν καὶ μὴ πράξει κατὰ τὴν ἐγκειμένην ἐν αὐτῇ δύναμιν καὶ γνῶσιν, τυφλὸς — 3. καὶ δεῖ — 4. ἑτέρου βλάβην — 4-5. ὠφέλειαν. ὃ γὰρ σὺ μισεῖς ἑτέρῳ μὴ ποιήσῃς, ὁ νόμος διακελεύεται. ὁ γὰρ — 5. τῷ ἑαυτοῦ φίλῳ — καὶ πάθῃ ὥσπερ — 6. ἄνθρωπος om. — σισαμοπράται — 7. πλήν.... ἑτέρου om. — 8-9. βεβούλευται ὁ εἷς ἵνα κλέψῃ τοῦ ἑτέρου τὴν σίσαμμον καὶ λαβὼν σινδόνα ἐσκέπασε τοῦ συγκοινωνοῦ αὐτοῦ τὴν σίσαμμον, ὅπως γνωρίζῃ αὐτήν, καὶ ἀπελθὼν πρός τινα φίλον αὐτοῦ λέγει αὐτῷ —

10. τὸ om. — συγκοινωνοῦ — 10-303, 3. τὴν σίσαμμον καὶ ἔστω ἡμῖν κοινή. Ἐλθὼν δὲ ὁ συγκοινωνὸς αὐτοῦ ἑσπέρας καὶ ἰδὼν τὴν ἰδίαν σίσαμμον σκεπασμένην εἶπεν καθ' ἑαυτόν· ἀγαθὸς ὢν ὁ ἄνθρωπος, ἴδε πόσον ἀγαθὸν ὁ — 303, 3-4. διετέθη πρός με τὴν ἐμὴν σίσαμμον διατηρήσας, τὴν δὲ ἰδίαν ἀμελήσας. ἀλλ' — 5. σινδόνα καὶ — τὴν ἑαυτοῦ σίσαμμον — 5-6. σινδόνα παρὰ τῆς ἑαυτοῦ σισάμμου ἐσκέπασεν τοῦ συγκοινωνοῦ αὐτοῦ τὴν σίσαμμον. ὁ δὲ — 8. ψηλαφᾶν ἕως οὗ εὗρε — σίσαμμον — 8-11. ἐσκεπασμένην, δοκῶν ὅτι, καθὼς ἐποίησεν ἦν. κλέψας δὲ τὴν ἰδίαν σίσαμμον, λαβὼν ἐκεῖνος τὸ ἥμισυ, τὸ δὲ ἄλλο ἥμισυ δέδωκεν τῷ φίλῳ αὐτοῦ. πρωίας — 11. ἤδη om. — ἦλθεν μ. τ. συγκοινωνοῦ αὐτοῦ — 12. τὴν ἰδίαν σίσαμμον ἔκλεψε — καὶ om. — 304, 1-8. περιέπτωκε ἐπεὶ ἔγνω τὸ ἥμισυ τῆς ἰδίας σισάμμου, ὃ (sic) ἔδωκε τῷ φίλῳ αὐτοῦ, οὐ στρέφεται πρὸς αὐτὸν, καὶ ἀδημονήσας, ὑπέστρεψεν, καὶ γὰρ οὐκ ἠθέλησε φανερῶσαι τὴν τοιαύτην κλοπήν, ἵνα μὴ καταγνωσθῇ ὑπὸ τοῦ συγκοινωνοῦ αὐτοῦ. Καὶ πρέπει τὸν βουλόμενον ἐγχειρίσαι τι πρᾶγμα, ἐὰν γινώσκει τὸ τέλος αὐτοῦ. εἰ δέ γε καὶ ζητεῖ πρᾶγμα, ὁ (sic) οὐκ ἐπίσταται τὸ τέλος αὐτοῦ, πολλὰ κοπιάσῃ καὶ οὐδὲν ὠφελήσῃ. οὐδεὶς γὰρ δύναται πλουτῆσαι ἄνευ μόχθου πολλοῦ. οὐ γάρ ἐστιν εὑρεῖν βίον ἄλυπον ἐν οὐδενὶ οὐδὲ δεῖ ἀπελπίζειν ἀπὸ — 9. δέον ἐστὶ πάντα ἄνθρωπον φροντίζειν τὰ αἰώνια καὶ μὴ τὰ τῶν — 10. καὶ γὰρ ἐρρέθη ὅτι — κοσμιοῦσι — 11-12. καὶ ἐαν ἓν ἐξ αὐτῶν σφάλῃ, ἔσται ὥσπερ τὸ ἄπτον ἄνευ ξύλων. καὶ γὰρ — 12-305, 1. οἱ εὑρίσκοντες πλοῦτον ἀπροσδοκήτως, παιδείαν δὲ οὐ. Καὶ γὰρ — 305, 1. περὶ ἀ. τ. λ. π. — 2. ὥστε om. — 3. φίλος αὐτοῦ — αὐτῷ τι — 4. αὐτοῦ — γυμνὸς om. — 5. αὐτοῦ — πίθος. ἔχον — οὐκ om. — 6. κλέπτης ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ καὶ μηδὲν εὑρὼν τι ἆραι εἶπεν — 7. τὸν ἐν τῷ πίθει — 8. αὐτοῦ — 9. ὁ οἴκου κύριος — 11. τοῦτον — ἐν τῷ πίθει — αὐτοῦ om.

III.

L (B). — 309. ἑαυτόν — 312,13 - 313,1. πλανηθεὶς — 313, 3. λυποῖ — 5. αὐτὴν — 314, 5. ἐξαιρούμενον — 6. ἀπολάβοι — 315, 2. προσκολληθεὶς — 3. μακρυνθεὶς — 6. δαμάσκηνα sic. — 319, 6. ἀνταποκρινομένως 1ª m. L — 330, 1. γινώσκει μαι — 323, 9. τελευτή μου, sed μου l. — 324, 5. Ἐράσθη γὰρ κτέ. sic L. — 325, 11. ἑαυτὸν — 327, 5. οἴμοι L, ὅμοιον l. ὁμοῖον in marg. — 328, 3. οἱ μαργαρῖται — 335, 1. Lac.? — 2-3. καύσωνα τῆς νερουσίας sic. — 336. τέσσαρεις sic.

A. — 309, 1 - 318,7. Εἶπεν.... πεπλανημένος om. — 318, 7-8. λέγεται γὰρ — 8. ἀνελθὼν ἐπί τινος δώματος μ. τ. ἑαυτοῦ σ. — 319, 1. αὐτοῦ σ. τ. οἶκον om. — δὲ αὐτοὺς ὁ τοῦ οἴκου κύριος κ. — 2. ὡς ὑπονοῶ, γύναι — 3. τῆς οἰκίας — 3-4. τοῦ κοιμᾶσθαι. ἐξύπνησον δέ μοι σὺ μ. — 4. ὦ ἄνθρωπε — 5. πόθεν ἐσύναξας τὸν πλοῦτον τοῦτον ὅνπερ ἔχομεν καὶ — 6. μὴ ἀποκρινομένου σοι, ἔτι — ἐρωτώσαμεν sic — 7. εἶπεν — 8. αὐτοῦ — πολλὸν sic — 9. ἐρωτᾶν με — 10. δ. φανερῶσαί σοι καὶ — 320, 1. γένηται ἡμῖν — γυνή· κύριε, οὐκ — 2. ἐπειδὴ ἡ. μοι — εἰπεῖν om. — 3. σε om. — ἔχω σοι φανερῶσαι, ἀλλὰ βλέπε μήπως μαθῶσι ταῦτα οἱ ἀδελφοί σου καὶ οἱ συγγενεῖς σου καὶ — 4. καὶ γὰρ ἐγὼ ταῦτα πάντα ἀπὸ — 5. πῶς, κύριε — 5-7. πάντα ἀπὸ κλεψίας; καὶ γὰρ πάντες ἔχουσί σε ὡς πιστὸν καὶ ἔνδοξον, καὶ πῶς τὸ τοιοῦτον ποιεῖς; λέγει αὐτῇ. μεμάθηκα ἐπαϊδίαν (sic) ἐπὶ τ. κ. μου — 7-8. οὐδὲ.... λέγει αὐτῷ om. — 8. καὶ πῶς ἐστιν αὕτη — 8 - 321,1. μου; ὁ δὲ om. — 321, 1. ἐξέρχομαι τοῦ κλέψαι ἐν — 1-4. καὶ οἱ σύντροφοί μου μετ' ἐμοῦ, καὶ ἀνερχόμενος ἐπὶ τῶν κεραμείων τοῦ οἴκου οὗ ἠβουλόμην συλῆσαι καὶ ἀπεστέγασα μικρὸν ἀπὸ τῆς στέγης καὶ ἔλεγον τὴν ἐπαΐ-

δίαν ἣν ἔμαθον, ὃ ἦν τὸ σωλὲμ, σωλὲμ ἕως — 4. ἐδραξάμην — 4-7. σελήνης, ἧς κατήρχετο διὰ τῆς ὀπῆς εἰς τὰ ἔνδον τοῦ οἴκου, καὶ κατηρχόμην μετ᾽ αὐτῆς ἔνδον, καὶ οὐδείς με κατενόει· ἔλεγον δὲ πάλιν τὴν ἀπαΐδίαν ἐκ δευτέρου, καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ ἤρχοντο πρός με, ἐλάμβανον δὲ ἐξ αὐτῶν ἅπερ ἠβουλόμην, καὶ ἐκράτουν πάλιν τὰς ἀκτῖνας τοῦ φέγγους λέγων τὴν ἐπαΐδίαν ἑπτάκις καὶ ἀνηρχόμην πάλιν ἐπὶ τοῦ δώματος οὗ ἤμην τὸ πρῶτον καὶ οὕτως — 9. κρεῖσσόν ἐστιν ἡμῖν παρὰ — 322, 1. πάντων τῶν ἐν αὐτῷ ὄντων — 1-2. ἐσμὲν, καὶ δέον ἐστὶν ἡμῖν δοκιμάσαι ταῦτα ἐνθάδε, καὶ δοκήσαντες ὑπνῶσαι — 2 7. αὐτοῦ, ἐποίησαν καθὼς ἤκουσαν παρ᾽ αὐτοῦ, ὅτι ἐπίστευσαν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ προσῆλθεν ὁ πρῶτος αὐτῶν καὶ ἀνοίξας ὀπὴν καὶ δραξάμενος τῆς δευτέρης (sic) ἀκτῖνος τοῦ φέγγους καὶ εἰπὼν τὸ αὐτὸ σωλὲμ, σωλὲμ, ἔπεσε κατὰ κεφαλῆς. Εἰσπηδήσας δὲ ὁ οἴκου κύριος ἀπὸ τῆς κλίνης αὐτοῦ καὶ δραξάμενος ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ξύλον δεινῶς ἔτυψεν αὐτὸν λέγων· τίς εἶ σύ. ὁ δὲ λέγει — 7. π. καὶ πιστεύων — 8-324, 5. καὶ φυλάξας.... ἄνθρωπός τις om. — 324, 5-8. Λέγεται γὰρ ὡς ἄνθρωπός τις ἐρασθεὶς μ. τῶν δ. γυναικῶν, ἡ. ὤρυξεν ἑαυτῆς εἰσοδοέξοδον πλησίον τ. φ., οὗ ἦν σύνεγγυς τοῦ οἴκου αὐτῆς, καὶ θήσασα τὸ τῆς θύρας ἀνοικτήριον πλησίον τοῦ φρέατος καὶ δείξασα τοῦτο τῷ μοιχῷ αὐτῆς παρήγγειλεν αὐτῷ, ἵνα ἕτοιμος ᾖ εἰς τὸ φυγεῖν ἐὰν συμβῇ αὐτοῖς — 9. μοιχοῦ αὐτῆς μ. — ἐπέστη — 325, 1. ἐν τῇ πόλῃ. εὐθεὶς οὖν λέγει τῷ μοιχῷ αὐτῆς ἐκείνη· δράμε μέχρις — 2. ἀπελθὼν οὖν ἐκεῖνος καὶ εὑρὼν — 3-4. μ., ἐστράφη ὀπίσω καὶ ἔφη· οὐχ εὗρον ἣν ἡτοίμασάς μοι ἔξοδον. ἡ δὲ — 5. τὴν ὀνομασίαν τοῦ λάκκου — ἔχεις τὴν ἀγωγόν; — 5-6. ὁ δὲ λέγει· ὁ ἔρως ἔχασέ — 6. ἡ δὲ λέγει· ὦ ἄθλιε — 7. ἀνάστρεφε — εἶπεν — 8. π. ἀπολέσας τὴν ὁδὸν καὶ π. ταύτην. ἐν ἀπορίᾳ δὲ γεγονὼς ἔστη καὶ εἰσελθὼν ὁ οἴκου κύριος καὶ — 10-327-6. ἐγὼ δὲ.... γέλοια om. — 327, 6. Καὶ γὰρ ἐρρέθη ὅτι — 7. τοῦ om. — 8. αὐτοῦ — μ. ἐπάρας δὲ αὐτὸν ἐν τῷ οἴκῳ, εἶδεν ὁ μισθωτός σείστρα — 9. πάνω om. — 9-10, λέγει οὖν αὐτῷ ὁ (sic) μισθωσάμενος· οἶδας

κροῦσαι ταῦτα; λέγει αὐτῷ· ναί, καὶ πάνυ μάλα. καὶ ὁ οἴκου κύριος λέγει αὐτῷ· λάβε καὶ κ. ταῦτα. Ὁ δὲ λαβὼν ἔκρουσεν αὐτὰ — 10. ἀκούσας δὲ ὁ μ. ἡδύνθη ὅλην — 318, 1. ἡδύνετο om. — 2. καὶ om. — 2-5. αὐτῷ ὁ μισθωσάμενος· καὶ ἄνους, οὐδὲν ἔκαμες, τί αἰτεῖς; Λέγει αὐτῷ ὁ μισθωτός· ὅπερ μοι ἐπρόσταξας τοῦτο καὶ ἐποίησα. Τότε δὲ ἄκων καὶ μὴ βουλόμενος ἀπέδωκεν αὐτῷ τὸν μισθόν, καὶ κατελείφθησαν οἱ μαργαρῖται αὐτοῦ ἀτρύπητοι. Ἐγὼ δὲ καταμαθὼν τὰς — 5. εἰσιν om. — 329, 1. ὥσπερ γὰρ — 2. Ιδον (sic) δὲ — ἰσχυρὸν σκέπουσαν τὸν — καὶ αὕτη ἡ πύλη — αὐτῆς om. — 4. Καὶ εὑρών τινα ἀσκητὴν — πρόχαρον — 5. ἀπέφυγα κἀγὼ τὰ τοῦ κόσμου — 6. γέγονα — ἀνώτερος — μακρυνθεὶς τοῦ — 7. φθόνου προσεκολλήθην τῇ — τὰ ῥέοντα — 9. ἐρύσθη — πλέον αὐτὴν — 330, 1. ὥστε ἠβουλήθην εἰς ἐξ αὐτῶν γενέσθαι. πάλιν δὲ — 2. ὑπομεῖναι αὐτὴν — μοι — πλέον — 4. τὰ αἰώνια ἀγαθὰ — 5. κ. βαστάζων — 6. ὃς (sic) ἐλθὼν ἔν τινι — σκιὰν αὐτοῦ καὶ τοῦ — 7-8. Καὶ ἀπώλεσεν ὅπερ ἐκράτει· οὕτω κἀγὼ δειλειάσας τὴν — 9. τὴν ταύτης — 10. εἰς τὴν προτέραν μου τάξιν — ἀνακρίνας — 331, 1. τῆς ἀσκήσεως καὶ τῶν τοῦ κόσμου φίλων καὶ — 2. ἐκφονήσας ἐφάνησάν — 2-3. Καὶ γὰρ οὐκ ἔστι τι ἐν τ. κ. τὸ μὴ προξενοῦν β. — 3-4. ὁ γὰρ κόσμος ἐστὶν ὥσπερ τὸ ὕδωρ τὸ ἁλμυρόν· ὅσον γάρ τις πίνει ἐξ αὐτοῦ πλέον διψᾷ. καὶ ὥσπερ — 5-10. ὀσμὴν κρέατος, ὃ καὶ εὑρὼν ὁ κύων καὶ γλιχόμενος (sic) αὐτὸ διὰ τὴν τοῦ κρέατος ἡδονήν, γλείφων καὶ ῥοκανίζων πληγώνει τὸ αὐτοῦ στόμα, καὶ αἱματώνει νομίζων ὅτι κρέας μαστάζῃ καὶ πλέον πληγοῦται. καὶ ὡσεὶ γὺψ ἁρπάσας μέρος τι κρέατος καὶ περικυκλώσουσιν αὐτὸν τὰ πετεινά, καὶ καταδιώξαντες αὐτόν, ἀναγκασθεὶς ῥίπτει αὐτὸ — 10-11. εἰ μὴ κόπους πολλούς. Καὶ ὥσπερ ὁ ἔχων μέλι — 12. οἱ δὲ ἐσθίοντες — 332, 1-2. ἐνύπνιον καλὸν καὶ χαίρει ἐν αὐτῷ, ὅταν δὲ — 3. καὶ ὡς ἡ. ἀ. ἡ φέγγουσα τῇ νυκτὶ τῷ — ῥιπῇ om. — 4. δὲ ταύτης — σκοτίᾳ — ὁ σκώληξ — 5. ὁ νήθων — καθ' ἑαυτῷ — 6. αὐτοῦ — δὲ ἐγὼ τὰ τοιαῦτα πράγματα — 7. οὐ δεῖ σοι, ψυχή, φεύγειν — 7-338, 2.

[κοῖς, ὅταν .... τὸν δὲ λά]κκον, des. in cod. U. Cfr. Teza in Benfey's O. u. O. II 712-713. — 338, 2. |κκον τὸν βίον τοῦτον τὸν πλήρη κακίας — 4. ὑπάρχοντι om. — 4-339, 7. τοὺς τέσσαρας χοιμοὺς τοὺς συνενοῦντας (sic) τῷ ἀνθρώπῳ. ὅταν γάρ τις ἐξ αὐτῶν κινηθῇ κατά τινος, ἔστιν ὥσπερ ὁ ὄφις ὁ δάκνων καὶ θανατῶν τὸν ἄνθρωπον ἐν τῷ φαρμάκῳ αὐτοῦ. Ὁμοίωσον δὲ καὶ τοὺς δύο κλάδους, τὴν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον, τοὺς δὲ δύο μύας, τὸν μὲν λευκόν, τὴν ἡμέραν, τὸν δὲ μέλανα, τὴν νύκτα, τοὺς ἐσθίοντας ἀεννάως καὶ φθείροντας τὴν ζωὴν τοῦ ἀνθρώπου· ὅσον γὰρ παρέρχεται ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ καὶ νὺξ τῇ νυκτί, ἐκλείπεται καὶ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ζωή, καὶ οὐ νοεῖ. Ὁμοίωσον καὶ τὸν δράκοντα τὸ στόμα τοῦ ᾅδου, ὃ οὐ δύναταί τις παραδραμεῖν, τὸ δὲ μέλι τὴν πικρὰν γλυκύτητα τοῦ βίου τούτου, τὴν ἡδύνουσαν τὰς αἰσθήσεις τῶν ἀνθρώπων καὶ ἀσχολίαν αὐτοῖς περιέχουσαν ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας. Καταμαθὼν δὲ ταῦτα πάντα ἐγὼ ἠρέσθην τῇ ἐμαυτοῦ πολιτείᾳ καὶ μεγάλως ἠγωνισάμην εἰς τὴν ἀγαθοεργίαν, ὅπως δι' αὐτῆς εὕρω καιρὸν σωτήριον τῆς ἐμαυτοῦ πολιτείας. Καὶ στέρξας ἐν τούτοις ὑπέστρεψα ἀπὸ Ἰνδίας εἰς τὴν χώραν μου γράψας ἱκανὰ βιβλία, ὅπερ ἓν ἐξ αὐτῶν ὑπάρχει τὸ παρὸν βιβλίον, τὸ καλούμενον Κελίλε καὶ Δίμνε, ὅπερ ἐστὶν τοῦ Στεφανίτου καὶ Ἰχνηλάτου.

Recensionem, quam praebet cod. laur. LVII 30, hic omisi, cum eam integram edere constituissem in capite libri Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης nuncupati.

ERRATA

I. Directorium. — P. 7, lin. 7 (cf. 8, 8 — 10, 8 — 37, 13 etc.): *cepit* sic Ex. vat., sed corr. *coepit* — 17, 13-14: *imitantur* sic in meo apogr., sed lege *inimicantur* — 37, 11: *dispergere* — 52, 25-26: *discooperuit* — 89, 14: *audiens* — 118, 26: *papagai* — 27: *papagayos* — 192, 32: *secundus* — 240, 30: *tibi* pro *ibi*.

II. Prolegomena. — 270, 18: *quapropter* — 288, 2: εὐχαριστήσας — 310, 10: ἀξιούμενον — 321, 1: σύντροφοί — 325, 2: εὑρήσεις — 336, 5: ἀγαθὸς — 327, 10: μισθωσάμενος — 332, 2: ἀπόλλυται.